BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
61
4 N
16

Digitized by Google

OPERE

DEL PROPOSTO

LODOVICO ANTONIO MURATORI

GIA' BIBLIOTECARIO

DEL SERENISSIMO SIGNORE

DUCA DI MODENA.

TOMO DUODECIMO.

LIBRERIA DEI PP. MM. CO. DI S. FRANCESCO DI PIETRASANTA

IN AREZZO MDCCLXXI.

PER MICHELE BELLOTTI Stampat. Veſc. all' Inſegna del PETRARCA.

CON LICENZA DE' SUPERIORI.

Digitized by Google

DE GRAECAE LINGUAE USU, ET PRAESTANTIA: DISSERTATIO AD GUIBERTUM BORROMAEUM.

DE PRIMIS CHRISTIANORUM ECCLESIIS: ALTERA AD ANTONIUM FELICEM MARSILIUM BONONIENSEM ARCHIDIACONUM.

DE SACRARUM BASILICARUM APUD CHRISTIANOS ORIGINE AC APPELLATIONE: DISQUISITIO AD JOANNEM ALBERTUM FABRICIUM. HAE EX AUTOGRAPHIS MURATORIANIS NUNC PRIMUM PRAELO COMMITTUNTUR.

ANECDOTA GRAECA, QUAE EX MSS. CODICIBUS PRIMUM ERUIT, LATIO DONAVIT, NOTIS, ET DISQUISITIONIBUS AUXIT L. A. M. NEMPE

CARMINA, SIVE EPIGRAMMATA CCXXVIII. S. GREGORII NAZIANZENI.

FIRMI EPISCOPI CAESAREAE EPISTOLAE XLV.

JULIANI IMPERATORIS EPISTOLAE IV.

EPISTOLA JULIO I. ROMANO PONTIFICI SUPPOSITA, AD DIONYSIUM

DISQUISITIONES MURATORIANAE IV. IDEST

DE *SYNISACTIS*, ET *AGAPETIS*.

DE *AGAPIS* SUBLATIS.

DE ANTIQUIS CHRISTIANORUM SEPULCHRIS; ET

DE EPISTOLA SUB JULII I. NOMINE EDITA. AD ANTONIUM MARIAM SALVINIUM.

Digitized by Google

DE GRAECAE LINGUAE
USU ET PRAESTANTIA.

AD ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINUM MEUM

GUIBERTUM BORROMAEUM.

SAEPE ſoleo Illuſtriſſime, ac Reverendiſſime Borromaee, noſtrorum temporum infelicitatem in examen revocare, ſolicituſque expendere, quid fati non urbem modo hanc, ſed univerſam Italiam adeo concuſſerit, ut vetuſto literarum ſplendore omnino ſit deſtituta. Siquidem quocumque me vertam, in eximios illos, qui ſuperioribus ſeculis floruerunt & eruditione, & fortitudine praeſtantes viros oculus non impingit; vixque ſuis ex notis magiſtram omnium regionem poteſt deprehendere. Oh Italia jam non illa, quae dudum reliquas orbis plagas imperio non minus temperaſti, quam ſcientiis excellueris, non illa, inquam, quae poſtremo hoc aevo barbaris depulſis, bellorumque ingruentium impetu fracto prior optimas artes, ac ſtudia reſtituiſti, cumque ſub Turcis Graecorum res penitus

Digitized by Google

excidiſſent, heres una & illorum gloriam reparaſti, tuamque ulterius promoviſti. Audimus modo magna illa, ſeriſque commendanda poſteris nomina Petrarcae, aliorumque virorum, quibus adnitentibus ſeculorum incuria felici admodum exitu caſtigata primum fuit, redditaeque ſuo ſolo Graecae, Latinaeque literae. Miramur Joannis Pici, Marſilii Ficini, Politiani, Pontani, caeterorumque ingenia, qui editis operibus ſublimiorem, aut dulciorem complexi ſunt ſtudiorum partem. Immo quae non vidit praeteritum ſeculum quacumque in ſcientia praecellere Italorum capita? dum & ipſa Mutinenſis civitas praeter tot alios eodem tempore tres eximios numeraret viros, Molſam cognomento divinum, Caſtelvitreum, Carolumque Sigonium, quo decedente reliquum periiſſe gentis Italae lumen Lipſius affirmavit. Verum neque illis pares, neque proximos nunc temporis reperimus, quodque dolendum magis, neque ſperamus. Stetit initio hujus ſeculi Italiae fortuna, atque ad exteros perrexit, qui ut ante a nobis literarum ſaporem ebiberant, ſic nos modo earum cultu exuperant. Videre eſt apud Francos, apud Germanos, atque adeo apud omnes heterodoxos quo in honoris culmine, & uſu locatum ſit ſcire, ut ſane duorum ſeculorum progreſſu tot inde ingeniorum monſtra prodierint, quot aevo ingenti deſiderare temeritati pene ſit proximum. Neque tamen haec nobis inopia in caeli, ac regionis infoecunditate ſita, ſed in temporum potius perverſitate. Licet autem querimoniis parcam queis puſillus Poetarum orbis quotannis indulget, adhuc a veritate non temperandum, id noſtra contigiſſe deſidia, factumque illiberalitate potentum, ut quod in ſtudiis Italia poſſet, illud & nollet. Equidem querulus homo non ſum, quum homines ſine gratia, aut ambitione, ipſiuſque tantum conſcientiae pretio ad virtutem arbitrer devehendos. At in aperto quoque eſt praecipuos laboris cardines in praemii ſpe verſari, ſudoremque ideo placere, quia fructiferum. Et ſane te non fugit, quibus impenſis, ac opibus ſtudioſorum operas redemerit hodiernus Gallorum Rex, dum in ipſis Matheſeos, ac Philoſophiae experimentis, nuperque in Geographiae explorationibus plura centena aureorum millia erogaverit, voluminum editiones promoverit, & doctos pleroſque aut novis conſtitutis Academiis, aut ſublimi beneficentiâ bearit. Vincimur quidem nos Itali volentes, ſed quodnam majus probrum, quam quod nobis olim fuit peculiare decus, ab ipſis nunc praeripi haereticis hoc unum molientibus, ut gravibus addicti ſtudiis multa in nos congerant, melioremque cauſam tueri videantur.

Sic

Sic in deterius abiere parentum noſtrorum mores, & quum apud nos defierit amari virtus, virtutis quoque ſectatores deſierunt. Illud quidem ſatis conſtat, ex Italis Principibus nullum in juvandis ſtudiis Gallici Regis potentiam aequare poſſe; iſta quippe in tot regnantes diſpertita provincia exterorum tantum ambitioni ſervire coacta eſt. Sed, ut apud candidiſſimum virum candide, & citra adulationis, ac maledictionis ſuſpicionem loquar, tantae molis non eſt Maecenatem agere, ut Gallica opus ſit fortuna. Vidimus privatae ſortis homines in hanc gloriae partem veniſſe. Peireſcium, Colbertum, Johannem Baptiſtam Manſum, Du-Freſnium, Chriſtinamque (ſi in hoc cenſu annumerare fas eſt) Suecorum Reginam nuper aſpeximus uno propemodum ſtudioſorum amore ſuum nomen perennaſſe. Modici negotii eſt hanc adornare ſpartam, ubi non opibus ſemper agendum, ſed benigno interdum alloquio, ut ſe ſaltem placere eruditi ſciant. Et quid non praeſtitit hoc in genere liberalitatis tuus ille Cardinalis Fridericus, ſeu melius dicam, noſter, non enim tuae tantum domui, ſed orbi univerſo vixit; quid, inquam, non praeſtitit? Ipſe mirabili pietate, ac eruditione praeſtans quoſvis illius temporis eruditos aut familiariter coluit, aut contubernio ſuo dignatus eſt. Caeterum conſtitutâ, atque excultâ literarum dignitate, mirum eſt quantum utilitatis in Rempublicam fluat; inde enim ad optimum quodque regimen arceſſi gens poteſt bellicis inſtructa conſiliis, & ad pacem amplificandam aptiſſima. Quamquam haec nunc temporis in perditiſſimo Italiae ſtatu differere injuria potius quam recti ſtudium videatur, quippe quum ſua cuique nunc amentur infortunia, neque inter morbum, ac medicinam diſcernatur. Verum enim vero quum iſta ante ſcitiſſimum virum proferantur, cui noſtrorum temporum incommoda ſatis perſpecta habentur, immo forte ſatis deplorata, neque dicenti, neque veritati periculum. Ille ſiquidem es, qui non aeſtimatione modo, & amore doctum quemlibet doctiſſimus ipſe proſequaris, ſed favore, facilique auſpicio promoveas, hoc idem ſemper praeſtiturus, ni tibi in literatorum inopiâ cauſa potius quam animus munificentiae deſideraretur. Ut autem ad unius Urbis hujus aerumnas me recipiam, non ibi quidem diſſimilia nunc gigni, aut minus perſpicua, quam ſuperior aetas ferret, ingenia arbitror, ſed aut diſciplinae defectu, aut potiſſimum amore ſocordiae in inſcitia detineri, eâque etiam, ſi Diis placet, delectari. His adde nullum neque literariae, neque militaris gloriae ſtudium, & ſibi patrio in otio plauſum. Quicquid e ſcholis hauritur, exacta

juventute in ſeverius aevum non continuatur, levi ſibi retenta ſciendi aut ſpecie, aut opinione, quantam in vitae civilis uſu mutua ignorantia depoſcat. Quis autem adhuc credat? Mutinenſibus neque deeſt literarum guſtus, neque cupido. Quamplurimos ego novi, quos ni deficeret, aut praeeuntis, aut comitantis ſedulitas, magna in ſtudio moliri conſpiceremus. At veteres periere Academiae, queis velut in palaeſtra ad virtutem durabantur animi, neque celeberrimorum hominum ſuppetit copia, adeo poſt diuturnam pacem praeteriti belli vitia, calamitateſque ſentimus. Neque te interea ſic affectum ſcio, ut in Juriſprudentia tantum, aut in Philoſophia, ac Theologia ſtudium quodvis coarctandum arbitreris, quae quidem ſcientiae illuſtres noſtris hiſce temporibus uti magis exquiſitae videntur, ita minus ſolide addiſcuntur, ſed latius protendendas eſſe ingeniorum vires, & in majora nitendum. Quotus vero quiſque eſt, qui exculta impenſe aliis nationibus ſtudia complectatur? Et forte, mi Guiberte, quantum fortunae tu debeas nondum ſatis intellexiſti. Summa vis ingenii, & ipſae, ut ita dicam, ſcientiae tecum natae ſatis non fuiſſent, ut animum ad meliora ſtudia converteres, utque abditum immortalitatis iter ſcrutareris. Sed quum tibi in ea domo naſci contigerit, unde tot egregii prodiere viri, quaedam tibi neceſſitas facta eſt, ut robuſtiorem etiam ad virtutem properares. Neque melius id effici poterat, quam Hiſtoriis, ac controverſiis Eccleſiaſticis, Canonibus, ſacraeque diſciplinae evolvendis operam dando. Perge quidem incaepto in opere, & dum illaudabili in otio reliqui torpent, ignavum ſaeculum magnae electionis exemplo caſtiga, non de conſcientia tantum laetus, ſed & de famae laude jam certus. Mehercle noſtris adoleſcentibus ſummum ſcientiarum in Muſis colendis conſtitutum videtur, eiſque quod in literis humillimum, omnium ſtat loco. Et utinam in hoc etiam praecellerent, ſaltem enim forent aliquid in parvo, & quid puſillum in nihilo. Verum neque aliis invidia, neque mihi odium comparandum, & futurus ego ex ſilentio ſi non glorioſus, at non ingratus. Quod ad remedia ſpectat, ea quidem multiplicia, quaeque partim a voluntate noſtra, partim a Principum liberalitate dependeant, pleraque tamen a noſtro labore. Haec inter illud apprime noſtris in regionibus ſtatuendum reor, nempe Graecae linguae cognitionem, ingenti ſane temporum malignitate jampridem neglectae, & a compluribus ne nomine quidem tenus agnitae; ubi aut hominum ingenium arguas, ſi ſtudium hoc ſuperare nequeant, aut judicium, ſi nolint. Hac tamen

calumnia

calumnia adhuc exoluti abeunt Mutinenſes, quum eorum non paucos animadverterim adeo Graecarum literarum deſiderio correptos, ut me ſaepe ad docentis munus interpellarint. Ego vero, quamquam una inſcitia in excuſationem adhibita me ab hujuſmodi onere relevaſſet, adhuc ſtudiorum meorum rationem, innumeraſque quibus diſtringor, occupationes, ne votis eorum occurrerem, obſtare affirmavi. Id proprio Marte agendum ſubdidi, exemploque meo tutiſſimum conſilium, prima quidem facie formidandum opus inſequenti cura facillimum evadere, quodque heic experientiâ compertum, acui ulteriore progreſſu & animum ſtudentis, & vires; nobis utpote qui ingenio exteris minores non ſumus, ita ſtudio illis cedendum non eſſe; turpe denique videri, quod noſtrum non velle, pro non poſſe alii interpretentur. Et his quidem, aliiſque rationibus ego olim ter mihi cognomento, & amore Johannem Chariſſimum ita dimoveram, ut improbatum ſibi diu ſtudium magno demum mentis ardore amplectendum ſtatuiſſet. Hoc unum debet mihi e ſuperis dulcis illa anima, cujus mihi memoria non ſine quodam lacrymarum irritamento oculis, & animo recurſat. Proh ſi diutius illum in urbis hujus gloriam, ac in meam, meorumque ſtudiorum praecipuam utilitatem nobis relinquere Caelites ſuſtinuiſſent, quantos credibile eſt eum progreſſus fuiſſe prolaturum, quantumque patriae ſuae exemplar eruditionis daturum? Utinam tamen qui ingenium illius tum mirabantur, diligentiam nunc imitarentur, neque iis ſumma in otio, ac in ſudoris fuga laus foret. Diſcant tenelluli iſti laborum hoſtes, quam dulce ſit & in ipſa ſenectute erudiri. M. Cato Cenſorius apud Ciceronem teſtatur ſe Graecas literas ſenem didiciſſe, ſicque eas avide arripuiſſe, ut quaſi diuturnam ſitim explere non poſſe ſibi videretur. Johannes Reuclinius, alias Capnio, ut linguae Haebraicae fundamenta a Judaeo quodam Abdia edoceretur, non aetati pepercit, neque marſupio, quum praeceptori illi pro ſingulis horis ſingulos aureos penderet. D. quoque Hieronymus Graecis Latiniſque literis ad miraculum excultus in Praefat. Job, & in Epiſt. ad Pammach. & Ocean. ſe magno labore ſumtuque Hebraicae linguae operam impendiſſe fatetur. *Jam*, inquit ille, *canis ſpargebatur caput, & magiſtrum potius quam diſcipulum decebat; perrexi tamen Alexandriam, audivi Didymum; in multis ei gratias ago, quod neſcivi, didici, quodque ſciebam, illo docente non perdidi. Putabant me homines finem feciſſe diſcendi: veni rurſus Hieroſolymam, ac Bethlehem. Quo labore, quo pretio Barrabanum nocturnum habui praeceptorem? &c.*

Neque

Digitized by Google

Neque noſtris hiſce temporibus ignotum hunc morem ſciant. Poſſem ego non unum in urbe hac digito ſignare, qui extremum vitae aevum Graecis literis dicarit, ſero quidem, ſed tamen aliquando doctus. Cl. etiam Noriſium Vaticanae Bibliothecae Praefectum, cui par ingenium non in Italia modo, ſed & ubivis locorum aegre reperiri poſſe exploratum habeo, Graecae linguae ſtudia ſero proſecutum fuiſſe accepi. Quod & in praeclaro illo de Epochis Syro Macedonum libro mirifice nuper emicuit; non enim ille ſine hujuſmodi praeſidio id praeſtitiſſet, ut tot numiſmata, veterumque monumenta explicaret, unde Chronologiae, & univerſae antiquitati tanta lux eſt facta. Occupent itaque adoleſcentes noſtri, dum ſibi adhuc progreſſus fidem vivida aetas facit, occupent inquam utilem hanc, & beatam diſcendi neceſſitatem, neque in poſtremum vitae ſuae curriculum certam ſuae ignorantiae poenitentiam remittant. Prae oculis potiſſimum habeant doctos alioqui viros non paucos, qui ſero tantum animadvertunt, quantum ſibi in ſtudiis obeſt Graecas ignorare literas, irritoque dolore ſibi teneros quotidie augurantur annos, ut meliorem curſum inſtituere poſſent. Quam vero magnifice de illis ſentiendum eſt, qui tam uberem, utilemque Linguam ſibi familiarem efficiunt? Mihi profecto videtur iis, qui plures capiunt linguas, magna quaedam, & vaſta mens eſſe, quum orbem praeteritum quodammodo, lapſaque tempora animo complectantur, neque aliter ſe gerant, quam ſi cum illius aevi doctiſſimis viris coram loquerentur. Et hinc Ennius tria ſe habere corda dicebat, quod loqui ſciret Graece, Oſce, & Latine. Ut tamen eoſdem ipſos, quos, ut ajebam, neque voluntas, neque ingenium deficit, hac in cupiditate confirmarem, ſimulque novos adderem currentibus ſtimulos Graecae loquutionis praeſtantiam, utilitatemque ſcriptis commendare in animum induxi, non inanem me luſurum operam ſpe ductus tum ob negotii facilitatem, tum propter amicam animorum diſpoſitionem hoc unum optantium ut ſibi dicenda placeant. Quapropter quum hyeme tranſacta idem ſermo agitatus fuiſſet apud Ampliſſimum Dominum meum Marchionem Urſium virum ſummis virtutibus, ac ſcientiarum cultu perquam inſignem, mihique non uno celebrandum nomine, eadem verba paucis tantum appoſitis, ac digeſtis referre aequius ſum arbitratus, quippe quae ab homine eruditiſſimo partim profecta, partim ejus aſſenſu ac probatione tuta eruperunt. Veneramus itaque ad eum, ut dulciſſimâ, ac eruditâ illius conſuetudine frueremur, Johannes Rangonius Marchio exquiſito lite-

rarum

Digitized by Google

rarum praeſertim humaniorum guſtu imbutus adoleſcens, mirabili memoria, ſimilique praeditus ingenio, & una ego cum eo nocturnas vigilias juxta morem apud illum ducturi. Vix humanitati ſatiſfactum, quum conſueta repetuntur de rebus literariis colloquia, & poſt pauca in quandam, neſcio an Lipſii, an Caſauboni, Epiſtolam incidimus, cui praeter ingratam Latinorum verborum texturam, & affectatam infelici auſpicio brevitatem quamplures inerant Helleniſmi modo unius verbi, modo integri ſenſi jacturam imperitis exhibentes. Tum Urſius, abeant, inquit, in malam rem Belgae quotquot, aut Germani, qui paſſim nobis ſenticeta parant, quique Latine loqui neſciunt, niſi Graecis verbis. Ego profecto ingentem inſcitiam tanto in ſcire deprehendo, peſſimumque reor eruditionis uſum, quum ex ipsâ oſcuritate laus quaeritur, & ſtupentes potius quam intelligentes expectantur. Mirum eſt, Rangonius inquit, hanc Trajano noſtro in Parnaſſi relationibus excidiſſe querelam, poſtquam enim iſtis, pene dixi barbaris, Tranſalpinis ingenium non in capite, ſed in humeris eſſe comperiſſet, poterat hanc quoque eorum inofficioſitatem, aut ambitionem ad Apollinis tribunal deferre, ac futurum in aevum moderationem ſperare. Iidem tamen magno mihi videntur Patrono uti, quandoquidem hanc loquendi formam ſibi familiarem adſcivit in Epiſtolis ad Atticum Tullius, eumque non pauci impune imitati. Deinde noſtrâ potius ignorantiâ, quam alienâ eruditione dolendum, ſiquidem ad Graecae loquutionis gnaros hujuſcemodi Epiſtolae dantur, apud quos nulla neque obſcuritatis, neque faſtidii formido. Quid ſi, tum ſuſcepit Urſius, iſti ab eodem, quo ſe tuentur, auctore damnantur? Ipſum Tullium in Acad. quaeſt. & Lib. I. de Fin. adi, ubi ſe fatetur, quoties Latine quid ſcribendum ſuſciperet, a Graecis ita abſtinuiſſe vocibus, ut ipſa Graecorum etiam Scriptorum loca non aliter ſibi in publicum adferenda cenſeret, quam Latio prius donata, ſibique in animo ſtare aut Graece Graeca, aut Latine Latina eſſe efferenda. Et tamen ad Graece inſtructam gentem locuturus is erat, non injuſte ratus majeſtatem, & opulentiam Romani ſermonis laeſum iri, ſi quaſi in ſubſidium alienas voces adſciſceret. Idcirco vero non a Graecis abhorruit, quum ad Atticum Epiſtolas daret hominem patria Graium, quia ſub iis verbis quaedam ex infeliciſſimi illius temporis arcanis occultare, quam prodere malebat, quae ratio utique a Graeco Latinis iſtis hominibus plerumque abeſt. Nam cuicunque Scriptori, ſi quando ad rem explicandam Latino deſtituatur verbo, feliciuſve,

ſive, aut brevius per Graecam vocem ſenſa reddi queant, jure hoc uti non contendo. At videtis cur heic *πρόνοια* dicitur, quae recte *providentia*, aut prudentia appellanda venit? cur illic *κατὰ λεπτοῦ* adhibitum? An ſuaviſſimo homini dictio *ad amuſſim* ſordet? Vide quaeſo quam inſipide pro *obiter* *παρέργως*, pro *inopinato* *παραδοξότερον* ſubſtituta? haec vero verba *λεπτῷ χρωτὶ* an non male pro *tenui corpori*, *παρὰ δοξαν*, pro *praeter opinionem*, *& ſpem* exibentur? Ego ſane haec advertens *κλαίειν καὶ οἰμώζειν* pro *flere*, *ac plorare* repoſita, continere riſum nequeo. Quum enim Latina lingua non modo non inops, ſed locupletior etiam quam Graeca Ciceroni Lib. I. de Fin. dicatur, aut ignorantiâ iſti, dum pro Latinis Graeca adhibent, laborant, aut certe contemtu. Quod & de Etruſco noſtro Idiomate nulli alii impare dictum velim. Illud vero perquam ridiculum eſt, impenſius a nemine hunc uſurpari abuſum, quam a quibus leviores in Graeciam progreſſus ſunt facti, quaſi Attica civitate ſe procul dubio donandos per hunc inanem loquendi apparatum arbitrarentur. Tum ego: Id tamen in Republica literaria minimum quod arguatur videri poteſt. Illud potius dolendum eo deveniſſe apud exteros Graecae linguae uſum, ut ubique Graeca effundantur, quumque Graeci alicujus verba recenſentur, nulla verſionis Latinae apponendae ratio habeatur, minima ſane apud eoſdem in hoc Idiomate verſatos jactura, ſed tantum ingenti noſtro omnium incommodo. Ita me Deus juvet, aliquando ſi non utilitate, ac neceſſitate Itali impellentur, ut Graecis literis operam navent, ſi in conſortium plurimarum, earumque inter eruditas inſigniorum gentium admitti geſtient. Nam graviſſima nobis inde damna exurgunt, integràque non raro iſtorum recentiorum volumina ſine tali ope lectionem noſtram fugiunt, quod olim mihi in Salmaſii, Scaligeri, aliorumque magnorum virorum operibus contingebat. Et mirum quidem eſt, ſuſcepit Urſius, in hac urbe veſtra, in qua tot ſublimia offendi ingenia, adeo viluiſſe literarum Graecarum familiaritatem, ut de his ne puſillum quidem ſolicitus quiſpiam habeatur. Quamquam ſi Mutinenſes incuſandos idcirco putem, non video cur univerſa Italia in reatum compellenda non ſit, utpote quae pari jamdudum in ignorantia verſatur. Quin vos magis excuſandi, dum publicis hujus ſcientiae profeſſoribus caretis, quibus permultae in Italia civitates, fruſtato tamen ſucceſſu abundant. Interque has urbem noſtram ſtudioſorum parentem reponendam ſciatis, ubi nemo publicum ad praeceptorem confluit, & vidua ſedent anno toto conſtituta

ad hoc

ad hoc gymnaſia. Immo id mihi Romae quoque conſpectum, qua in urbe olim ego a Michaele Bruguerio illuſtri noſtrorum temporum vate prima Graecae loquutionis rudimenta hauſi. Hujuſmodi autem infelicitatem acriter deplorabat ille, quum & illic praecipui otiarentur exterarum linguarum Profeſſores, quodque pejus eſt, damnum non intelligeretur. Ego certe, inquit Rangonius, elapſum aevum augurari mihi non deſino, & licet vetera reminiſci in argumentum mihi doloris cedat, adhuc a civitatis hujus praeconiis temperare nequeo, ubi olim tot floruerunt & omnimodâ eruditione, & iſtâ praeſertim commendabiles viri, ut nulla nobis unquam defutura ſint ad virtutem exempla, ſicuti ad pudorem non deſunt. Erant & heic praeſtantiſſimi homines publicâ conducti pecuniâ, ut Graecis literis adoleſcentes erudirentur, quorum e diſciplina celeberrimi ſaepe viri prodierunt. Ludovicus potiſſimum Caſtelvitreus, qui vitae infelicitate non minus quam ſcriptis celeber evaſit, ſibique duraturum paravit nomen privatam excitarat Academiam, ubi praeter alias honeſtas artes Achivum ſermonem ſuis Auditoribus tradebat, compluresque revera, quorum nomina mihi modo non ſuccurrunt digni tanto praeceptore diſcipuli inde fluxerunt. Is etiam Senatui Mutinenſi Auctor primum fuit, ut publicis impenſis linguae hujus profeſſores alerentur, ad quod munus ante omnes longinqua e regione accitus fuit Franciſcus Portus Cretenſis, ille qui editis ſcriptis clarus, & pene inter Graece eruditos ſui temporis Princeps miſero tandem exitu Genevam ſe recepit, Fidei ſe unum hominem, ac Mutinae hominem doctiſſimum ſubducens. Et eodem quidem aevo degebat Franciſcus Maria Molſa, quem divinum appellant. Iſte ſcientiis reliquis ſibi jam comparatis linguarum Latinae, Graecae, Judaicaeque peritiam copulavit, ita ut ei in quacunque perfecte loqui, & ſcribere liceret, quod etiamnum ſcripta illius luce donata teſtantur. Sed quid de Sigonio noſtro, cui urbs noſtra parem nondum invenit, neque ſuperiorem latura eſt poſterior aetas, de quo praeſtat ſilere, quam tanto viro imparia loqui? Ille a Franciſco Porto edoctus, ut ejuſdem transfugae praeceptoris defectum impleret, vix natus duos & viginti annos publicam literarum Graecarum Cathedram conſcendit, ibique tandiu manſit, quandiu ad Patavinum Licaeum majora meditatus ſe contulit. Caeſar quoque Paſqualinus idem munus ſubiit, & plures Graeco eloquio elegantiſſime conſcriptas Orationes reliquit, eumque excepit longo tamen intervallo Peregrinus de gli Herri dictus, qui & Pſalmos Hebraice ſummo cum

Digitized by Google

Urbis plauſu diu fuit interpretatus. Praeter vero quam plurimos alios non minori eruditione praecellentes viros, quos ab antiquariis noſtris memorari audio, Bartholomaeum Fauſtinum noſtratem didici, in Urbe tua, Urſi, Graecam publice profeſſum fuiſſe elocutionem. Quae dignitas poſtea Camillo Coccapano itidem noſtrati feliciter fuit collata. Laelii demum, & Gabrielis amborum de Bixiolis non apud nos tantum, ſed apud alios memoria viget, eorum enim adhuc eruditi labores extant. Neque minor Paulo Bellencino laus, qui anno, ni fallor, MDXLIII. floruit, Julioque Otonello, quem alium ab eo reor, qui adverſus Florentinam Academiam pro Taſſio noſtro ſatis docte dimicavit, nam noſter Mutinenſis, ille Fananenſis perhibetur. Neque ipſis, quod mireris, noſtris faeminis id decus ereptum. Vivit, aeternumque vivet omnem ſupra oblivionem Tarquiniae Molſae fama illius, quae Sigonio coeva plures e Graeco in Latinum reddidit libros, inſignique demum diplomate in ejus virtutis monumentum emiſſo a S. P. Q. R. publice Romana Civis fuit conſalutata. Et illam licet non adeo felici progreſſu imitatae ſunt Lucia Ploppa, Ludovica Foliana, aliaeque non inferiores eruditione mulieres ſub vultu faemineo animum, & ingenium virile complexae. Sique fas mihi foret Majorum meorum laudibus inſiſtere, non paucos producere poſſem hujus etiam gloriae participes, quorum tamen poſtremus mihi non ſilendus Marchio Tadaeus Rangonius noſtri Marchionis Tadaei proavus, utpote qui in domeſtica Academia, ubi inſignis librorum, ingeniorumque copia ſuppetebat, Graecam Literaturam diu enixeque coluerit. Sed in iſtiuſmodi exemplis nobis, mihique praecipue erubeſcendum potius quam ſuperbiendum, magno etenim rubore noſtro hanc urbem cernimus praeter externas aerumnas, quibus nunc quatitur, interno etiam viru, deſidia videlicet, conſumi, noſque noſtri immemores in ſola vivere veterum Mutinenſium fama. Adhuc tamen parum mihi videretur infortunii, ſi Linguae hujus ſepoſito ſtudio cives noſtri ad caeteras ſaltem eruditionis vias, quae ſpiſſae adeo ſunt, converterentur. At ego tum inquam: Vide mi Rangoni, ut melius deſideres. Optabilius quo ad me reor Graecas primum addiſcere literas, quam reliquum eruditionis proſequi. Vin rationem? En tibi illam. Siquidem in ipſa ſermonis Graii cognitione, ſi bene perpendas, eruditio ſimul taciteque ebibitur, quod verſa vice non accidit, & uno hoc in animum alte immiſſo conſtantiſſime in alia ſtudia ruere homines animadvertimus, quaſi ſibi ſat virium inde fecerint ad majora curanda, aut ſat cupiditatis. Veluti enim

qui

qui humanioribus litteris ſe addicunt humanitatem quamdam plerumque, & dulcem morum facilitatem inde hauriunt, ita qui in Graecas incumbunt Literas magnos plerumque contrahunt animos & mirandum quoddam eruditionis robur, ut excellere deinde in aliis ſtudiis mirum in modum cernantur. Et hercle velut certiſſimum experimentum proponere non ambigo, nempe ubi Graecae locutioni operam adoleſcentes noſtri navarint, eos ardore ſummo ad quaslibet ſcientias ultro promovendos. Nam quum id ſe tenere perſpiciant, per quod magni viri ad cujuſque ſcientiae culmen devenere, id praeſtabunt, ut tam alte jacta fundamenta aliquâ ſuperimpoſitâ mole non deſtituantur. Deinde quo pacto vere aliquem eruditum appellas, ſi Graecae is eſt linguae imperitus, quae una & parens, & altrix eruditionis merito venit nuncupanda? Ne queſo, tum ſuaviter excoepit Urſius tam praeceps in Graecorum caſtra te coniicias; in te enim ego adeo ingentem inſtruam Latinorum aciem, ut manus dare cito cogendus fueris. Immo ad te, inquam ego, vir ſcitiſſime appellabo, ſi quemquam mihi obtrectantem inveniam. Ipſe tu longe plures quam ego doctiſſimos viros & lectione & viſu tibi familiares effeciſti, ut pro certo habeam jampridem tibi deprehenſum abſque Achivorum foedere neminem pariter doctiſſimum evadere poſſe. Tum ille: ego ſane, ſi verum fatendum, in Italia non id paſſim uſurpatum credo, quantumvis non paucos noverim Graeco imbutos eloquio, ac inter eos potiſſimum elegantiores e noſtris Poetis Carolum Mariam Maggium, laudatumque nuper Bruguerium, ut Petrarcam, Taſſium, Ariſtodemi auctorem Carolum de Doctoribus, innumeroſque alios ſilentio premam, qui in vivis eſſe deſierunt, noſtraeque Poeſeos Principatum arripuere. Sed in Gallia quo me praeteritis annis contuli, id a me plane potuit animadverti, nam uti in beatiſſima pace tum temporis regio illa deliciabatur, ſic ibi unice, mirumque in modum literarum cultura fervebat. Inter omnes porro eruditiſſimos homines, quoſcunque illic aut convenire, aut fama noſcere mihi accidit, neminem Graecis immunem literis reperiundo fui. Quin etiam eruditorum vulgus, ipſaſque etiam foeminas inſpicias hoc tantum praecellere ornamento, quantum ad conſtituendum magnum inter nos virum ſatis foret. Plerique praeterea Proceres ex iis, qui aut in Eccleſiaſtico Regimine collocantur, aut Regi praecipuis inſerviunt in muniis, eo longius aliis hoc ſtudio praeſtare nituntur, quo altius dignitate illos exuperant. Verum quod Galli abſque Graecorum conſortio ad ſcientias

tias non accedant, reliquiſne obſtat, quin eruditionem omnem attingant, modo ad illam ingenii nervos ſolide intendant? Aut nimis magnifice de Graecis, aut de Latinis nimis humiliter ſentis. Ad quae ego: Multum & operis & temporis procul dubio haec poſceret quaeſtio, ſi ad eam excoquendam accedere nobis animus foret. Sed adeo mihi de hac veritate certus videor, ut de illa non ambigendum quidem rear. At inquit Rangonius, cur verbis parcimus, neque tu id prodis, quod noſtras alat vigilias, meque in Graeci ſermonis addiſcendi cupiditate confirmet? neque enim ſemper aut Bacchinus noſter, aut tu edocendi mei laborem fugietis. Pulchram quidem, tum ajo, excitavimus quaeſtionem, ſed majori quam me atque eloquentiori Patrono dignam; neque me juvat vos in Auditores nunc demutare, qui hucuſque meo ingenti cum emolumento docentis vicibus fungi conſueviſtis. Caeterum cogitationes meas explicare non dubitabo, quoties ſermonem meum adjuvandum magis quam audiendum ſuſcipiatis. Et Urſius, age, inquit, nobis morem gere, tuiſque Graecis Panegyricam orationem contexe, ut & mihi paretur unde alios ad hujuſmodi concitem ſtudium Graeceque eruditos uberiori deinceps aeſtimatione complectar. Vide tamen ne Latinis noſtris ullam ingeras altercationis cauſam, tum enim tantum aberit, ut adſtipulatores tibi nos parias, quin tibi adverſarios, quantum vires ferant, irreconciliabiles ſis concitaturus. Ego tum reſpondeo, & magnifice, omnique obſequio veſtram ſententiam tuebor, & pro dignitate majeſtatem Latini ſermonis excutiam. Nam ſi conferatur uterque ſermo, Latinus omnibus, Graecus quamplurimis mea ſententia neceſſarius videtur, ille communi utilitate, hic propria nobilitate magis commendabilis, ille amplectendus, iſte non negligendus. Primum vero quid pro eruditis a me intelligatur, palam faciendum, neque enim eo ſub nomine accenſendus venit Poeticulus quiſpiam, cui, ut Epigramma aliquod cudere, aut unum Poemation ex iis, quae Sonulos nuncupamus, expuere valeat, ſatis eſt Muzzinae opuſcula legiſſe, aut rythmum aliunde hauſiſſe. Sed omnes ego inter eruditos adnumerari poſſe cenſeo, qui ſcientiae cuivis, atque ipſi etiam Poeticae animum ita addixerunt, ut e limine tantummodo ſalutaſſe contenti non ſint, illas exponendi, tuendique quum res poſtulat, ſatis gnari. Uſus tamen apud nos impetravit, ut purus ille Legulejus, qui citare tantum, cumulare, ſeu potius dicam infarcire hinc inde Digeſta, eorumve Interpretes novit, eruditus non indigitetur. Cujuſmodi etiam ſunt puri Logici, aut Scholaſtici, Moralis

Theolo-

Theologiae Profeſſores, aliique, quibus nunc (pene dixi) ſolis regiones iſtae abundant. Iccirco apud nos in eruditorum ordinem praecipue coniiciuntur quicunque in antiquitate perſcrutanda verſantur, eamque in reliquarum ſcientiarum ornamentum traducunt. Ut ut vero vocabulum hoc interpretemur, certum hoc eſſe debet, nonnullas dari ſcientias, quae Graecorum adminiculo non adeo indigent, ut ſtare ſine illis minime valeant, nam ut de Morali ſermonem faciam, quis non videt eam e cerebro propemodum, librisque tantum recentiorum Auctorum pendere? Mathematicarum quamplures modo conſimili tractari queunt, & ſcholaſticae illae, Metaphyſicaeque inanitates, queis plerumque diſtinentur, immo diſcruciantur fruſtraneo labore cucullatorum ingenia, utique ut expleantur, Graecas ad ſe accire literas opus non habent. Verum & in hiſce ſtudiis ſuus etiam eſſe poteſt earum uſus, immo quaedam neceſſitas. Nemo enim, ut in Philoſophia traditur, ſcientiam tenere dici poteſt, quum ejus aſſerta propugnare, obiectaque diluere nequeat. Hoc vero abſque Grajorum adiumento ſaepe ſaepius praeſtari vix poteſt. Quandoquidem in Morali quot Canones, quot SS. Patrum afferta erumpere ſolent quorum ratio, atque explicatio reddenda ſit, utpote quum ex iis confletur potiſſimum iſtiuſmodi Theologia? In omnibus porro concertationibus facile eſt ut ſub diſceptationem cadant tum integra Scriptorum veterum loca, tum unica quandoque dictio, cujus genuina explicatio Argolicae linguae imperitum fugiat, ſimulque in maximis relinquat ambagibus. Nonne idem continget in Philoſophicis, ubi veterum auctoritate plerumque nitimur tum Ariſtotelicae, tum aliarum ſectarum Profeſſores? Quid ſi ego ejuſdem Ariſtotelis, in cujus verba jurare clauſtra coguntur, quaedam verba producam, queis mirum in modum ſententiae aliquae Carteſianae confirmentur, quid inquam hoc hominum genus reponet horridis illis tantummodo vocibus aſſuetum, quas neque bonus ullus Latinus, aut Graecus ſomniavit? Caeterum in reliquis ſcientiis uti in Theologia doctrinali, & expoſititia, in Medicina, Aſtronomia, Geographia, ſacra profanaque Hiſtoria, & ſexcentis aliis hujuſmodi ſtudiis adeo Graeci eloquii neceſſitas nobis incumbit, ut nulla ex iis perfecte hauriri, ac poſſideri ſine hac ope queat. Sed tu ante omnia, inquit Urſius, quoniam in compedes coniicere cuncta ſtudia tibi jam in animum induxiſti, nullamne tot verſionum rationem habes, quibus incedunt ſtipata Graecorum omnium opera? An illae tibi, ſi ad Graecos ſit provocandum, cuicunque diſputationi manum imponere poſſe non videntur?

dentur? Et ſi majora quaeras, non paucas tibi verſiones commonſtrabo nedum Graeco adamuſſim reſpondentes magiſtro, ſed & elocutione, aliiſque ornamentis praeſtantiores. Herodiano interpretem Politianum quidam Praeferunt; Plato per Ficinum, aliique a veteri Ruffino Latio donati non elegantius Graece quam Latine loquuntur, & haec laus inſignibus viris communis facta eſt, Petavio, Sirmondo, Ducaeo, Xilandro, Caſaubono, Grotio, innumeriſque aliis, ut ſi Graeca omnia laberentur exemplaria, immanis aliqua nobis non immineret jactura. Etenim quiſquamne clarius, aut accuratius ea ſibi vertenda ducit, quae acerrimorum, atque ut ita dicam, Graeciſſimorum ingeniorum curam meruere? Ad haec ego, arduam profecto inquam, & unam forte, quae Graecarum literarum ſtudio obſtet, mi Urſi, quaeſtionem exeruiſti. Illam tamen, ſi per vos liceat, brevi ita proſtrare conabor, ut & vos levis eſſe ponderis fateri adigamini. Verum ab altiore ſermonem repetam, veſtriſque auribus nonnihil de Graecae linguae amplitudine ingeram. Nam ut illius antiquitatem primum ommittam, quae Latinam per multa ſecula praeceſſit, inter eruditos convenit nullam aliam ſono magnificentiorem, ſique Hebraicam demas, nullam uberiorem, nullam exprimendis rebus eſſe aptiorem. Cicero quidem, ut tu mox retuliſti, aeſtimationem Latino ſermoni conciliaturus illum ſupra Graecum extollere non dubitat, verum alibi non diſſentit ipſe, faecundiorem Graecis adſcribens loquelam, quorum vocibus exprimendis imparem quandoque Latinam experitur. Sed & linguae Latinae egeſtatem ante Ciceronem Lucretius Lib. I. ſui Poematis, & Manilius, quo loco non memini, faſſi ſunt. Agellius inſuper Lib. II. Cap. XXVI. *Non inficias*, inquit, *imus quin lingua Graeca*, *quam tu videre legiſſe*, *prolixior*, *fuſiorque ſit*, *quam noſtra*. Hinc D. Hieronymus praecipuarum peritiſſimus linguarum multa aſſerit eſſe verba, quae de Graeco in Latinum transferri nequeant, & in Comment. ad Epiſt. ad Eph. linguam Graecam latiorem, omnibuſque feliciorem merito definit. Mirum itaque non ſit, ſi in quocunque dicendi genere, & in qualibet Poeſeos ſtructura Graeci excelluerint, linguam enim aptiſſimam, omnique ex parte beatam ſunt nacti, quam Iſidorus Orig. Lib. IX. inter caeteras gentium clariorem haberi, Latinaque & omnibus linguis ſonantiorem teſtatur. Neque ab hac ſententia Lyricorum Princeps diſcordat Horatius, inquit enim alicubi:

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Muſa loqui.

Ac idcirco perdunt ſuperbum (ut ille ait) aurium judicium, qui Graeca deſtituti ſunt lingua. Quantus vero fuerit hujuſce ſermonis uſus incredibile dictu eſt. Quandoquidem ad uſque Ciceronis tempora a doctis tum Latinis, tum alienigenis ferme omnia Graece ſcribebantur, adeo ut ſe priorem Tullius fateatur, qui Philoſophiam, aliaſque ſcientias vernaculo idiomate loqui docuerit. Quod conſilium praeterito ſeculo itidem ab etruſcis noſtris in lingua noſtra uſurpari caepit, & qua ratione ommiſſum ignoro, ſimulque doleo. Hoc idem in cauſſa eſt, quod nulla pene demtis quibuſdam Poetarum operibus, nunc ſuperſint Latina volumina ejuſdem Tullii aetatem exuperantia; nam una tum Graeca regnabat elocutio. Atque adeo apud ipſos Judaeos impenſe excolebatur hoc ſtudium, ut ne ipſis quidem Atticis concederetur. Quod expreſſum etiamnum faciunt nobiliſſimae Philonis, ac Joſephi lucubrationes nequaquam Platone aut Thucidide inferiores. Primum autem omnium Graecis Literis Romani pueri inſtituebantur, uti Lib. IX. Inſtit. Quintilian. & Lib. IX. Livius habent, quemadmodum etiam Latinis imbui nunc temporis pueros noſtros curamus. Et licet ſub Romanis Imperatoribus ſervire Graecia didiciſſet, plurimumque Latini ſermonis cultus caepiſſet extendi, adhuc ſua praecellentia, ac majeſtas linguae Graecae ſervata, ac Athenas priſtino more retento erudiendi gratia plurimus Romanae gentis concurſus eſt factus. Unde & expoſtulantem invenias Juvenalem Satir. VI. quod Romae ſuo aevo, nempe circa Trajani tempora, Greace omnia peragerentur. Et ita quidem ſe res habuit tum temporis ut Graeciae famulae ſuae Roma famulari quodammodo videretur. Quum vero in Byzanthinam regionem una cum imperio Romanam fortunam tranſtuliſſet Conſtantinus, tum ingens literis Graecis amplitudo eſt facta, univerſo orbe a Graecia obedientiae leges habere coacto. Et exinde totus Oriens Graeco uti ſermone occaepit, quod ſuo etiam aevo hoc eſt ad ſeculi quarti finem D. Hieronymus fieri perhibuit. Quis vero ingentem illam librorum ſeriem, quae Graecis ab ingeniis emanavit, non miretur? Nos quidem quibus vetera tanti non aeſtimantur, ut praeſentia ſint faſtidio, quum inſpicimus tam longe proferri noſtris temporibus voluminum copiam, ſeculi noſtri faecunditatem ſtupore proſequimur, & praeterita ſecula vinci clamamus. Verum non ſatis aequam feſtinamus ſententiam. Cui enim in ſuis Bibliothecis (& ne ipſas quidem Vaticanam, ac Pariſienſem excipiendas reor) ſeptingenta voluminum millia numerare fas eſt, uti olim e ſola Graecia unus Aegypti Rex

Ptolo-

Digitized by Google

Ptolomaeus coegit? Quot vero nova in apertum prodire volumina ab illius Regis aetate ad Ciceronis tempora, & inde ad noſtra potuerunt? Certe hic in Tuſcul. quaeſt. fatetur a Graecis Bibliothecis, quibus etiam Urbs affluebat, infinitam librorum multitudinem aſſervari. Et hinc non modo, ſed ab ipſo quoque Diogenis Laertii libro conjicere poteſtis, quanta librorum ſupellex temporum voracitati ceſſerit. Ego profecto, quamquam plurimos manu, oculiſque verſare poſſe libros exoptem, adhuc tantam Codicum colluviem, quibus fatigatur orbis, quin moleſte feram non poſſum. Ingens Bibliotheca ingens malum eſt & ſi rogetis, quid commodi ars Impreſſoria non intulerit, ego reponam, quid non incommodi? Nam humana ſibi nequicquam temperat ambitio, atque ut de Graecis Cicero conqueritur, eadem conſcribuntur a multis, immo excribuntur, imprimendi facilitate morbum hunc fovente; & niſi aliquando tempus cribrum admoveat, quo progreſſura eſt inſana haec cudendi libros, & potiſſimum in Juriſprudentia prurigo? Graecos quidem Auctores hac ex parte commendandos non duco, quia tamen ſtudiis partium agimus, immenſam eorum faecunditatem vos non latere volui, ut Graecae linguae amplitudinem perſpectiorem vobis exhiberem. Comparate nunc utrumque ſermonem, & Graecum procul dubio quam Latinum feliciorem, ſuaque etiam melius felicitate uſum affirmabitis. Hic a Ciceronis aevo ſpectabilis ad ſummum evadere caepit, vixque per duo ſaecula fortunam ſibi aequam periclitatus ad Trajani mortem devenit; ab illa vero per impotentiam Tyrannorum uſque ad Conſtantiniana tempora magna cum Scriptorum ſterilitate progreſſus iterum quidem & praecipue apud Chriſtianos Patres non exiguum viſus eſt edere conatum, ut reſurgeret, priſtinoque ſplendori reſtitueretur. Quum tamen Anno Epochae noſtrae CDX. ſub Honorio, & Arcadio A. A. ipſa Urbe infando, ac miſerabili impetu a Barbaris vaſtata, Romana res in deterius rapi caepiſſet, exinde Latinae literae precario in Italia manſerunt, & tanquam in domicilio non ſuo. At Graecia ante ipſum Tullium tantum ſibi praeſtantiae in ſtudiis quaeſierat, ut, niſi ulterius ſtetiſſet, adhuc ſubſecuta Latinorum tempora meritis praecedere potuiſſet. Quid ſi continuatam illius gloriam atque imperium ad annum MCDLIII. quo Tyrannidi Turcarum ceſſit, egregiis, ac praeclariſſimis Scriptoribus, ſuaque uſis lingua perpetuo affluentem noſtris oculis ſubiiciamus? Quid ſi adhuc durantem multis in regionibus Graecam Eccleſiam, & loquelam conſideremus; ita ut Graeci nunc quoque procudantur

libri,

libri, neque apud ipſos tantum Graecos, ſed & apud Latinos? Fatebimur profecto Latinis non ingenium, ſed fortunam defuiſſe, Graecis vero ne illam quidem. Nam neque ulla unquam lingua tot peragravit provincias, ut Graeca. Alexandrum Macedonum Regem ſecuta Aſiam totam pervaſit ad Indos uſque delata, & quum ingentem Europae, Africaeque occuparet partem ubique ſtabilem ſecuritatem eſt nacta, & immenſis regionibus gloriam ſuam communicavit. Haec quidem ratio fuit, quemadmodum Cl. Du-Freſnius animadvertit, quod ab antiqua ſua puritate receſſerit, non enim fieri poterat, quin illa inter adeo diverſas, ac barbaras gentes aliquam ſenſim contraheret corruptionem, quae ut in poſterioribus Scriptoribus apparet, ita etiam nunc temporis apud Graecos indigenas perdurat. Sed puſillum hoc Graeco ſermoni infortunium eſt, neque ille a paucis naevis, ſed a totius corporis majeſtate aeſtimandus. Ne tamen ea, quae hucuſque a me dicta ſint in unius tantum Graeciae laudem collimaſſe arbitremini, ea iccirco a me prolata ſciatis, ut in iis monumentis, quae etiamnum ſuperſunt ultra oblivionis inſidias non modo penſandam vobis Graeciae magnificentiam relinquam, ſed & neceſſitatem Graecas addiſcendi literas nobis imminere patefiat. Nam ſi Latinis ideo operam impendimus, quia per vetuſtos illius linguae auctores nobis eloquentia inſinuatur, & quicquid ſcientiarum, & eruditionis tum ſacrae tum prophanae in illa habetur, diſcendi facultas nobis aperitur, quanto magis deferendum eſt Graecis, qui pluribus in quacunque rei literariae notitia laboribus fulſerunt, & adhuc fulgent? Equidem conſtanter aſſerere non dubito ſine comparatione plura extare apud nos Graecorum volumina, quam Latinorum ex iis quae uſque ad Annum MCD. in lucem prodiere, & non plura modo, ſed & longe majori aeſtimatione digna. Ne quaeſo frontem corrugetis, aut naſum acuatis, id enim brevi apertum in diem efferre conabor. Neque heic me de Latinis indignum quicquam ſentire cenſeatis. Fuere quoque inter hos beatiſſima quaedam ingenia, queis praeſtantiora nunquam invenit Graecia. Nemini certe Graecorum cedit divini Poematis factor Virgilius, & illi propiores Ovidius, ac Lucanus, nec non Comaedorum Principes, ac Satyrici, quorum hi, ſublatis edacitate temporum Graecis omnibus, quemquam in gloriae ſuae partem minime recipiunt. Livius, ac Tacitus paucos habent ex Achivis aemulos, & foecundiſſima alioquin tellus difficillime alterum nobis Ciceronem, aut Quinctilianum, aut juniorem Plinium oſtendet, vix Tertullianum, aut Hieronymum, nullum

nullum certe Auguſtinum. Verum tam arctis limitibus Graecorum gloria non coercetur; late enim per omnes ſcientias continuo Principatu progreditur, ubique reliquarum nationum magiſtra, ubique una. Utique paſſim caecutiremus, ni paſſim Graecos in ſubſidium poſceremus. Illa illa Graecia Latinos fecit, & quum Latinos laudas, illorum parentem Graeciam iis involvi laudibus ſcias. Illa omnis eruditionis mater, ejuſque gens iccirco a Livio Lib. XXXIX. omnium eruditiſſima vocatur. Veterem Scriptorem Terentianum Lib. de Syllabis audite, ubi ſic ait:

Artium parens, & altrix Graeca diligentia eſt:
Literarum porro curam nulla gens attentius
Repperit, polivit uſque finem ad unguis extimum.

Et heic Tullium ingrati animi reum abſolvere nequeo multa nonnunquam in Graecos gannientem, alienaeque laudis diſpendio maximum ſibi decus parantem. Volebat ille videri (quod Budaeus quoque illi in Pandectas exprobrat) ut majorem apud populum Romanum gratiam aucuparetur, & eloquentia, & Philoſophia primus omnium reliquis Graecis anteiiſſe, homo ultra aequum ſibi deferens, & plaudens, idemque Judex in cauſa ſua, & Actor. Crederes divinitus inſtructum Latinas ad dignitatis faſtigium promoviſſe literas, & tamen Athenae, quas diu coluit, Demoſthenes, Iſocrates, aliique Graeci Ciceronem Romae pepererunt. Viro eloquentiſſimo poſterorum judicium expectandum fuit, penes quos uti Scriptorum minor admiratio, ita cenſura facilior. Sed redeamus ad meſſem propiores intentioni jam facti. Neque jam amplius religioni mihi ducam in Graecae opulentiae conſpectu Latinorum pauperiem aliquatenus exploratam facere, atque iterum longe plura, ac praeſtantiora ex Graecis edacitati temporis ſe ſubduxiſſe teſtari. Unum de Hiſtoria vobis exemplum praebebo, quippe quae rerum, totiuſque eruditionis anima eſt, & ibi Graeci tantum Latinis antiſtant, ut prope cum iis ſolis juſtam teneremus rerum geſtarum temporumque ſeriem, & ex adverſo abſque illis in craſſa penitus nocte verſaremur. Ut enim ex Latinis parum Latinos illos Lampridium, Capitolinum, Vopiſcum, paucoſque alios Hiſtoriae Auguſtae ſcriptores excipiam, quibus nulla Hiſtorici ſaepe virtus ac majeſtas ineſt, tota res ad Livium, Salluſtium, Caeſarem, Tacitum, ac Suetonium contrahitur, quibus Paterculum, Florum, Juſtinum, Curtium, atque horridum dictione Ammia-

Digitized by Google

Ammianum copulare poſſumus. Iſtorum vero omnium, modo Curtium, ac Juſtinum eximatis, hiſtoria in Romanis tantum detinetur, ita tamen ut ſaepe eorum geſtis deſtituamur, mutilatis nempe informiter Livii, Salluſtii, Taciti, ac Velleii voluminibus. Verum nobis quid in hiſce ſtudiis Graecia non praeſtat? Mirari ſolummodo licet, non laudare Herodoti venuſtatem, Thucididis ſublimitatem, Xenophontis dulcedinem, Diodorum Siculum, Polibium, (unde ſua Livius ſaepe exſcripſit) Appianum, Dionyſium Halicarnaſſaeum, Herodianum, pluresque alios non operis elegantia modo, ſed factorum quoque copia uberrimos Scriptores. Quis vero Dionis Caſſii, Plutarchi, ac Joſephi ingenia amaenitate omni referta aſſequi unquam valeat? Hi exterarum, Grajarumque gentium, atque ipſius etiam Romae geſta pene omnia poſteritati commendarunt, paſſimque ad eos provocandum, ut temporum Acta fideliter hauriantur. Haec tamen laus brevis videri poteſt, ſi ad Eccleſiaſticam Hiſtoriam nos recipiamus. Credite, dum magnum heic ſilent Latini, ubique a Graecis pendemus. Euſebius veterum Princeps Chronologorum chorum ducit, Hiſtoriaeque Tripartitae Auctores Sozomenum, Socratem, ac Theodoritum ſectatores habet, quibus ingens Byzantinorum Scriptorum corpus a Labbaeo editum accedit; Procopius, tres Nicephori, Nicetas, Theophanes, Cedrenus, Glycas, Chronicon Alexandrinum, Agathias, & innumeri alii, qui omnium manibus teruntur. Quin & ex iis non pauci adhuc in Archivis vetuſtioribus latent cum blattis manum conferentes, & nuper emergere vidimus Johannis Malelae Antiocheni ſcripta; conſpexi ego in Sereniſſimi Ducis noſtri Bibliotheca duos Graeci cujuſdam Hiſtorici Tomos, quos uti ineditos arbitror, ſic olim Latio, ſi vires ſuppeterent, per me donandos forte ſperarem. Nonnulla quidem alia opuſcula ſe nobis exhibent inter Latina puta Lactantii annis praeteritis a Baluzio erutum opus, Proſperi, ac Iſidori, utiliſſimaque inſuper Anaſtaſii Bibliothecarii, Gregorii Turonenſis, ac Bedae volumina; ſed quî in Graecorum comparatione veniant numero, & rerum ubertate longe inferiora? Aeſtimate porro caeteras in quacunque ſcientia Achivorum divitias, ac in Philoſophia praeter Tullium, Plinium, ac Senecam Latinos, ubique Graecos invocare neceſſum eſt, divinaque illa, & unica Platonis, Ariſtotelis, Theophraſti, & aliorum abſque numero Philoſophorum ingenia occurrunt, quibus referendis integra haec nox impendi facile poſſet. Idem in Medicina praeſtatur, in qua unum Celſum Roma oſtentat, Graecia vero innumeros, ipſumque potiſſimum di-

vinae mentis virum Hippocratem. Idem in Geographia, quum unus hinc ſtet Plinius (Solinus enim exſcriptor potius, quam Auctor eſt) & alter Pomponius Mela, illinc vero magnus Ptolemaeus, Strabo, Pauſanias, Stephanus, Dionyſius, aliique non pauci. Idem etiam in Aſtronomia, reliquiſque Mathematicis, ac in omni tandem liberali arte, ac ſcientia animadvertendum. Quid vero dici de Sanctorum Patrum excellentia, numeroque poſſit, quum apud Graecos & eximii, & praecipui extent, & quamvis poſt Photianum Schiſma prope exitum ſeculi noni excitatum apud eos ſuperbia invaluerit, & mala cauſa, adhuc egregii ſucceſſere Theologi, immenſa incredibilique copia etiamnum ſuperſtites, uti in Bibliothecis, & ex Leonis Allatii operibus videre eſt. Quaeretis forte tandem quid de Poetis ſentiendum? Et ego utrinque ingentem eſſe gloriam fatebor. Hoc tamen praeſtant Graii, quod Latinis praeierint aevo illi magiſtri, hi vero diſcipuli videantur. Unum perpendatis Virgilium, cui Latini omnes aſſurgunt, illumque non modo ex Homeri, Heſiodi, ac Theocriti opibus creviſſe, ſed penitus factum comperietis, perque manus omnium integer excurrit liber, quo innumera Graecorum vatum loca aut imitatione, aut verſione per Virgilium uſurpata produntur, praeter ea quae pluribus capitibus Macrobius quondam libavit. Et tamen quot Graecorum excidere, e quibus alia caeteroquin honorifica Virgilii furta deprehendere fas eſſet. Recte ſane, tum inquit Rangonius, res iſta procedit, ſed, ut modo ajebat Urſius, quum per Latinas, aliaſque verſiones Graeci omnes familiares nobis ſint redditi, quid amplius exemplaribus Graiis eſt opus, niſi ad inanem magnificentiae ſpeciem, utque nobis inutile illud linguam operoſam proſequendi onus ingeratur? Tum ego: dicturum, mi Rangoni, occupaſti, ac parantem rationes haſce nullius oſtendere momenti. Vis enim primum ſcire, quorſum verſiones iſtae mundo inlatae? Nulla profecto alia ratione, quam ut quorundam deſidiae, aut ingenii exilitati ſubſidium quaereretur. Nemo gnavus, laboriſque, & perfecti ſtudii amans a Graecis litteris abhorrere poteſt, vel debet, nam ni alia impelleret cauſa, unum tot doctorum, inſigniumque hominum exemplum, atque commercium impellendo ſufficeret. Et num cenſes illi, qui rem aliquam ſerio, ac medullitus pertractare, ac noſcere ardet, ſatis conſultum eſſe verſionibus fidem habere, & ſola Interpretum libidine molem niſuram peragere? Alienis oculis videt, alieno palato guſtat, qui ad unius verſionis normam ſe regit, tandiu nutaturus, quandiu incerto, ac periculoſo alterius judicio ſe credat.

Ille

Digitized by Google

Ille ſibi ad aurem inclamantes audiat: Quid tu haec imperite effutire audes? Quid de coloribus per infirmos, ac fallaces perſpicillos judicium ferre? Te miſerum interpres fefellit, & cum caeco caecus aberras. Ab illo tuo Abecedario tibi prius diſcendum, ut in aciem prodire queas non exſibilandus. Ita ii. Et noſtrum Taſſonium revera quot laborare defectibus putatis, qui ſibi tam audacter Homerum caſtigandum ſuſcepit, vir Gaecis nequaquam familiaris, & verſionum lectione tantummodo fretus? Sed progrediamur. Et cur amabo in Latinis voluminibus, quorum etiam complura Italico Idiomate ſunt reddita, adeo verſiones contemnuntur ab eruditis, teque praecipue, ut nullius pretii quodammodo habendae putentur? Et ſi hoc in Latinis praeſtatur, cur non & in Graecis praeſtandum? Neque occurras, iſtarum e Graeco verſionum ſynceritatem, & accuratam ad amuſſim congruentiam jactando, quippe ſtatim rejiciam ego, cur in vulgaribus noſtris eadem ratio non progrediatur? Virgiliana Annibalis Cari interpretatio egregia utique eſt; verum tibi, ſi divinum Vatem ſentire velis, pro nihilo erit. Eadem dicas de illa Taciti verſione, quam tibi nudius tertius non parum Urſius commendavit, deque ſingulis aliis. Deinde quae nam tam juſtae, ac ſpectabiles illae verſiones ſunt, quae omnino, atque adeo luculenter Graecis reſpondeant? Novae in diem cuduntur, veteribus eliminatis, paſſimque priorum errores deteguntur. Et medius fidius ſponſionem faciam nullum proferri a te poſſe Interpretem, cui ab eruditis menda ſua non exprobrentur. Xilander ille vobis nuper laudatus, quum operas ſuas typographis locaret, ut ſibi verſionibus Latinis victum pararet, pluris fecit editiones maturare, quam perfectas translationes inſtruere. Fronto Ducaeus vir plane Clariſſimus totam pene vitam inſumſit in promovenda magni Chryſoſtomi interpretatione, quae nihilominus medicas alia voce manus iterum poſcit. Petavius ter aut quater ſemper emendatiores typis tradidit verſiones ſuas, quibus tamen aliqua deeſt lima. Sicque de aliis ſe res habet. Et quaeſo num putas eruditiſſimum hominem Caſtelvitreum noſtrum? Profecto, inquit Rangonius, is fuit, neque meo tantum, ſed omnium judicio. Verſionem, tum inquam, ille aurei Ariſtotelicae Poeticae libri ſuſcepit, quam etiam acutiſſimis, ac potiſſimum veſtro plauſu commendabilibus commentariis accurate illuſtravit. Verum inſignis ille labor tam varie acceptus eſt, ut nec laudaturos magna, nec vituperatures mediocris materia defecerit. Et tamen apud noſtros tot ante percrebuerant ejuſdem libelli verſiones, quales Victorii,

Digitized by Google

rii, Madii, Robortellii, Benii, aliorumque paſſim intuemur, dum ſatis amplam meſſem ſibi derelictam ex praeeuntium erroribus unuſquiſque arbitraretur. Quid vero non contigit praeclariſſimo Dionyſii Longini libro? Muretus V. C. prior illum Latine vertendum ſibi ſumſit, quem deinde Gabriel quidam Petrenſis imitatus eſt. Horum conatum unus & alter exceperunt, quorum nomina prorſus ignoro, His adhuc verſionibus faſtiditis Galli vulgarem ſibi popoſcere, idque praeſtitit vir inſignis Dacerius. At quid non errant Interpretes? Multos certe ibi latere defectus Gallicus contendebat ſatyricus (Nicolaum Deſpreaux vulgo Boileau vocamus) ac idcirco novam ille ſtatim procudit verſionem. Neque heic ſtetit contentio, nam illi nuper litem intentavit eruditiſſima mulier La Feure dicta Graecis egregie imbuta literis illius Clariſſimi viri ſoboles, qui & ipſe in Longinum eruditas confecerat notas, & praeter eam ille Anonymus Satyrici Criticus, cujus opus alioqui ſterile nobis Urſius communicavit. Vides itaque nihil incertius iſtis verſionibus ferri. Et quid ſi novi e ruderibus, ac tenebris Codices eruantur, aut nova monumenta? Quid ſi, ut quotidie uſuvenit magis correcta e ſitu Bibliothecarum emergant exemplaria? Tum ſane quam Graeca indigeatur lingua vides, quum aut nullae extent verſiones, aut antiquis illis tuis fidendum amplius non ſit. Sed ne te quidem ſic facilem reor, ut certum tibi ſtatueris ab interprete aliquo, eruditiſſimo quamvis exhauriri, tamque feliciter quemquam librum Latine e Graeco reddi poſſe, ut nihil addendum prorſus videatur. Patet ſua cuique interpretandi ratio, ac fortuna, momentoque uno beatiſſime ſenſus quidam reddi poteſt, qui mille pridem interpretes fugerat. Quin immo vulgatis iſtis interpretibus non unum obſtat incommodum, nam ſi verbatim Graeca vertantur, nihil inſipidum magis, ſi verborum majori libertate, nihil minus fide dignum occurrit. Et heic ſciolum illum Anonymum (pace Cl. Academiae dicam) Infarinatum cognomento praeterire non poſſum, qui in ſecundis ſuis adverſus Taſſium curis Poeticam Ariſtotelis Italico ſermone loquentem lepidiſſime facit. Ut enim majorem oſtentet fidem, verbum verbo reddit, ſervata Graecae ſtructurae forma, quod aliud non eſt, quam Bergomati alicui ruſtico trabeam conſularem, aut Clamidem regiam induere. Hujuſmodi tamen ego verſiones ſaepe in Pindaro, Sophocle Ariſtophane, ac in Homero praeſertim offendi, cujus legendi vos nunquam ſatis patientes fuiſſe compertum habeo, non alia ſane ex cauſa, niſi quod enervem Poetam rhythmo, ſuiſque Charitibus deſtitutum Latinae iſtae ver-

ſiones

ſiones conſtituere. Vah ſi Graecum illum magnumque Vatem ſuo loquentem idiomate audiretis, utique is vobis quoque divinus eſſet. Ille & omnium Poetarum parens, & ſi non ſuſpecto eloquentiſſimi Hiſtorici judicio fides habenda, omnium victor. Habet Vellejus Paterculus Lib. I. haec verba: *Clariſſimum deinde Homeri inluxit ingenium ſine exemplo maximum, qui magnitudine operis, & fulgore carminum ſolus appellari Poeta meruit, in quo hoc maximum eſt, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque poſt illum, qui eum imitari poſſit, inventus eſt*. Penſate Latini hominis, vetuſtique dicta, cui tamen non innotuerat modo, verum etiam placuerat Virgilius, & palam fiet non a vatis egregii opere, ſed ab ipſius interpretibus faſtidium veſtrum emanaſſe. Neque id mirandum, ipſo etenim Latinorum aevo, quo tam venuſte Graeca verti poterant, ajebat Quinctilianus: Quam male Latine loquuntur Demoſthenes, Plato, Homerus, Xenophon, aliique Graeci. Vis enim illa Graecorum, atque amaena ubertas, niſi exquiſita pennicilli arte exprimi poteſt, atque adeo ipſum Virgilium non uno loco ſuccubuiſſe in Latine reddendis Graecorum locis A. Gellius appoſito exemplo olim evicit. Itaque videtis, ornatiſſimi viri, quid ſentiendum de illis verſionibus. Meliorem Graecae virtutis partem amiſit, qui ad Interpretes confugit. Quibus animadverſis ad primam quaeſtionem reditum facio, nullum nempe eruditum dici poſſe, qui Graeca vacet literatura. Quum enim certo certius ſtatuendum ſit in unaquaque ſcientia veterum auctorum & numerum, & pondus apud Graios praeeminere, eiſque per Interpretem uti infeliciſſimum ſit, ac plane inutile conſilium, ad oculum patet Graecae linguae indigentia illos urgeri, qui aut ad eruditionis ſpeciem, atque ad perfectum ſcientiarum uſum, aut ad aliquam veram laudem feſtinent. In ſcientiis porro, ac in aliis liberalibus ſtudiis, ſicuti antiquorum venerabilior auctoritas, ita plerumque doctrina robuſtior, ut nullibi pene ab eis in ſcaenam producendis abſtinere poſſint vel tenuiter eruditi. Et quaeſo credisne, Rangoni, ad juſtam ſtudiorum cognitionem non ſolum conducere, ſed omnino, ut ſupra ajebam, eſſe opus id noſcere, per quod propugnentur juxta opportunitatem ſcientiae? Utique ille reſpondit, quum in hoc praecipua vertatur veritatis indagatio, & ſecuritas, neque is legitimi militis vice fungatur, qui arma tantum proponat, neque in hoſtium perniciem, aut in ſui defenſionem ſciat convertere. At id, ego inquam, ſine Graeca lingua praeſtari non poteſt. Et in Eccleſiaſticis quidem ſtudiis id citra quaeſtionem eſt; quoti-

die enim in haereticos certatur, aut etiam inter Catholicos de Fidei articulis, de genuina Canonum explicatione, veterumque Patrum ſententiis, de Hiſtoricis, ac id genus innumeris diſceptationibus, deque Scripturae ſacrae intellectu, ubi tertio quoque gradu in Graeciam peragrandum. Illi ſiquidem regioni Septuaginta Interpretum, Aquilae, Symmachi, Theodotionis, aliaſque verſiones debemus, illi novi Teſtamenti Autographum, ad quae ſaepe provocandum, Latinae quippe verſioni noſtrae praeclariſſimae alioquin, omniumque Catholicorum calculo probatae fidem negant Heterodoxi. A Graiis prima, ac celebriora Concilia, praecipua Hiſtoriae arcana, & pleraeque Theologiae aſſertiones pendent, ita ut ab ipſorum commercio eximi unquam eruditus nequeat. Quum vero librorum verſionibus nullibi fidatur, aut fidendum ſit, & excutienda crebro occurrant Graeci textus verba ſincera, utique Graeco ſermone qui caret aut inſcitiam ſuam, aut temeritatem non raro prodat oportet. Et quoties hac de cauſa Baronium virum inſigniſſimum, & Cajetanum quoties ipſum Auguſtinum & quamplurimos Scriptores vapulantes audimus? De Medicis id quoque conſtat. Apud illos omnia pene morborum, ac medicamentorum vocabula Graece enunciantur, Graeceque extant plures antiqui Medicinae magiſtri, & niſi quis pro diobolari ſe haberi velit, ut res erudite, ac diligenter tractet, Graecorum conſortio illi neceſſario utendum eſt. Scio ego eruditiſſimum, praeclarumque patriae noſtrae civem, cui omnem amoris, ac aeſtimationis vicem pendere me profiteor, in anguſtias olim propterea conjectum; nam in iis literariis diſſidiis, quae in alios Medicos ſummo utrinque cum animi ardore agitavit, unde & apud omnes doctos clariſſimam famam eſt nactus, ſibi Graecum Hippocratis textum obiici ſenſit, cujus quidem illi non ſuppetebat exemplar, & niſi illud comperiſſet, ab arduo negotio explicare ſe nullatenus valuiſſet. Juriſprudentia vero, quamvis reliquis omnibus ſcientiis Graeco ſermone minus indigere videatur, adhuc immane ſubſidium a Graecis literis accerſit. Patet quidem Graece primum conceptas atque editas fuiſſe Authenticas, ſeu Novellas, deinde Latino idiomate donatas. Et profecto vetus illarum Interpres a multis rejicitur, quod craſſe, ac imperite illas converterit, licet eum Cujacius tueri nitatur. Adhuc tamen innumeri paſſim Helleniſmi offenduntur, a quibus ſe extricare nequivit bonus ille vir. Quod ſi opem civili Juri Graeca non tuliſſet lingua, bone Deus! quot etiamnum illic deprehenderentur errores? Budaeus, quo nemo neque magis Juriſconſultus, neque

melius

melius de Graecis literis meritus fuit, in L. I. ff. de contrah. empt. fatetur ducenta Pandectarum loca, totumque titulum de excuſationibus ſine Graeca lingua intelligi haudquaquam poſſe. His adde Juſtinianum ſubſecuta Imperatorum aliorum edicta, quibus non utuntur quidem leguleii noſtri, ſed eruditi omnes illis multum deferunt, ac Theodoſianum Codicem, Libros Baſilicῶν, Novellas Leonis, Epitomen Conſtantini Harmenopuli, Florentinos Pandectas (ſic enim dicendum Antonius Auguſtinus contendit) & hujuſmodi alia ſuam advocant in communionem. Immo ex his poſtremis plures hauriunt Conſtitutiones, quae in Codice deſiderantur. Sinite vero exclamem, oh infelicem modo Italiam ingeniis deſtitutam, libris tantum affluentem! Gloria illa Graecum ſermonem Juriſprudentiae copulandi, quae pene tota ab Alciato noſtro effluxit, magnis illis in Gallia viris relicta eſt Budaeo, Cujacio, Tiraquello, eorumque heredibus. Sola apud nos ſtrepunt hinc inde cumulata Digeſta, iſque primas defert, qui in congerendis Auctoribus felicior eſt. Immo nulla librorum, nulla Imperialium Statutorum criſis, corrupta ſaepe numero Textuum Juridicorum fide. His ipſis diebus in ſupremo hujus Urbis Tribunali agitur cauſa Neophitum inter, ac Judaeos, eaque in longum protracta, dum deciſivus locus, videlicet L. haeretici patres C. de haereticis, uti & aliae leges in vulgatis Codicibus noſtris deſiderarentur, quae tamen in praeclarioribus aliis editionibus habentur. Dubitantibus tamen de noſtrorum Textuum defectu, deque illius legis legitimatione, authenticum ego locum e Graeca conſtitutione, ut apud Cl. Stephanum Baluzium extat, objeci, ex quo ſcrupulus omnis ſublatus. Quid vero de altera, eademque nobiliore Juris parte, nempe de Canonico ſtudio dicendum? Sane Gratianus inter tot naevos, quibus illum ſcatere eruditis jam patet, parum ſe Graecum quandoque prodit, licet ei multam opem ſub Gregorio XIII. poſtillis additis doctiſſimi tulerint Juriſperiti. Quum e Graecis Canonibus ſaepe jus illud emanet, nihilo magis indigetur, quam ut gravi ſecuroque judicio de iis poſſit decerni. Eadem autem de Philoſophia, Chronologia, Geographia, deque caeteris ſcientiis, omnigenaque eruditione dictum arbitremini, quibus Graecae loquutionis cognitio neceſſitate quadam cohaeret, jampridem enim a pluribus temperare probationibus veſtri habenda ratio me cogit. Verum, ait Rangonius, necdum de liberalibus noſtris ſtudiis verba facimus, & tamen primum an illa quoque Graiis indigeant literis, ſciſcitari ardebam. Ut egregii Poetae nomen quis arripiat, quid illi Graecis

Digitized by Google

immorandum, ſi aliunde in promtu habet, unde talis evadat? Tum Urſius, cui praeter alia ſtudia exquiſitiſſimus eſt etiam Poeſeos guſtus, heic, inquit, procul dubio, ſi mihi fatendum, pro Muratorio tota pene ſtat ſententia, & cauſa. Aut enim Graecos Poetas, in quorum lectione tamen mirum eſt quantum reliqui illuſtres vates profecerint, haud nobis neceſſarios intelligis, & prorſus non diſſentio, quum e Latinis, ac Etruſcis noſtris elocutio, mos, fabula, ſingulaeque Poeſeos partes educi poſſe videantur. Aut inutiles Poeticae magiſtros arbitraris, & in hanc ſententiam ferri nemo unquam debet. An tu cenſes verum Poetam fore, qui modum, per quem veri Poetae fiunt, ignoret? An ſibi quiſquam e Latinis, aliiſque Poematis fabulam, vel elocutionem paret, niſi fabulae, elocutioniſque virtutes, & regulas ante calleat? Neque is ſane pro ſolido perfectoque Poeta ducendus, qui caſu potius, quam ſcientia (ſi id contingere unquam poteſt) Poemation aliquod nonnullis conſperſum virtutibus elaboret. Merito, repoſuit Rangonius, id aſſeritur; verum cur tantum negotii cum Graiis futurum, ut Poeſeos artem ab iis edoceamur? Nonne ex Latinis Horatius, recenteſque Vidae, Scaligeri, Minturni, totque aliorum Poeticae ſuppetunt, quibus innutriri ad ſatietatem valeamus? Ad haec Urſius, jam, inquit, te non latere arbitror pluribus Horatium laborare infirmitatibus, cujus operi titulum Artis Poeticae ab imperitis affictum fuiſſe conſtat, quum quorundam potius ſit congeries praeceptorum, quam conſummatum quicquam. Horatii conſilium diligentius quidem Vida expolivit, at quum eundem ſibi ſtatuiſſet tramitem, non mirum ſi a ſcopo praecipuo deflexit. Reliqui vero apud nos praeſtantiores artis Poeticae Anteſignani Ariſtotelem Graecum cunctis imitandum proponunt, hunc unum explicant, ad hunc unum Poemata efformant. Quum quis ejus praeſcripta non implet, ſi non a Poetae, ſaltem a perfecti Poetae fama cadit. Proinde Areoſti, Taſſii, Guarini, Dantis, ac omnium fere noſtrorum Poetarum labores conſpeximus ad Ariſtotelis tribunal deductos, ingentique hinc inde patronorum, delatorumque copia, & certamine ad gloriae verticem aut promotos, aut illinc deturbatos. Scilicet praeclariſſimi Poeticae illius, ac Rhetoricorum libri velut omnium Poetarum norma proponuntur. His accedunt Divini Platonis, Demetrii Phaleraei, Dionyſii Halicarnaſſaei, Hermogenis, Longini egregii illius Critici, Averrois, in eamdem Poeticam ſcholaſtis, totque aliorum Rhetorum opera, quibus Graecia feliciter abundat, unde ſibi clypeum, & enſem in quavis concertatio-

ne pa-

Digitized by Google

ne parant eruditi. Et videſis quot acres quotidie emergant quaeſtiones, & ambiguitates, quibus amputandis, aut pacandis Interpretum diſſenſus eſt impar. Hujuſmodi illa eſt, quam nudius tertius attigimus, ubi Ariſtoteles inquit: *ἡ δ' ἐποποιία μόνον τοῖς λόγοις, ψιλοῖς, ἢ τοῖς μετροις.* hoc eſt: *Epopeia vero ſolum ſermonibus nudis, aut metris* (imitatur) ubi quid ſibi velit Philoſophus per *ψιλȣς λογȣς* alie diſcutitur, ſique per Interpretem rem totam agere conſtitutum habeas, in arduum plane, inſipidumque negotium incumbes. Immo ne ipſos quidem interpretes, ac Poeticae magiſtros tibi crebro intelligere fas erit, quum apud illos Graecorum poetarum exempla, ipſaque inexplicata, ſeu melius dicam, Latio non donata Ariſtotelis verba occurrant, ut inde ſaepe tenebrae, ſaepe iraſcendi cauſae ſint expectandae. Multas, tum ego inquam, tibi habeo gratias, quod hujus promovendae veritatis onus ſubire non renuiſti. Verum & gratior extiteris, ſi ad magis praecipuum Graecae linguae uſum, ac utilitatem deſcendas. At hoc tuum eſt, repoſuit ille humaniter, cui plus etiam viatici paratum eſt. Exequar, inquam ego, vices tuas, quando illas adeo benigniter mihi committis, & id quidem breviſſime. Et primo ut ante nobis dictum eſt, quomodo in exterorum libros penetrabimus, quos tum Graeciſmis, tum appoſitis ſine verſione Graecorum Auctorum verbis paſſim intuemur ſcatere? Neque hoc exiguum in ſtudiis momentum arbitremini, plures enim ſe vobis offerent eruditi viri hanc fere querelam moventes, dum ſibi libros innumeros, ut ita dicam, interdictos nanciſcantur. Deinde recte ſcribendi, recteque pronunciandi methodum, nominumque plurimorum Etymologias ſaepe is ignoret oportet, qui Graeca locutione ſit deſtitutus. Et vos nequaquam fugit, quantum ad Latinorum carminum ſtructuram iſtud conducat. Quod ſi mendum aliquod in libris offendas, cujuſmodi plerumque Typographorum inſcitia, aut exſcriptorum incuria contingunt, quomodo te illinc explicabis, niſi adſcito Graecorum ſubſidio? Neque id in verſionibus tantum, ſed in ipſis etiam Latinorum libris occurrit. In quodam Eraſmi Epigrammate, cujus ſenſa, & nonnulla etiam carmina memoriter teneo, praeter alias Graecae linguae utilitates haec additur, nempe ſine Graecis literis praeſtantiſſimum Plinii opus intelligi non poſſe. Sane a veritate non deflectit eruditus ille vir, ſiquidem ſaepe credas Graecum aliquem Latinis characteribus apud illum Auctorem ſcribere, neque Magnus ille Hermolaus Barbarus, qui ſeculo ſuperiori ipſummet Plinium ubique mutilum, lacerumque crudeliter ora tam prae-

claris, adeoque juſtis correctionibus ſanitati reſtituit, ut nullus emendatorem emendandum ſuſceperit, tam de orbe literario meritus fuiſſet, ni Graeci ſermonis ope fultus ad tantum munus acceſſiſſet. Eadem vero corrigendi facultas ab eruditis omnibus antea uſurpata nunc etiam frequenti in uſu viget, quum relicta a lapſorum temporum ſocordia in voluminibus vulnera medicis doctorum manibus adhuc indigeant. Quot inſuper phraſes, ac propria Graecae linguae idiomata in antiquis cujuſcunque generis Scriptoribus deprehendas, quae ſine lingua illa nequeant aut explicari, aut intelligi? Id autem apud Poetas ſaepiſſime peractum invenietis. Immo non in ipſas modo phraſes, verum etiam in integra vocabula incidetis, quae ab Interpretibus intacta relinquuntur vel ob translationis difficultatem, vel quia ſic exigit verſio. Multa enim ſunt verba, inquit D. Hieronymus, quae nec de Graeco in Latinum, nec de Hebraico in Graecum, & reciproce transferri valent. Quod & ipſe Cicero Graiis alioquin infeſtus aliquando eſt faſſus. Et quot verſiones advertere eſt, in quibus ipſa retinentur Graeci textus verba, ne eorum venuſtas, aut ſenſus laedatur? Sic aliquot Hermogenis, Phaleraei, Didymi, Euſtatiique verſiones ſe habent. Et ſummopere quidem miror laudatum nuper Eraſmum virum emunctae ubique (& nimium etiam) naris ſibi quondam ſuaſiſſe D. Irenaeum vetuſtiſſimum Scriptorem Latino ſermone in conſcribendo uſum, nam praeter alia argumenti illi affatim repugnantia in ea verſione, quae poſt Graeci textus jacturam ſuperfuit, tot Graecae phraſes, tot Graecae dictiones hactenus intactae viſuntur, ut multa in erroris ſupinitate is verſetur oportet, qui Graium Scriptorem ibi non animadvertat. Nonnunquam autem propter ambitioſam delectationem factum, ut Graecis verbis Latina conſpergerentur volumina. Neque ſuum Virgilium ab hoc uſu abhorruiſſe Macrobius Lib. VI. Cap. IV. oſtendit, nobiſque idem ad oculum patet in Martialis, Auſonii, Plauti, aliorumque operibus. Ipſae vero dictiones non raro emphaſim hujuſmodi in patrio ſolo gerunt, ut inde dimoveri non ſine ingenti detrimento, aut ſolum per multas ambages verborum queant, quod ſaepe teſtatum reliquere magni illi Patres Hieronymus, ac Hilarius. Hebraea potiſſimum lingua, ad cujus comparationem tam Graecus, quam Latinus ſermo paupertatem fatentur, iſtis affluit divitiis. Poſt Hebraeam Graeca venit inexplicabilibus verbis & ipſa dives, pluribuſque exemplis parco, quae ad manum eſſent, ipſam modo tactam *emphaſis* dictionem proponere contentus Graecam & ipſam, cui tamen

Digitized by Google

men parem totum nunquam invenit Latium, & ſi illam vertere cupias, non niſi per verborum circuitum id praeſtare poteris. At acciditne unquam vobis, ut in evolvendis verſionibus ſe vobis exhiberent aequivoca verba, quae vobis negotium non leve faceſſerent? Id profecto mihi non raro contigit aut inſcitia Interpretum, aut oſcitantia. Praeterque omnia illud memoriae commendatum habeo olim me praeſente apud viros non ineruditos diſceptatum fuiſſe, quid per illa Pſalmi verba: *Si mei non fuerint dominati, tunc imaculatus ero*, intelligendum foret. Multiplex adhibita reſponſio fuit, dum hic dictionem illam *mei affectus* addendo ſuppleret, alter dictionem *ſenſus*, aut *hoſtes*, deeſſe contenderet. Sed quantopere ii fallerentur, mihi demum conſulto Graeco textu, innotuit. Sic ille loquitur: *ἐαν μή μυ κατακυριέυσωσι, τότε αμωμος ἔσομαι*, unde verſioni aequivocum extemplo ineſſe deprehendi. Quandoquidem apud Graecos genitivo jungitur verbum *κατακυριέυω*, ideoque ea verba ſic intelligenda veniunt, ac ſi diceretur: *ſi in me non fuerint dominati*, quam ſtructuram alibi etiam Latinus ille Interpres ſervavit. In Pſal. IX. *πάντων τῶν εχθρῶν ἀυτȣ̃ κατακυριέυσει*: *omnium inimicorum ſuorum dominabitur*, Ibid. *ἐν τῷ ἀυτον κατακυριευσαι τῶν πενήτων*. *Quum dominatus fueris pauperum.* Licet excuſabiles ibi ſint omnes, & incuſanda potius Vulgata, dum in illis verbis certe error non ſit, debebat enim verti: *ſi mei non fuerint dominata*, ac ita converſum fuiſſe reor, quum ſic etiam D. Auguſtinus legat, ſed quum ſoloeciſmus *mei dominata* videretur, id non bene ſatis correctum fuit. Sic cuidam opinanti verba illa *filium hominis* de Chriſto Jeſu prolata tanquam de filio Mariae eſſe explicanda, reſponſum a me fuit errori huic ab aequivoco verbo illo *hominis* porrectam fuiſſe cauſam, ſiquidem filius Adami nuncupatur ibi Chriſtus, Graecis verbis *ὑιὸς ἀνθρώπȣ* ambiguitatem omnem tollentibus, cui ſententiae quidem veteres cuncti aſſentiuntur. Minuta forte haec videri vobis poterunt, & majoribus exemplis, quae nuſquam non occurrunt, potius illuſtranda, ſed magnum haec etiam minuta tum in ſacrorum Bibliorum, tum in reliquorum voluminum ſtudio emolumentum pariunt. Hoc unum denique vobis pro magno ſtet argumento, incredibilem nempe eſſe iis Graecarum litterarum utilitatem, quibus adverſus alios in arenam eſt deſcendendum. Quumque in quacunque ſtudiorum parte utilitas iſta perſpiciatur, praecipue tamen hodie in haereticos emicat. Quem enim illi lapidem non movent, ut eruditione, omniumque linguarum uſu nos antecellant? Pugnant quotidie,

& quum

Digitized by Google

& quum in non reſpondentes incidant, claſſicum canunt, ſaltitant, & ſibi triumphare videntur, quaſi illis ignorantia noſtra, non bonitas cauſae victoriam parere debuiſſet. Verum inquit Urſius, dormiente Italia num reliquas etiam regiones in otio ſtertere arbitraris? Una Gallia tanquam forti clypeo omnes haereticorum conatus excipere non modo, ſed contundere valet. Ibi linguarum omnium ſingularis cultus, & Graecae imprimis literae ad dignitatis faſtigium evectae. Crederes illis in provinciis ad invicem arma, literaſque certare, ut ſibi aſtruant Principatum. Omnis illic Juriſperitus, omnis Poeta, Eccleſiaſtici omnes tam clauſtro quam ſeculo mancipati, ipſae etiam foeminae Graecae linguae peritiam impenſe arripiunt. Neque id mirum videatur Francorum Regum munificentiam aeſtimantibus. Nemini illic licet ad jus Canonicum, ad Theologica ſtudia, ac ad praeclariores ſcientias aditum habere, niſi Graecam prius locutionem edocto. Et memini inter leges Academicas ab Henrico Magno prolatas hanc, ni fallor, haberi. Ad hoc ſtudium nullus accedat, qui in humanioribus primum artibus, ac diſciplinis Philoſophicis probe verſatus non ſit, ac linguarum Graecae, ac Latinae cognitionem habeat. Et cur, inquam ego, id quoque in regionibus hiſce praeſtari non poteſt? Olim quidem linguae in Academiis addiſcendae erant, ut ex Clementina I. De Magiſtris elucet; & hoc decreto ſubnixus, opinor, Gregorius Trifernas Anno MCDLXX. Academiae Pariſienſis Rectori indicavit ſibi propoſitum eſſe profiteri, publicaeque Graecas doceri literas, poſtulatoque audacter ſtipendio eam profeſſionem, quae tot ſeculis jacuerat, tanquam poſtliminio reſtituit. Utinam vero, tum recepit Urſius, apud exteros quoque hoc ſtudium quondam non obſoleviſſet, nam tot illi modo non quaterentur haereſibus, neque Chriſti Eccleſia in eorum regionibus diſcerpta adeo miſerabiliter fuiſſet. Certum eſt, diuque deplorandum, tum temporis, quo haereſes eruperunt, initio nempe ſeculi praeteriti tam atrociter bonarum literarum guſtum ab animis hominum fuiſſe eliminatum, ut ſolemnem haereticorum hauſibus cauſam praebuerit. Illi enim per humaniorum ſtudiorum, ac diverſarum linguarum uſum ſe in omnium pene familiaritatem inſinuabant paſſim tonantes, paſſim imperitos, & ignavum ſeculum terrentes. Catholicis vero nihil antiquius tum erat quam inutilibus quaeſtionibus, neque hilum profuturis (uti nunc etiam apud Monachos noſtros moris eſt) gymnaſia obruere, tempuſque terere, quum interea, quo accurrendum erat, melior cauſa negligeretur, nullaque eruditionis, aut ſolidi ſtudii cura

ſuppe-

ſuppeteret, unde graſſantibus monſtris praecluderetur iter. Sed ego vobis alium ingerere ſermonem ſuperſedeo, ne inſtitutae quaeſtioni quicquam inferatur offenſae. Ad haec ego, Rangonium interim nutu ad ſecedendum ſolicitans, aequius inquam, & mihi utilius factum fuiſſet, ſi me auditorem potius, quam loquentem paſſi eſſetis, ita namque contigiſſet, ut domum retuliſſem ego conſuetum vigiliarum fructum, neque vobis tanta animi moderatione opus fuiſſet. Quid ſi, ait Rangonius, haec guſtui meo ſatis, immo plurimum reſpondiſſent? fateor enim me literarum Graecarum, quas maximi ſemper feci majore teneri deſiderio, neque me deinceps mihi defuturum, quin hujuſmodi ſtudiorum familiaritas mihi comparetur. Gratulor, tum ait Urſius, tibi, quod tam cito profeceris, exquiſitaſque illas naturae tuae dotes, & florentem aetatem iniquae Italorum conſuetudini ſis ſubducturus. At quaeſo, inquam, mi Rangoni, alte promiſſum hoc tuum memoriae manda, ne tibi olim (quod abſit) oblituro magnum hunc tuae voluntatis teſtem obiiciam. Quo dicto, abivimus.

Mutinae Idib. Jul. MDCXCIII.

Digitized by Google

LUDOVICI ANTONII
MURATORII
DE PRIMIS CHRISTIANORUM ECCLESIIS

AD ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINUM

ANTONIUM FELICEM
MARSILIUM
BONONIENSEM ARCHIDIACONUM
DISSERTATIO.

COGITANTI mihi dudum, Marſili doctiſſime, qua in re tibi obſequii mei, ac aeſtimationis particulam exhibendam ſuſciperem, non vulgare occurrerat monumentum neque eruditione tua, ut arbitrabar, indignum, neque genio meo alienum. Antiqua ſcilicet id erat ac prolixa Inſcriptio Graeca, quam e porphiretico lapide heic Mutinae aſſervato, mutilam licet erueram. Eam Latio per me donatam tanquam oculis tuis ſubiiciendam diſſertatione longa jam illuſtrare coeperam, quippe qui eam nulli hactenus animadverſam nedum luce donatam cenſueram. Verum vota mea feſellit eventus, ſiquidem apud Gruterum, cujus videndi mihi ſero facultas contigit, integra extat, quum lapis ille anno MDL. in Cardinalis Carpenſis Muſaeo

Romae

Romae detineretur (ubi excripta etiam Epigraphe fuit) & quo fato neſcio in hanc urbem in amici mei manus fuerit delatus. Concepta itaque e ſpe excidens ad ea protinus ſtudia me converti, quae ut ſanctiſſima, ita animum tuum illuſtri complere oblectamento, ſibique totum dicare conſueſcunt. Atque ex iis ſeligere placuit, quod ad veterum Chriſtianae Fidei templorum cognitionem ſpectat, non ut ea quidem tibi diſcenda proponerem viro in omni Eccleſiaſticae Hiſtoriae penetralibus nunquam hoſpiti, ſed ut examinanda, atque emendanda, quum tua poſceret humanitas, tibi commendarem. Prioribus vero illis temporibus orationem meam alligare conſtitui, tum quia poſteriori aevo templa extitiſſe exploratum eſt unicuique, tum quia apprime adverſus haereticos auſus tempora adhuc illa militant, & eorum auctoritati multum honoris plerumque deferendum ipſimet fatentur. Fuere quidem e Novatoribus nonnulli, qui illuc uſque ſuam impudentiam perduxerunt, ut Apoſtolicis illis Seculis notam inurerent, omneſque etiam ſumma ſanctitate ac eruditione viros tum temporis inſignes impietatis arguerent, inter quos Lutheri diſcipulos Petrum Rebenſthoch Lib. Colloq. menſalium &c. ita maledicentem audire non pigeat. Dionyſius, inquit, multa garrit, de nominibus divinis, de Caeleſti, & Eccleſiaſtica Hierarchia. Ita eum appellaverunt diviniloquum; ſed ſunt mera ſomnia, nec fuit Pauli diſcipulus, nec Martyr. Tertullianus horridus, ferus, ſine ingenio, ſine doctrina, ſine ſenſu communi. Cyprianus eſt infirmus Theologus. Cypriani, ac Tertulliani aetate caepit degenerare Eccleſia. Origenem jampridem excommunicavi. In toto Origene non eſt unum verbum de Chriſto. In Athanaſio nihil ſingulare eſt. Baſilius nihil plane valet; totus eſt Monachus: illum ne pili quidem facio &c. Quis autem cachinnis parcat, quum haec audire contingit, haec inquam riſu potius quam indignatione digna? Verum quum mitiores, ſeu melius dicam, minus dementes haeretici Eccleſiae lapſum ſerius eveniſſe contendant, nempe, ut Melanctoni in loc. poſtrem. edition., Vuhitachero, & aliis Calviniſtis ſub Zozimo Pontifice ad annum CDXX. ſeu, ut Bezae, ſub Leone Magno anno CDXL. ſive ut Lutherus, Calvinus, Bullengerus aliique aſſerunt ſub Gregorio Magno ad annum DC. hinc eſt quod, velint nolint, ſanctiſſimis templis honorem habendum convincitur, illo enim tempore, quo Eccleſiam veram viguiſſe affirmant, templa non modo ſtabant, ſed omni cultu, ac divitiarum ſplendore affluebant. Quid eſt igitur quod Lutherani, & Calviniſtae reprehendant ad orandum excitari templa, eaque in San-

ſtorum honorem conſecrari, quum prima Eccleſiae tempora in adverſum clament? Magdeburgenſes Centuriones etiam Centuria IV. Cap. VI. col. CCCCVII. & ſeqq. multa evomunt adverſus ritum conſecrandi Eccleſias, Centur. II. nullum tribus prioribus ſeculis fuiſſe Chriſtianis templum affirmant, & in praefat. Centur. VI. Catholicos carpunt, qui ingentibus ſumtibus Eccleſias ſtruunt, eaſque in Martyrum honorem. Praeterea Calvinus praef. Inſtit. templorum ornatum ex auro, argento, ſerico, Lapidibus pretioſis &c. mordet, quinimmo Lib. III. Cap. XX. §. XXX. dicit erigenda quidem eſſe templa ad communes preces fundendas, haudquaquam tamen cenſendum ullam ineſſe templo ſanctitatem, ubi aperte indicat privatas preces non melius in templo fieri, quam alibi. Et haec quidem partim ab anteceſſoribus haereticis hauſiſſe iſti videntur, quandoquidem, ut Auguſt. Lib. XX. Cap. III. IV. contra Fauſtum Manich. habet, Manichaei Catholicis objiciebant templa, & altaria more Gentilium ac Judaeorum erecta. Manichaeos ſequuti Meſſaliani illa etiam execrabantur, ſuiſque ſolum in domibus orandum eſſe Deum volebant, ut Damaſcenus refert. Lib. de C. haereſib. Eodem fere tempore Euſtathius templa omnia, & Martyrum praecipue deteſtabatur, teſte Socrate Lib. II. hiſt. Cap. XXXIII. Ulterius tamen proceſſere Petrobruſiani, qui templa evertere ſummis conatibus ſtuduerunt, ut habet auctor vitae S. Bernardi Lib. III. Cap. V. Furenter etiam ſe geſſerunt in ſacras aedes Albigenſes, Waldenſes, Wicleſiſtae, Anabaptiſtae, aliique noſtro propiores aevo impietatis fautores. Quos quidem omnes ſuſcepta refellere diſceptatione in animum induxi, & hoc profecto me praeſtiturum confido, ſi priſtinum Eccleſiae uſum iſta ex parte aperire contendam. Potius enim quid facti, quam quid juris fuerit heic perſcrutari lubet, quippe quum neceſſario ex unius afferta veritate praeter alias auctoritates alterius etiam veritas conſequatur. Praemittenda itaque cenſeo quaedam de Eccleſiae, ſacrorumque locorum appellatione, ut quod ſum dicturus magis clareſcat.

CA-

CAPUT PRIMUM.

De Eccleſiae nomine.

Eccleſiae varia ſignificatio. Primo pro Concione, aut Concilio. Secundo pro ipſo concionis loco. Demoſthenes illuſtratur. Tertio pro Chriſtianorum univerſali caetu. Quarto pro particulari eorumdem caetu. Poſtremo pro ipſis Templis.

ECCLESIA Graecum nomen eſt Latio donatum, ejuſque multiformis, & lata ſignificatio eſt. Primum enim concionem, aut concilium denotat, unde apud Graecos ἐκκλεσιαν συλλέγειν concionem advocare ſignificabat. Quo in ſenſu etiam Thucid. Lib. I. inquit: ποιήσαντες ἐκκλησίαν οἱ Ἀθηναῖοι γνῶμας σφίσιν αὐτοῖς προυτίθεσαν. nempe: concione advocata Athenienſes ſententiam proferre unicuique liberum facere. Uti etiam apud Ariſtoph. in Acharn. μὴ ποῖειν ἐκκλησίαν Θραξὶ, non dare concionem Thracibus. Et ſexcentis locis alii Auctores nomine hoc ad concionem ſignificandam utuntur. Secundo pro ipſo concionis loco uſurpatum eſt. Lucianus in Dial. Mercurii & Maiae: σαιρεῖν τὸ συμποσιον δει, καὶ διασρώσαι τὴν ἐκκλησίαν convivale cubiculum verrere opus eſt, & conventui ſternere locum. Videtur autem hoc praecipuum τῆς ἐκκλησίας fuiſſe diſcrimen nam τῇ βȣλῇ, hoc eſt Senatui locus aſſignabatur τὸ Βȣλευτήριον noncupatum, populo vero ἐκκλησία. Unde in Orat. pro Corona Demoſthenis locus elucidatur. Οἱ μὲν, ait, Πρυττάνεις τὴν βȣλὴν ἐκάλȣν εἰς τὸ Βȣλευτήριον, ὑμεῖς δ' εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπορευεσθε: Prytanei quidem in Curiam ſenatum advocabant, vos vero in concionem advolabatis. Tertio apud Chriſtianos vocari hoc nomine caepit univerſalis eorum coetus, qui veram Chriſti Religionem profitentur, & illi Catholicae adpoſitum inde fuit vocabulum, ex quo haereſes ſibi illius dotes nomenque adſcribere caeperunt, unde ad illorum differentiam Catholicae Eccleſiae ſectatores nos ſemper appellati fuimus. Quarto particularem hominum Chriſtianorum coetum, ac congregationem ſic noncupare conſuetum fuit, & D. Johannes Evangeliſta, qui ad Aſiae Eccleſias ſcribit, ita intelligendus eſt, quemadmodum & D. Paulus I. ad

ad Cor. quum ait: τῇ ἐκκλησίᾳ τῦ Θεῦ τῇ ὄσῃ ἐν κορίνθῳ: Eccleſiae Dei, quae eſt Corinthi. Tandem uſurpari nomen hoc de ipſo loco caepit, in quo cogebantur Fideles, uti nunc etiam templa appellamus, & hoc antiquitus eveniſſe manifeſtum eſt. Prudenter autem ſacras aedes ſic nuncupatas voluerunt Veteres, ut a Judaeorum Synagogis nomine etiam differrent. συναγωγὴ etenim & ἐκκλησία eandem quidem praeferunt ſignificationem, at illa tam de hominibus, quam de brutis congrue intelligi poteſt, iſta vero tantum ratione praeditis adſcribenda venit. Ideoque Apoſtolis Synagoga nunquam Orthodoxorum caetus dictus fuit. De his autem templis Eccleſiae nomen intelligendum non eſt, quum a S. Innocentio Primo ad Decentium Eugubinum ſcribitur his verbis: *Manifeſtum eſt in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Aphricam, atque Siciliam, Inſulaſque interiacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos Venerabilis Petrus, aut ejus ſucceſſores conſtituerint Sacerdotes;* ſed quidem de particulari Chriſtianorum coetu, cujuſmodi etiam ſunt Tertulliani verba de Praeſcrip. Cap. XXXVI.

CAPUT SECUNDUM.

Quid Baſilicae apud Paganos. Quando apud Chriſtianos caeperunt; Quare Eccleſiae ſic dictae. D. Iſidori ſententia expenditur. Adverſus vulgarem opinionem fuiſſe loca ſacra apud Aethnicos probatur. Earum forma, uſuſque a Judaeis deſumtus.

BASILICA Graecum & ipſa nomen eſt. Apud Paganos aedificium amplum fuit, ubi centumvirales agitabantur cauſae, & jus dicebatur. Seneca de ira Lib. III. Cap. XXXIII. *Fremitu judiciorum Baſilicae reſonant.* Quintil. Inſtit. Orat. Lib. XII. *Certe*, inquit, *cum in Baſilica Julia diceret Trachalus primo Tribunali, quatuor autem judicia (ut moris eſt) cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, ut auditum eſt, & intellectum, & (quod agentibus caeteris contumelioſum fuit) laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini.* Quibus ex verbis notum fit tribunal quadruplex, totidemque judicia in Baſilicis fuiſſe, unde non modica lux Juniori Plinio affulget, qui Lib. VI. Epiſt. XXXIII. *Quadruplici judicio*, inquit, *bona paterna repetebat. Sedebant Judi-*
ces

ces 180. *ingens utrinque Advocatorum, & adſtantium corona multiplici circulo latiſſimum judicium ambibat*. Ad hoc ſtipatum tribunal, atque ex ſuperiore Baſilicae parte, qua feminae, qua viri, & audiendi, quod erat difficile, & viſendi ſtudio imminebant. Erant autem Baſilicae Foris adjunctae, ut Vitruvius Cap. I. Lib. V. innuit, & calidiſſimis partibus conſtitui ſolebant, ut per hyemem ſine moleſtia tempeſtatum ſe in eas conferre negotiatores poſſent. Idem Vitruvius illas deſcribit eod. Lib. ſicque aedificatas memorat, ut in una parte judicia, in altera negotia exerceri poſſent, nam & in eis mercatura exercebatur, ut apparet ex L. *pediculis*. § *item cum quaereretur* ff. de auro, & arg. leg. Adeo vero negotiatoribus fas fuit heic immorari, ut eſculenta etiam poculentaque, & id genus alia, ſues praeterea, & beſtias reliquas habere liceret, unde apud Plautum Paraſiti magnifica verba notanda, quibus infortunium minatur in Baſilica morantibus ob immunditiem, tetrumque animalium odorem, quae illic ſaginantur. Fuere autem Romae ex iis XIX. ex relatu P. Victoris in libello *de Urb. Romae Regionibus*. Licet Onuphrius Panvinius XXI. numeret. Fuere aliae quoque alibi, ut Neapoli ex Gruteri Inſcriptionibus pag. 444. num. 2. Spoleti pag. 171. 1. Aureliana Tordae pag 171. 13. Apud Caeretes pag. 214. Albae Aſiana ex Reineſii Inſcriptione *39*. Claſs. 11. Harum vero uſum ex Judaeis hauſiſſe Romani videntur, ſiquidem Joſeph de Antiqu. Judai. Lib. VIII. Cap. III. a Salomone tres inſtitutas fuiſſe Baſilicas, in queis lites agitabantur, & coram Rege dirimebantur. Quibus verbis conſonat vulgatus Bibliorum tranſlator, atrium majus templi Salomonis Baſilicam dicens in 2. Paralip. Cap. IV. & VI. licet Graece ἀυγὴν legatur. Qua de re videndus Villalpandus Tom. II. in Ezechiel pag. 436. Videndum nunc eſt quare ad divinas aedes traductum fuerit Baſilicae nomen, & quo tempore. Et quidem tempus ſtatui poſſe mihi inconcuſſe videtur ad primos annos, quibus Conſtantinus Magnus Chriſtianam fidem profiteri caepit. Tum enim tantum prophana Deorum templa, Baſilicaſque in veri Numinis cultum converſas, & exinde Baſilicae nomen ſacrum reperimus. In actis enim S. Sylveſtri (ut ut eis fides adhibenda ſit) dicitur Conſtantinus Baſilicam ſuo nomine nuncupatam erexiſſe, & Salvatori dicaſſe, quae tamen non eadem eſt, quae publicis ante negotiis mancipata fuerat. Aliam etiam S. Paulo Apoſtolo condi curavit, muneribuſque eximiis ornavit, & praeter alias Vaticanae Baſilicae ſolemnis mentio eſt apud certiſſimos Auctores, & Anaſtaſius Biblioth. in

libello

libello ſingulari *de Munif. Conſtantini* illam inſigniter Eccleſiam depraedicat. Ejuſdem etiam Imperatoris Epiſtola ad Africanos à Baronio ad Annum 316. num. 62. refertur & Bibliotheca Petri Pithaei, in qua Baſilicae mentio habetur in Conſtantina civitate ipſius Auguſti juſſu extructae, qua a Donatiſtis occupata, novae excitandae locum Epiſcopi illi popoſcerant, & Imperator eis largitur. Euſebius praeterea pluribus in locis novam Baſilicarum in meliorem uſum converſionem commemorat. Quod poſtea ſequentes Imperatores imitatione praeſtiterunt, unde Auſonius in gratiarum act. ad Gratianum inquit: *Baſilicae olim negotiis plenae, nunc votis votiſque pro tua ſalute ſuſceptis ſonant*. At obſtat Hygini Pontificis anno Aerae Chriſtianae 152. viventis conſtitutum, quod apud pleroſque Canonum collectores etiam Evariſto anno CX. viventi adjudicatur, & a Gratiano in C. *omnes Baſilicae*, de conſecr. diſt. 1. refertur, ubi Baſilicarum mentio habetur. At Iſidori Mercatoris quum hoc eſſe figmentum pateat, quidquid Turrianus, aliique contenderint, nihil in aſſertum militat. Opponi adhuc poſſunt Optati Milevetani Lib. I. de Donatiſt. ſchiſm. verba. *Hi, & caeteri, quos Principes tuos fuiſſe paulo poſt docebimus, poſt perſecutionem apud Cirtam civitatem* (quia Baſilicae necdum fuerant reſtitutae) *in domum Urbani Cariſii conſederunt die 3. idus Majas*. Id autem accidit in Maxentii perſecutione, antequam de ſancta Religione amplectenda quicquam Conſtantinus cogitaret. Dico Optatum loqui conſueto, licitoque Anachroniſmo, illud enim nomen, quod tum temporis, quo is ſcripſit (Anno nempe 368. aut forte poſt) Eccleſiis inſignibus inditum erat, ad ſacras ante Conſtantinum aedes tranſtulit, & id quidem ex Hiſtorici ore, non quod revera ſic appellarentur. Sed quare Sacroſanctis Eccleſiis adjunctum hoc nomen? Iſidorus Hiſpal. Epiſcopus Origin. Lib. XV. Cap. XIV. rationem reddere nititur his verbis: Baſilicae prius vocabantur Regum habitacula, unde & nomen habent, nam Βασιλεὺς Rex, & Baſilicae regiae habitationes. Nunc autem ideo divina templa Baſilicae nominantur, quia ibi Regi omnium Deo cultus, & ſacrificia offeruntur. Iſidorum porro ſecuti ſunt Amalarius de Eccleſ. officiis Lib. II. Cap. II. & Walfrid. Strabo de reb. Eccleſ. Cap. VI. Sed haec Iſidori ratio, ſeu conjectura non bene ſibi cohaerere videtur. Quandoquidem non Βασιλικὴ, ſed Βασιλικὸν Regale habitaculum noncupari ſolebat, ut ex Platone V. legum colligitur, & frequentius etiam Βασιλεῖον. Audi Xenophontem παιδ. Lib. VII. *τίνας τῶν ἄλλων ἂν πιστοτάτους περὶ τὸ βασίλειον*

φύλα-

Digitized by Google

φύλακας λάβοι quaſdam fidiſſimas Regiae domus cuſtodias ſumere poſſit. Plato ad Axioch. ἐν ῆ βασιλεία πλέτωνος ἐκ ἦττω τῆς τε Διὸς αὐλῆς: In qua Plutonis regia ſunt habitacula non inferiora Jovis aula. Athenaeus Lib. V. νῦν δὲ βασιλεία λέγεσιν αὐλὰς nunc Baſilaea dicunt aulas. Praeterea Athenag. ſua in legatione bis Baſilicae meminit hac ſignificatione, at non ſimpliciter, modo enim Βασιλικην ἕςιαν, regalem nempe domum, modo καταγωγας Βασιλικας hoc eſt aedes regias ſcribit. Sic paſſim uſurpat Herodianus, aliique Graeci ſcriptores. Igitur Baſilicas olim denominari potuiſſe, aut revera denominatas regum domus fuiſſe aegre perſuaderi poteſt. Patet autem ea ſolum loca, in queis judicia, ut ſuperius dixi, habebantur tum deſignata peculiariter fuiſſe, quum Baſilicae ſimpliciter nomen fiebat. Plutarch. in Publ. ἐι μίαν ἴιδεν ἐν ὀικία Δομετιανε ςοαὸ, ἢ Βασιλικην, ἢ βαλανεῖον ſi ſemel vidiſſet in Domitiani domo porticum, Baſilicam, & Balneum. Ubi vides a Regio Domitiani palatio Baſilicam diſtingui, aliudque ſignificari quam Regiam domum. Et hinc quotquot Auctores Baſilicae nomen abſque alia notione uſurparunt, memorata ſolum loca intellexiſſe certo certius apparet. Caeterum in ſacra templa traductum hoc nomen fuiſſe ex eo, quod ibi Regi omnium cultus, & ſacrificia offerantur, lubricum eſt argumentum. Cur enim omnibus templis vocabulum hoc exinde accomodatum non fuit, ſed ingentibus tantum, magnificiſque Eccleſiarum molibus, quum & in humilibus Eccleſiis omnium Rex Deus perinde, ac in vaſtis colatur? Deinde qui Regum habitacula vocari poſſent tot Urbis Baſilicae, quas a Paulo Aemilio, Matidio, ac Martiano, vel a T. Sempronio, aliiſque Romanis Civibus, non utique Regibus excitatae fuere? Aliunde igitur ratio expetenda eſt, Baſilicas a veteribus appellatas fuiſſe certas Judiciis peragendis inſtitutas domos inde conjicio, quia nomen Βασιλεὺς non Regem tantum, ſed & Judicem ſignificat, unde Heſiodus vocat δωροφαγυς Βασιλῆας: Judices doniviros. Ex Judicum igitur nomine in eas domus nomen transferri potuit. Chriſtianorum vero Eccleſiae appellationem hanc ſortitae videntur, tum quod ipſaemet Baſilicae a prophano pium in uſum traductae nomen retinuere, tum quia ſacrorum quorundam templorum forma ac aedificium eis perquam ſimile erat. Baſilica namque olim navim habebat mediam teſtudinatam, ac apſidatam, quae ex utraque ex parte porticibus concameratis juncta erat ita ut in una porticu judicia, in alia exercerentur negotia. E medio ſpatio in utrumque latus per intercolumnia, ſeu periſtylia liber proſpectus

aperie-

aperiebatur, uti Vitruv. Lib. V. Cap. I. egregie docet, & ex Paulo Silentario Salmaſius in Solin. pag. 851. &c. ult. edit. Hujuſmodi heic Mutinae antiqua & magnifica D. Petri apud Benedictinos Eccleſia ſe praebet, & ni fallor, Lateranenſis quoque una cum aliis in Urbe Baſilica. Ea vero quae apud Romanos *templa* appellabantur, quadrati, rotundi, octagonique operis ſaepius conſtituebantur. Quod imitati Chriſtianae Religionis Profeſſores templa nuncupabant extructas hoc pacto Eccleſias, & Baſilicae vocabulo alias in oblongum porrectas afficiebant; Ita etiam ſentire videtur Eruditiſſimus vir Johannes Mabillonius in Itinerario Italico. Sed & alia ſuccurrit ratio nemini quidem, quod ſciam, antea obſervata. Baſilicae enim non judiciis tantum, negotiiſque inſervierunt, ſed & ſacrae fuere, immo in eis ſacrificia habebantur. Quare non ideo ſolum ſub ſtipulationem cadere nequibant, quia publica, ſed quia ſacra etiam apud Gentiles aedificia erant L. inter ſtipulantem. §. ſacram rem ff. de verb. oblig. Colligo id ex eodem Vitruvio libro citato, ubi inquit: Ideo quod mediae duae (columnae) in ea parte non ſunt poſitae, ne impediatur aſpectus pronae aedis Auguſti, quae eſt in medio latere parietis Baſilicae collocata. Et inferius. Tranſtra ſuſtinent unum culmen perpetuae Baſilicae, alterum a medio ſupra pronaum aedis. Ubi pronai nomen attendendum eſt, videlicet, veſtibulum templi, & eſt idem quod *τὸ ἔμπροσϑεν τοῦ ναοῦ* pars ante templum ſita. Sicuti etiam aedes ibi pro ſacra domo accipienda inconcuſſe venit. Praeterea Baſilicam Neptuno dicatam ab Hadriano Caeſare refert Aelius Spartianus, a quo etiam Imperatore in honorem Plotinae Baſilicam aliam apud Nemauſum opere mirabili excitatam perhibet. Et haec quidem opera nil aliud quam ſacra templa eſſe poterant, uti mos apud Paganos mortuis excitandi erat, in queis res ſacrae peragebantur. Quod recte aſſerit Dio in Hadriani vita Ὅϑεν, *inquit*, *οὐ ϑαυμαστὸν, εἰ καὶ Πλωτίναν ἀποθανοῦσαν, δι' ἧς ἔτυχε τῆς ἀρχῆς ἐρώσης αὐτοῦ διαφέροντος ἐτίμησεν, ὡς καὶ ἐπὶ ἡμέρας ἐννέα μελανειμονῆσαι, καὶ ναὸν αὐτῇ οἰκοδομῆσαι, καὶ ὕμνους τινὰς ἐς αὐτὴν ποιῆσαι.* Quare mirandum non eſt, ſi & Plotinam defunctam, cujus opera imperium ſortitus fuerat & a qua plurimum diligebatur, amore, ac honore fuerit proſecutus ita ut per novem dies pullatus inceſſerit, *eique templum extruxerit*, & quoſdam hymnos in ejus honorem compoſuerit. Baſilica igitur templum etiam fuit & quidem ſacros in uſus inſtitutum, aut ſaltem in Baſilicis templum fuit, ſeu ſacellum intimam forte, aut lateralem Baſilicae partem occupans, ex quo Βα-

σιλικῆς

σιλικῆς ἱεροῦ baſilicae templum apud Politianum dicitur. Quare ſolemniter hallucinatur Pius Ant. Bartolinus in L. *nemo Apoſtolorum* C. de ſacroſ. Eccleſ. apud Gruter in Theſauro Crit. ubi adverſus Bartolum alioſque Juris interpretes deffinit: Intelligunt Baſilicam pro Eccleſia, quod eſt falſum:. Nam Baſilica eſt locus publicus, non ſacer &c. loca namque illa conſtat templorum ſacrorumque locorum ſpeciem fuiſſe, ac proinde non ſatis recte locum Statii explicaſſe videtur Janus Parrhaſius Sylloge IV. Ep. V. ubi Papinius Lib. I. Sylvar. ait

> *At laterum paſſus hinc Julia templa tuentur,*
> *Illinc belligeri ſublimis Regia Pauli.*

Cenſet enim de aede Julii Caeſaris, quae a Baſilica ejuſdem Julii diſſimilis fuit, intelligendos verſus, quum & Baſilicae congruere templi nomen ex Dione viderimus, & a Baſilica Pauli memorata Baſilicam aliam Julii deſignare Poeta videatur. Sed aliam accipe veritatis hujus aſſertionem; & eam quidem exoticam. Quid, inquies, tam novum adferes? Marmor eſt Smyrnenſe revera mutilum, ſatiſque obſcurum, ſed cui litem dirimere ſaſt eſt. Apud Seldenum habetur inter Arundell. Graeca No. IV. & apud Reineſ. Claſſ. II. num. 68. Recenſebo vero, quae ad rem faciunt . . . . ΔΕΤΟΔ . . . . . . ΠΕΣΤΟΣΤΟ ΕΦ ΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ ΥΠΕΣΧΟΝΤΟ ΟΙ ΔΕ ΚΛ. ΒΑΣΣΟΜ ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΝΕΜΕΣΩΝ ΣΤΡΩΣΕΙΝ ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΙΚΗΝ. *ſub quo Praetore polliciti ſunt Cl. Baſſus praeſes Baſilicam Dearum Nemeſium tegere*. Inferius vero Nymphidiae Sacerdotis ſummae meminit, uti Hymnorum, rerumque aliarum, quae Deabus Nemeſiis aedem conſtitutam fuiſſe evincunt, quamque Baſilicam appellari cernis. Quum itaque quid ſacrum forent ipſae ſub Paganis Baſilicae, mirum non eſt, ſi ſub Chriſtianis quoque uſu converſo vetuſtum retinuerint nomen, quamplurima enim vocabula tam iſtis quam illis communia fuiſſe quoad Religionem omnibus conſtat. Caeterum Baſilicarum appellatio aevo ſequiori uſurpata adeo fuit, ut omnia pene templa ſub iſta comprehenderentur, quanquam illa inſignioribus tantum rectius appareat conveniſſe, ut D. Ambroſius inſinuare videtur Epiſt. XXIX. & novae edit. XL. ad Theodoſ. Aug. *At certe*, inquit, *ſi jure gentium agerem, dicerem quantas Eccleſiae Baſilicas Judaei tempore Imperatoris Juliani incenderint, duas Damaſci, quarum una vix reparata eſt, ſed Eccleſiae, non Synagogae impendiis. Altera Baſilica infor-*

mibus horret ruinis. Incenſae ſunt Baſilicae Gazis, Aſcalone, Beryto &c. Incenſa eſt & Baſilica Alexandriae à gentibus, & Judaeis, quae ſola praeſtabat caeteris. Quibus verbis Eccleſias ingentes, amplioreſque quas Judaei flammis tradiderant, neque tamen expenſis propriis reaedificarant, probe deſignat, dum Theodoſius humilem per Chriſtianos incenſam Synagogam a Chriſtianis quoque reficiendam mandaſſet. Non nego tamen quin hoc nomen ſortiri potuerint etiam Eccleſiae ex ipſa ejus ſignificatione, nam Baſilicus pro Regio, auguſto, magnificoque uſurpatur. Athenaeus Βασιλικὴν ἐσθῆτα & βασιλικὸν συμπόσιον pro magnifica veſte, ſumtuoſoque convivio habet, & paſſim apud omnes. Quare quum inſignia erigi caeperunt templa, eis tum inditam hanc fuiſſe appellationem par eſt credere, ſubintelligendo Baſilicae nomen Eccleſiae, tale quippe vocabulum iis temporibus etiam ad alia quam ad Curialem locum translatum fuerat, nimirum ad quaſcunque domus privatas, ut apud Hieronymum in Epiſt. XVIII. (a) ad Marcellam videre eſt, inquit enim: *Ubi ſunt latae porticus? ubi aurata laquearia? ubi domus miſerorum poenis, & damnatorum labore veſtitae? ubi inſtar palatii opibus privatorum extructae Baſilicae?*

CAPUT TERTIUM.

De Templis, Fanis, ac Delubris.

Quadruplex apud Gentiles ſignificatio. Eo nomine quatuor primis ſeculis abſtinuere Chriſtiani. De Fanis variae Antiquorum ſententiae, ubi etiam de Delubris. Apud Chriſtianos veteres Fani nomen in uſu non fuit; non ſic de Delubro videtur.

T*EMPLUM* ex Iſidoro Lib. XV. Orig. Cap. IV. ſic dicitur, quaſi tectum amplum, fuitque generale nomen quibuſcunque locis magnitudine conſpicuis conveniens. Ac primum in Augurali diſciplina pro caelo ſumitur, unde Septimius Poeta in Hymn. Jani apud Victorin. Rhetor.

Cui reſerata mugiunt aurea caeli templa.

Lucretius ſaepe hac utitur ſignificatione; libro enim primo ait: .... *Nec*

(*a*) In nupera Vallarſii Edit. Venet. 1766. Epiſt. XLVI.

. . . . . Nec Coeli lucida templa.

Lib. II. *Id rurſum coeli rellatum templa receptant &c.*

Lib. V. *Paſſim per coeli volvunt ſe immania templa.*

Quod idem aſſerit Varro de lingua Latina Lib. VI. ex Hecuba haec citans: *O magna templa coeli tum commixta ſtellis ſplendidis.* Secundo vero pro quolibet loco clauſo capitur etiamſi profano, nec auguriis conſecrato. Idem Varro eod. lib. inquit: *Curia Hoſtilia templum eſt, & tamen ſanctum non eſt*, hoc eſt quicquid palis, haſtis, aut aliqua re ſimili claudi poteſt. Eadem Servius notat ad Lib. IV. Aeneid. ver. 199. ubi

. Templa Jovi centum latis immania Regnis,
Centum aras poſuit.

Tertio Templi nomine ſepulcrum notatur. Nonius Marcellus Cap. VI. de impropriis. *Templum*, inquit, *& ſepulcrum dici poteſt veterum auctoritate*. Virgil. Aened. Lib. IV.

Praeterea fuit in tectis de marmore Templum
Coniugis antiqui.

Tandem Templum eſt aedificium Deo dicatum, & ſub hac ratione tum Gentilibus, tum Chriſtianis in uſu ſemper fuit, & inquit Luctatius (male Lactantium quidam appellant) ad Lib. I Thebaid. Stat. *Penates hominum ſunt Deorum templa*. Templorum autem uſum, ac appellationem a Judaeis prodiiſſe conſtat, qui primi omnium Deo Opt. Max. Templum excitarunt; Romani etenim 170. prioribus annis, ritu Perſico, templis, ſimulacris, Deorumque imaginibus caruere, ut ex Varrone D. Auguſtinus Lib. IV. de Civ. Dei Cap. VI. notat. Sed haec aliis. Eccleſiae tamen, quod nobis heic animadvertendum eſt, tribus prioribus ſeculis, & pene ſequenti toto templi denominatione caruerunt, quum enim adhuc ex Ethnicilſmi imperio Religio Chriſtiana conſurgeret, quod Paganicam vocabulum hoc redoleret ſuperſtitionem, in conſortium ſuum recipere non ſuſtinebat. Quare ſpecialiter pro aedibus falſorum Numinum uſurpat templi nomen Hieron. adverſ. Vigilant. Epiſt. LIII. (a) his verbis: *Et cum Juliano perſecutore, Sanctorum Baſilicas aut deſtrueres, aut* in

(a) Edit. praefatae Epiſt. CIX.

in templa converteres? Quod autem adſertur ex Lactantii carmine de paſſione Domini, ubi ait:

> *Quiſquis aedes, mediique ſubis in limina templi*
> *Siſte parum &c.*

facili negotio exſufflatur, nam Lactantio Poemation hoc non modo, ſed & alia duo, de Phoenice nempe, & de Paſchate ſuppoſita eſſe jampridem eruditiſſimi viri concorditer edocuerunt. Caeterum tum ex Proſpero de promiſs. par. III. promiſs. XXXVIII. (quicumque ſit auctor ille), tum ex Optato Templi vocabulum Paganis tantum conveniſſe deprehendo. Et hic imprimis Lib. VI. de Schiſm. Donat. inquit: *Quis noſtrum intravit templa? Quis vidit ſacra ſacrilega? Pollui homines poſſunt fumis ſacrilegis, nidoribus, ſacrificiis, ſanguine. Sed in hac cauſa quis ingreſſus eſt templum?* Uſurpat enim abſque alia additione nomen hoc Optatus, quod ſciret Gentilibus tantum labris inſonare, profaniſque Diis congruere peculiariter, ut ex Lactantio ſupra adnotavi. Quum tamen Aethnicorum impietas ſublata foret, neque ſuſpicio aliqua, aut horror Chriſtianis auribus ex hac appellatione immineret, paſſim apud omnes ſacris aedibus inditum fuit Templi nomen, ut ex Salviano, qui Lib. IV. de Provid. *Eccleſia*, inquit, *vel potius Templum*, aliiſque ex ſcriptoribus ſubſecutis patet. Quod ſi apud D. Zenonem in Pſalm. 126. haec verba legas. Conventus quidem Eccleſiarum ſive Templi, quos ad ſecretam ſacramentorum religionem aedificiorum ſepta claudunt, conſuetudo noſtra vel Domum Dei ſolita eſt nuncupare, vel Templum; arguendos eos videas, qui Veronenſi huic Epiſcopo ſermones iſtos a Guarino editos tribuunt, quum ſub Galieni temporibus, quibus Templi appellatio a Chriſtianis penitus proſcribebatur, ille martyrium conſummaſſe perhibeatur. Et haec ſatis de Templis. *Fanum* a fando dicitur; *templum enim quum Pontifex Gentilis dedicat, finem aut certa verba fatur*, ut inquit Varro Lib. V. de lingua latina, & Feſtus eodem verbo. Quamquam melius cum aliis ex eo dictum videatur, quod ibi populus cum Diis, Diique cum populo fari ſolerent. D. tamen Iſidorus Lib. XV. Cap. IV. Orig. aliunde vocabulum hoc arceſſit, quippe a Faunis, quibus templa Gentilium error conſtruebat, prodiiſſe nomen ſcribit. Quod a Cornelio Frontone didicit dicente: *Fanum a Fauno conſecratum*, unde Fauni appellabantur prius, & illi, qui vagabantur Fanatici. Aſconius quoque Paedianus

Digitized by Google

dianus ea vocat Fana, ex quibus fata petebantur, licet aut exſcriptorum, aut impreſſorum incuria pro fana eo loco fama legatur. Negantur porro quicumque Fanum pro ſepulcro uſurpant; Cicero enim Epiſt. ad Att. XII. *Fanum*, inquit, *fieri volo*, *neque hoc mihi erui poteſt*. *Sepulcri ſimilitudinem effugere non tam propter poenam legis ſtudeo*, *quam ut maxime aſſequar ἀποθέωσιν*. Ubi patet Diis tantum, aut iis, qui inter Divos referebantur, extrui conſueviſſe Fana, eaque nedum ſepulcra, ſed ne ſepulcris quidem ſimilia fieri lege cautum fuiſſe. Sed ad *Delubrum* veniamus, quod quidem nomen, ſi Iſidoro Hiſpalenſi, Servio, Frontonique fides habenda, a *diluendo* venit, nam vel homines *piacula* ibi ſua diluunt, vel, quia prope veterum templa fluebant fontes, ante ingreſſum gens diluebatur. Paedianus vero Delubra appellat multas ſub uno tecto aedes a diluvio pluviae munitas. Verum Macrobius Lib. III. Saturnal. ex Varronis Lib. VIII. de Rer. Divin. Inſtit. haec habet. *Delubrum alii exiſtimant eſſe*, *in quo praeter aedem ſit area aſſumpta Deûm cauſa*, *ut eſt in Circo Flaminio Jovis Statoris*. Alii locum eſſe, in quo Dei ſimulacrum dedicatum ſit, ut ita ab Dei dedicato ſimulacro Delubrum coeperit dici. Sed quid nobis inter tot diverſas dicendum ſententias? Aut eam, quae potior videtur, ſeligere, aut omnes ridere debemus, quum & ipſi Antiquorum Anteſignani, ipſeque praeſertim omnium doctiſſimus M. Varro heic caecutiant, aut ſaltem ambigui pendeant. Poſtremo tamen loco Pauli Diaconi, ejus qui Feſtum in Epitomen redegit, conjecturam hac de re audi, ſique potes cachinnis parce. *Delubrum*, is ait, *dicebant fuſtem delibratum*, *hoc eſt decorticatum*, *quem venerabantur pro Deo*. At abeant in malam rem veteres iſti gerrones, noſque ad noſtram reducti, an Chriſtianorum Eccleſiis communia olim fuerint Fani, ac Delubri nomina expendamus. Baronius ad annum 57. id negat, eoſque improbat ex recentioribus, qui ſacras appellatione iſta Eccleſias profanarunt, quum omnes antiquos illa abſtituiſſe certiſſimum perhibeat. Ego quo ad Fanum eruditiſſimo viro omnino aſſentiendum reor; peculiariter enim a Chriſtianis gentium Templa hoc nomine ſignabantur. Commodianus Inſtr. XIV.

Exis inde foras, *iterum tua Fana requiris*.

Et apertius D. Ambroſius Epiſt. XXIX., & novae Edit. XL. *Vindicabitur etiam Valentinianorum Fanum incenſum?* Quid eſt enim niſi

Fanum,

Fanum, in quo eſt conventus Gentilium? At quod eſt de Delubro non ita certum videtur, ſiquidem Iſidorus loco ſupracit. de Delubris ſic ait. *Ipſa nunc ſunt aedes cum ſacris fontibus, in quibus fideles regenerati purificantur, & bene quodam praeſagio Delubra ſunt appellata. Sunt enim in ablutionem peccatorum. Fons autem in Delubris locus regenerationis eſt, in quo ſeptem gradus in Spiritus Sancti myſterio formantur.* Ex quo cum de antiquorum, tum de ſuorum temporum uſu Iſidorus loqui videtur, quum fontes in Delubris regeneratorum eſſe locum inſinuat. Erant ſiquidem in templorum atriis fontes, ut ante illorum ingreſſum fidelium manus ablui poſſent. Paulinus Epiſt. II. ad Sever. ait:

Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus, intrantumque manus lavat amne miniſtro.

Qua ex re Delubra nominari Eccleſiae quoque potuere. Et de hoc uſu conſulendus praecipue eſt Cl. veſter Comes Valerius Zani apud Malvaſiam in Marmor. Felſin. Neque a Chriſtiana puritate degenerat hoc etiam uti vocabulo, cui nulla ineſt ſignificatio, quae non & Chriſtianos deceat. Non currit autem illud de Fano; quod miram ſapiat Gentilium ſuperſtitionem, vel a Fauno, vel ab Augurum fando procedat. Licet neque ipſa fana a veteribus deſtrui ſolerent, ſed Idolis fractis ſancto reſtituta uſui priſtinum tantummodo amittebant nomen. Qua de re loquitur Gregorius Magnus ad Melitum Abb. Ep. LXXI. Lib. IX. Ind. IV. *Fana*, ait, *Idolorum deſtrui in eadem gente* (Anglorum) *minime debent, ſed ipſa, quae in eis ſunt, Idola deſtruantur. Aqua benedicta fiat, in eiſdem Fanis aſpergatur, altaria conſtruantur, reliquiae ponantur, quia ſi Fana eadem bene conſtructa ſunt, neceſſe eſt, ut a cultu Daemonum in obſequium veri Dei debeant commodari, ut dum gens ipſa eadem Fana non videt deſtrui, de corde errorem deponat, & verum Deum cognoſcens, ac adorans ad loca, quae conſuevit, familiarius concurrat.* Et infra: *Circa eaſdem Eccleſias, quae ex Fanis commutatae ſunt &c.* Quibus etiam ex verbis quum pateat omnia, quae apud Paganos Diis inſerviebant templa a Chriſtianis in Chriſti cultum converſa, magis probatur quod ſuperius de Baſilicis dixi, nempe & eas falſis Numinibus fuiſſe dicatas melioremque in uſum traductas vetuſtum nomen adhuc retinuiſſe.

CA-

Digitized by Google

CAPUT QUARTUM.

De reliquis Eccleſiarum nominibus.

Eccleſia Dominicum, & κυριακὸν dicta. Memoria etiam, ac Martyrium vocabatur.

PRAETER illa, quae diximus ſupra ſacris templis appoſita nomina, *Dominicum* ulterius tum apud Graecos, tum apud Latinos antiquiſſime habetur. Hoc vocabulo uſi ſunt Cyprianus Serm. de oper. & Eleem. *Quae in Dominicum ſine Sacrificio venis.* Anonymus Scriptor, qui circa Annum CCCXXX. tempore Conſtantini vixit, apud Salmaſium ad Solin. pag. 851. ult. edit. ait *Ibidem modo juſſu Conſtantini Imperatoris Baſilica facta eſt, ideſt Dominicum mirae pulcbritudinis.* Concilium quoque Laodicenum Can. XXVIII. *Non oportet in Dominicis locis, ſeu Eccleſiis eas, quae dicuntur Agapes, fieri, & in domo Dei comedere, & accubitus ſternere.* ἐν τοῖς κυριακοῖς συνεςίειν, καὶ ἀκκυβίτα ςρωννύειν. Qui Canon relatus Diſt. XXXXII. C. non oportet pro κυριακοῖς habet Baſilicas, neque immèrito. Antiochiae quoque inſigne fuit templum, quod Dominicum aureum appellabatur in hiſtoriis perquam celebre. Nominis hujus cauſam aſſignat Euſebius in Orat. de laudibus Conſtantini: *Templa*, inquit, *uni omnium Deo, atque Univerſarum rerum Domino dedicanda curavit, unde etiam Templa, quae erant ei conſecrata, Domini nomen obtinuere, quod nomen non ex hominibus, ſed ex ipſo omnium Domino illis fuit impoſitum, & propterea Dominica ſunt appellata.* Haec Euſebius, quae eadem habet Valfridus Strabo de reb. Eccleſ. Inſuper Memoria templum vocari ſolebat. Hanc autem nomenclaturam familiarem habet Auguſtinus. Et ex eo prodiit, quod in Martyrum, Sanctorumque memoriam erigebantur Templa, unde in Concilio Africano, ſeu in Africanarum Synodorum Codice Can. L. quem & Gratianus retulit de Conſecr. Diſt. I. C. placuit. Sic habetur: *Item placuit, ut altaria, quae paſſim per agros, & vias tamquam memoriae Martyrum conſtituuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiae Martyrum conditae probantur ab Epiſcopis, qui locis eiſdem praeſunt, ſi fieri poteſt, evertantur.*

tantur. Statuit Canon iſte, ut Eccleſiae evertantur, quas non decorarent reliquiae, corpuſve aliquod Martyrum, & hoc ex Apoſtolico, & Eccleſiaſtico uſu haec neceſſario ad Templi conſtitutionem requirente. Unde proſequitur: *Et omnino nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, niſi ibi Corpus, aut aliquae Reliquiae ſint &c.* Quae Sancta conſuetudo a poſtremo Synodi Gangrenſis Canone hauſta eſt, & ſeptimo poſtea ſeptimae Oecumenicae Canone ſancita, firmataque fuit. Eodem porro Gangrenſi Canone Anathema iis infligitur, qui fidelium concurſum ad memorias Martyrum vituperant. Quare patet ipſis D. Sylveſtri temporibus, quibus proculdubio habita haec Synodus fuit, viguiſſe appellationem hanc, qua exinde uſi ſunt Catholici P. P. Atque Auguſt. de Civ. Dei Lib. XXII. Cap. X. inquit: *Nos Martyribus noſtris non templa, ſicut Diis, ſed memorias, ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt ſpiritus, fabricamus*. Templa inſuper aliis nominibus inſignita ſunt, puta Martyrii, ut ex L. ult. C. Theod. de Sepulcro violato, ex Concilii Gangrenſis Canone XX. & ex actis Concilii Chalcedonenſis conſtat, nec non ex Walfrido Strabone, qui anno DCCCXXX. vivens: *Martyria, ajebat, vocabantur Eccleſiae, quae in honorem aliquorum Martyrum fiebant*. Neque ſolum ubi Martyrum Corpora condebantur, familiare fuit Vocabulum iſtud, ſed & aliis Eccleſiis, nam Hieroſolymorum Eccleſia *Reſurrectionis Martyrium* vocabatur, ut Cyrillus Catech. XIV. his verbis docet: Τίνι τῷ λόγῳ μὴ κατὰ τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας, ὁ τῦ Γολγοθᾶ, καὶ τῆς ἀνάςασεως ὗτὸς ὁ τόπος ἐκκλησία καλεῖται, αλλα καὶ Μαρτυριον· Qua plane ratione non ſecundum reliquas Eccleſias hic Golgothae, & Reſurrectionis locus Eccleſia vocatur, ſed & Martyrium. Domus etiam Dei vocabatur Eccleſia, quod vocabulum uſurpavit antiquiſſimus Tertullianus Cap. VII. de Idololatria, & ante eum omnium Magiſter Chriſtus, quum, inquit: Domus mea, Domus orationis. Alia quoque apponere poſſem, ni me alio avocaret habenda patientiae tuae ratio, ſufficienſque jam nominum iſtorum, quae ad rem propoſitam ſpectant, elucidatio.

CA-

CAPUT QUINTUM.

Quaedam elucidantur argumenta, quibus non fuiſſe primis ſeculis Templa Novatores contendunt. Minutii, Origenis, Arnobii, ac Cypriani loca examinantur. Silentium Chriſtianorum apud Ethnicos, apud quos non omnia Sacra loca Templi nomine ſignabantur. Ex Arnobio Argumentum petitur.

EQuidem, praeſtantiſſime Marſili, olim incertus, ſolicituſque animo pependi, quum in Minutii Felicis Octavio puſillo quidem, ſed eleganti, aureoque plane libello quaedam offendiſſem verba, queis nulla fuiſſe Catholicis aliquando Templa probari mihi videbatur, quum tamen vehementiorem huic perquirendae rei inde curam impendiſſem, omnino mihi excidere dubia, ipſumque Minutium, immo opinionem meam protinus abſolvi. Vixit autem Minutius felix probabili omnium conjectura circa Aerae Vulgaris annum CC., poſt Tertullianum certe, cujus ſenſa non uno expreſſit loco. Hic igitur Caecilium inducit interrogantem his verbis: *Cur nullas aras* (Chriſtiani nempe) *habent, Templa nulla, nulla nota Simulacra?* Et inferius. *Judaeorum ſola & miſera gentilitas unum & ipſi Deum, ſed palam, ſed Templis, aris, victimis, caeremoniiſque coluerunt.* Attendendum vero primum omnium eſt, communem hanc omnibus in Chriſtianos Paganis fuiſſe querelam, ſeu calumniam, nempe illos Templis carere, nullaſque aras divinum in cultum excitare. Hoc Origenes quoque, cujus temporibus Minutius vixiſſe creditur, innuit Lib. VII. contra Celſum inquiens: *Poſt haec Celſus ait nos ararum, ſtatuarum, Templorumque dedicationem fugere, ut occulti foederis fidem ſanciamus hac ceu teſſera.* Arnobius pariter adverſus Gentes Lib. VI. inquit: *Conſueſtis crimen nobis maximum impietatis affingere, quod neque aedes Sacras venerationis ad officia conſtruamus; non Deorum alicujus ſimulacrum conſtituamus, aut formam; non altaria fabricemus, non aras &c.* Quae quidem triplicis Auctoris teſtimonia adverſus nos nimium etiam pugnare videntur, quum Octavius apud Minutium reſpondens nedum extare Templa non affirmet; quin argumentum alienum potius his diluat verbis: *Putatis autem nos occultare, quod*

Digitized by Google

colimus, ſi delubra & aras non habemus? Quod enim Simulacrum Deo fingam, quum ſi recte exiſtimes, ſit Dei homo ipſe Simulacrum? Templum, quod ei extruam, quum totus hic mundus ejus opere fabricatus eum capere non poſſit? Et cum homo latius maneam, intra unam aediculam vim tantae majeſtatis includam? Nonne melius in noſtra dedicandus eſt mente, in noſtro imo conſecrandus eſt pectore? Origenes vero eiſdem pene verbis, ſed prolixiori ſermone Celſum refutat, ac alte clamant: *Audiat qui vult noſtram doctrinam, quod corpora noſtra templum Dei ſunt &c. Sic objicientibus nobis, quod non colamus numen in Templis ſenſu carentibus, nos viciſſim noſtra Templa oſtentamus, & docemus eos, modo non ipſi quoque more ſuorum Deorum ſenſu careant, quod nullo pacto conferri debeant noſtra ſimulacra cum ſimulacris gentium &c.* Minutium praeterea D. Cyprianus libel. de Idol. Vanit. in haec verba tranſcribit: *Quod vero Templum habere poſſit Deus, cujus templum totus eſt mundus? & quum homo latius maneat, intra unam aediculam vim tantae majeſtatis includam? In noſtra dedicandus eſt mente, in noſtro conſecrandus eſt pectore.* Haec autem Chriſtianis affiicta calumnia, quum a Gentilibus rerum noſtrarum penitus ignaris prodeat, ſolemnis bombus, nullaque nitens veritate objectio eſt. Advertendum eſt enim iis temporibus, quibus in Chriſtianam Religionem graſſabantur Imperatores, miro ſilentio omnia ſua tum myſteria, tum res ſacras a Chriſtianis occultata fuiſſe, quod idem Caecilius apud Minutium objicit, latebroſam, & lucifugam nationem appellans. Et alibi: *Cur*, ait, *occultare, & abſcondere quicquid illud colunt magnopere nituntur; quum honeſta ſemper publico gaudeant, ſcelera ſecreta ſint?* Et infra: *Nunquam palam loqui, nunquam libere congregari ſuſtinent.* Et hujus ſilentii, ac fugae rationem eam fuiſſe patet, ut quantum poſſent fideles impiorum oculis, inſidiiſque ſe, ſuaque ſubducerent, praecipue cum libere fidem profiteri non aliud quam Paganorum gladios acuere, eoſque ſibi in jugulum parare foret. Unde etiam Athanaſius Apologia II. de Euſebianis queritur, *quos non pudet coram Cathecumenis, & quod pejus eſt coram Ethnicis ita tragicari; quum oporteat, ſicut ſcriptum eſt, Myſterium Regis celare, & ut Dominus praecipit non eſſe Sancta porrigenda canibus, neque Margaritas proiiciendas ante porcos; non enim fas eſt &c.* Haec eadem Cyrillus Hieroſol. habet. Catecheſi VI. Mirum igitur videri non debet, ſi Ethnicos nulla Templa, videndaſque aut nullas caeremonias nobis objicere audiamus, quum rerum noſtrarum admodum inſcios tum fuiſſe compertum plane ſit nobis,

nobis, quumque loca, quo convenirent Chriſtianae Gentes, perſpecta illis nullatenus forent. Haec eadem quoque ſilentii ratio in cauſa eſſe potuit, ut aliis Sacri Scriptores argumentis occurrerent, quam ut Eccleſiis ſuas inimicorum inſultibus proderent. At, inquies: Templa habere perinde non eſt ac caeremonias. Iſtae quidem celari, illa vero nequaquam potuere. Immo, inquam ego, mirum in modum Eccleſias ſuas occultavere Chriſtiani, in Cryptis aliiſque abditiſſimis locis conventus ſuos agendo, atque a ſuperbarum molium ſumptu abſtinendo, ne Sacra religionis clauſtra uſquam deprehenderentur. Obſervandum ulterius eſt cum Baronio ad Ann. LVII. num. CII. plerumque Ethnicos objeciſſe quod Chriſtianis nulla Idolorum Templa, aut ſimulacra eſſent, quare ut eos refellat Origenes pluribus docet, quam praeſtet templum Dei animatum Daemoniorum delubris, quae proinde merito averſari Fideles ait, non vero inde deducitur a Sacrarum Eccleſiarum cultu abhorruiſſe Chriſtianos, ſed tantum a profanis Idolis, cruentiſque ſacrificiis. Quod etiam egregie Athenagoras in Legatione pro Chriſtianis teſtatur. Una autem haec immortalium Templorum, hoc eſt mentis noſtrae dedicatio apud ſubſequentes Scriptores uſurpata ſemper fuit, ſuperque omnia commendata, uti videre eſt apud Auguſt. de Civ. Dei Cap. IV. Lib. X., tum Epiſt. ad Dardanum LVII. & de Serm. Domini Lib. II. & alibi; Apud Cyrillum Alexandrinum in Iſaiam Lib. IV., & ante omnes Apoſtolus I. Cor. III. inquit; *Neſcitis quod eſtis Templum Dei*. Licet autem exploratum apud omnes fuerit iſtud, non tamen unquam negatum fuit materialia quoque Domino Templa conſtrui potuiſſe, aut debuiſſe; Alioquin in veteri lege male Salomon magnificam illam excitaſſet molem, ſi pro templo tantum mentibus noſtris contentus fuiſſet Deus. Sed ad noſtra redeamus, atque ex ipſorum adverſariorum objectis in eos tela capiantur. Arnobius, qui certo certius Conſtantini tempore vixit, ac ab omnibus circa Annum CCCIII. ſcripſiſſe affirmatur, Gentiles, ut vidimus, afferit Chriſtianis inſultaſſe eo quod aedibus Sacris carerent. Quum vero certo quoque certius ſit, ut infra oſtendam, Arnobii temporibus Eccleſias fuiſſe, inde recte ſequitur aut ignotas illas Paganis extitiſſe, aut ſolummodo quia impiis Idolorum Fanis deſtituti eſſent Fideles, conqueſtos fuiſſe Idolorum cultores. Quod idem argumentis ex ſuperiorum ſeculorum Auctoribus ductis aptari poteſt, praecipue quum Eccleſias tum etiam non defuiſſe, ipſis etiam conſentientibus brevi ſimus viſuri, haſque ſenſim objectiones refutaturi.

CAPUT SEXTUM.

De primo Eccleſiarum uſu.

Ipſi Apoſtoli Eccleſiis uſi. Exiguae domus erant. Id ex Chryſoſtomo, ac Iſidoro Peluſiota probatur. Refellitur Pſeudo-Dextri locus. Plinii ac D. Juſtini auctoritate magis elucidatur. Inſignis Euſebii ſententia de Eſſenis, eorumque templis exponitur, & inde argumentum arceſſitur.

VIx omnibus mirabilis ſuae Reſurrectionis conſummatis officiis Caelo ſe Chriſtus reddiderat, quum Apoſtoli, ut inquit Lucas in Act. Cap. I. introierunt in caenaculum, ubi manentes omnes erant perſeverantes in oratione. Hic primus eſt Eccleſiarum uſus, haec prima & illuſtris plane mentio; & videant haeretici, quam propiora Chriſto iſta ſint tempora, quibus Apoſtoli congregari caepere, ut unanimiter Orationi operam darent, ac inde emanavit vox *Eccleſia*, quae nihil aliud ſonat, quam Convocatio. Coibant igitur Sanctiſſimi illi viri, privataſque domos in orationis conſortium adhibebant, ibique non preces modo Deo porrigebant, ſed & ſacrum, tremendumque Sacrificium exequebantur. Nihil eſt dilucidius ad hoc probandum, quam Epiſt. I. ad Cor. Cap. XI. ubi Apoſtolus inquit: *Primum quidem convenientibus vobis in Eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos:* Et infra: *Nunquid Domos non habetis ad manducandum? Aut Eccleſiam Dei contemnitis?* Proſequitur poſtea, & Corinthios arguens magnum Euchariſtiae Sacramentum explicat. Solebant autem tum Chriſtiani, ut Chriſti poſtremam imitarentur caenam, communem quoque omnibus fidelibus caenam parare, ac ad eam confluebant tum divites cum ſuis quiſque eduliis, tum pauperes, ut divitum parte fruerentur. Poſt caenam vero (quanquam alii ante aſſerant) ad Sanctam Communionem accedebant omnes. At quum e Corinthiis quidam egenos vel excluderent, vel non expectarent, ipſique ventrem ebrietate infarcientes caritati ingens detrimentum ingererent, egregie illos Paulus arguit, atque excelſi myſterii devotionem inſinuat. Ad haec quid haeretici? nugas ſolemnes, atque ex-

quiſitas

Digitized by Google

quiſitas blaſphaemias. Stulti, immo miſeri medium ad ſolem caecutiunt. Cap. item XIV. ejuſdem Epiſtolae, inquit Paulus: *Mulieres in Eccleſiis taceant. Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent &c.* Ubi a domo particulari diſtinguitur Eccleſia, quae domus erat in omnium uſum. Nihil igitur quam domus erant olim Eccleſiae; Judaeorum quippe metu magnificas, publicaſque Eccleſias fugiebant Fideles, quod exemplum quoque diu inter Gentiles uſurparunt, quum in eorum oculis Sacram exercere religionem non liceret. Errat vero bonus ille Hiſpanus, qui ut eruditis fucum faceret, ementitum prodidit Fl. Dextri Chronicon (quidquid pro ejus auctoritate afferant Rodericus Carus, Bivarius, & Incofer) dum ad Annum Chriſti XXXVII. *Divum Jacobum*, inquit, *multas in Hiſpania Eccleſias extruxiſſe, ac imprimis templum, vel Oratorium B. Virgini ex ejus juſſu, praeſentiaque ſuper columnam Caeſar-Auguſtae, ubi, & praeclaram imaginem ſuam reliquit.* At neque D. Jacobus in Hiſpaniam ſe contulit, neque Caeſar-Auguſtana Virginis Eccleſia tum condita fuit, quum conſtet ex Apoſtolo Domus tantum, neque publicas, neque alicui ex Sanctis dicatas Chriſtianorum coetibus inſerviſſe. Aliam ulterius, inſignemque Magni Scriptoris vis afferam auctoritatem? Audi Chryſoſtomum Homil. XXXIII. in Mathaeum: *Domus*, inquit ille, *priſcis temporibus Eccleſiae erant, nunc ipſa etiam Eccleſia in domum reducta eſt. Nihil autem in privata domo carnale loquebantur, nihil nunc in Eccleſia ſpiritale memoratur.* Scio quidem aliter haec verba explicari poſſe: ſed nihil obſtat, quin & hac ſignificatione intelligantur. Quin & audiendus eſt Iſidorus Peluſiota Epiſt. CCXXXXVI. Lib. II. Μανθανέτω, ὅτι ἐπὶ μὲν των Αποστολων ὅτε ἡ ἐκκλησία εκομα μεν χαρισμασι πνευματικοῖς, εβρυε δὲ πολιτεια λαμρᾷ εκκλησιαστήρια οὐκ ἦν; Ἐπὶ δὲ ἡμῶν τὰ ἐκκλησιαστήρια πλεον οὐ δεόντος, κεκόσμηται. Ἐγὼ γοῦν εἴγε αἵρεσες μοι προὔκειτο, εἱλόμην ἂν ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις γεγενῆσθαι, ἐν οἷς ἐκκλησιαστήρια μὲν οὕτω κεκοσμημένα μὴ ἦν ἐκκλησία δὲ θείοις, καὶ οὐρανίοις χαρίσμασιν ἐστεμμένη, ἢ ἐν τούτοις, ἐν οἷς τα μὲν ἐκκλησιαστήρια παντοίοις κεκαλλώπισαι μαρμαροις, ηδὲ ἐκκλησία των πνευματικων χαρισματων ἐκείνων ἐρήμη, καὶ γυμνὴ κατέστηκε. Quae ſic Billius vertit. *Ex me diſcat, quod Apoſtolorum tempore, quum Eccleſia, & Spiritualibus gratiis abundaret, & vitae ſplendore afflueret, nulla Templa erant: At noſtra tempeſtate Templa plus quam par eſt exornata ſunt &c. Ego vero, ſi mihi optio daretur, temporibus illis fuiſſe mallem, quibus Templa quidem non perinde ornata erant; Eccleſia autem divinis, ac caeleſtibus*

leſtibus gratiis undique cincta, ac redimita erat, quam his noſtris, quibus Templa quidem omnis generis marmoribus coboneſtata ſunt, Eccleſia autem ſpiritualibus illis gratiis nuda, & vacua eſt: Maximi momenti eſt locus iſte Iſidori, qui paucis poſt Chryſoſtomum annis floruit, & in prima quidem parte priſcis temporibus Eccleſias negare videtur, at in ſecunda extitiſſe illa fatetur, non tantis tamen ornamentis inſignia, uti ſuo erant aevo. Sed progrediamur. Hunc conveniendi privatas in Eccleſias morem Chriſtianis fuiſſe tum temporis, quo ſcribebat Ethnicus homo Plinius junior, anno nempe CIV. ſeu ſerius, ut in Epiſt. Conſulari V. C. Noriſius contendit, inſinuat Epiſt. CIII. Lib. X. *Affirmabant*, inquit ad Trajanum, *de Chriſtianis quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum invicem &c. quibus peractis morem ſibi diſcedendi fuiſſe, rurſuſque coeundi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen, & innoxium.* Neque ſilet infenſus Chriſtianis homo praeter alias eorum virtutes ſanctum hunc coeundi, divinaſque laudes canendi uſum, unde etiam vetuſtiſſimum alium horas canonicas recitandi morem haurire poſſumus. Siquidem neque otioſae in Eccleſiis tum morabantur piae gentes, ſed precibus, ac ſupplicationibus devote, ac ſolemniter vacabant. Verum e noſtris D. Juſtinum Martyrem audiamus. Hic in Apologia prima (quae vulgo tamen ſecunda inſcribitur) ad Antoninum Pium Anno Chriſti CXXXIX., ut Eruditiſſimus Pagius probat conſcripta, ſic habet: ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τοὺς λεγομένους ἀδελφοὺς ἄγομεν ἔνθα συνηγμένοι εἰσὶ, κοινὰς εὐχὰς ποιησόμενοι ὑπέρ τε ἑαυτῶν, καὶ τοῦ φωτισθέντος, καὶ ἄλλων πανταχοῦ πάντων εὐτόνως.... προεστῶτος συντελέσαντος τὰς εὐχὰς, καὶ τὴν εὐχαριστίαν πᾶν ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, ἀμήν. *Nos autem ad fratres noſtros, quos ſic appellamus, adducimus* (credentem) *ubi congregati illi ſunt communes preces tum pro ſe ipſis, tum pro illuminato, & aliis ubique gentium degentibus habituri &c. Quum Praeſidens preces, atque gratiarum actionem abſolvit, totus qui adeſt populus fauſta approbatione acclamat dicens: Amen.* Clariuſne teſtimonium, fidumne teſtem magis ſcrutabuntur amplius haeretici? Quid vero ab Eccleſiis noſtris domus illae diſſidebant, cum & in eas coirent populi, preces aliaſque Eccleſiaſticas functiones obirent, & Sacrum Domini corpus humiliter exciperent? Juſtinum eodem loco poſt lineas paucas audiant, & divini quoque Sacramenti mentionem habere deprehendent. Haec eadem Tertullianus de Corona Milit. Cap. III. itemque in Apologet. Cap. II. teſtatur, cujus verba non profero brevitati conſulturus. Caeterum

terum quocumque in loco morarentur Fideles, eos aedibus ſacris juxta hunc morem non caruiſſe affirmandum eſt. Hic autem Eccleſiarum uſus, opinor, fuit, qui Euſebio Caeſarienſi ſuaſit in Aegypto morantes Eſſenos, ſeu Therapeutas fuiſſe Chriſtianos. Iſti enim viri, ut idem inquit Lib. II. Cap. XVI. Hiſt. Eccleſ. ex Philone, pluribus in rebus cum Chriſtianis conveniebant, quas inter, Eccleſias fuiſſe aſſerit. Ait enim Philo Lib. de Vit. Contempl. *Singuli habent Sacras aediculas, quas σέμνεια* ſemnêa *vocant, ſive Monaſteria, ubi ſolitarii Sanctae vitae Myſteriis dant operam:* quae quidem verba praeter alia multa recte Chriſti ſectatoribus aptanda videntur, & Baronius ad Annum LXIV. tum Euſebii, tum Hieronymi, aliorumque conjecturis nixus ſub Eſſenorum nomine Chriſtianos fuiſſe delineatos contendit. Verum huic ſententiae plura repugnant, Judaeumque Philonem de Judaeis ſolum explicandum argumentis pluribus probari poſſet. Nam neque etiam diſcutiendo, an D. Petrum unquam Philo allocutus fuerit, ideoque Chriſtianis favere didicerit, ex ejus verbis patet conſueſſe homines iſtos ſabbatum ſanctificare, deinde in ſacrorum voluminum ſtudio verſari; *habent enim*, inquit idem, *priſcorum Commentarios, qui hujus ſectae auctores multa monumenta reliquerunt de Allegoriis hujuſmodi; per ſex praeterea dies philoſophando tantum operam ab illis impendi, in eas aediculas cibi, potuſve quicquam inferri non poſſe, & alia.* Immo iſtae aedes ab eodem Philone in Lib. quod omnis probus ſit liber, συναγωγαὶ Synagogae appellantur: quae ſane cuncta de Chriſtianis uſurpari nequeunt, uti alia multa, quae heic brevitatis ergo congerere ſuperſedeo. Equidem nullam in partem propendere volo, tum quia ab inſtituto meo alienum tantam componere litem, tum quia per eaſdem lineas ſerram reciprocare non juvat, quas maximo animi, ingeniique niſu multis ante annis occuparunt Eruditiſſimi viri Joſephus Scaliger, ac Druſius, & adverſus illos Serrarius S. J. omniumque poſtremus Salmaſius in Plin. exercit. pag. 431. ſolum vero hinc argumentum in meſſem meam educam, nempe apud Euſebium, qui quidem a Philone non plus CCLX. annis vixit, adeo firmum fuiſſe quod prioribus, ipſiſque Chriſto propioribus annis Templa extitiſſent, ut hanc maxime conſuetudinem in medium proferret, Eſſenos Chriſti lege imbutos probaturus, ex eo quod Eccleſiis & ipſi abundaſſent. Conſtat igitur, & Novatores fateri cogentur, vetuſtiſſimum Eccleſiarum uſum apud Chriſtianos fuiſſe. Et allatis quidem auctoritatibus Clementem Romanum ipſis

coae-

coaevum Apoſtolis copulare poſſem, qui Lib. X. Recognit. uti etiam Cap. LVII. Lib. II. Conſtit. Apoſtol. Eccleſiarum formam delineat, elucidiſque verbis Baſilicam Romae excitatam memorat, praeterque Clementem Dyonilii Areopagitae eidem Synchroni non unum locum adducerem, quo templa mire probari poſſent, niſi horum librorum, quorum apud Catholicos quoque fides vacillat, omni conatu ab haereticis exploderetur, immo dilaniaretur auctoritas. Tranſitum igitur ad reliqua faciam, nempe ad Eccleſiarum progreſſum, & conſtructionem, & primum ponam

CAPUT SEPTIMUM

De Eccleſiarum conſtructione, & uſu.

In Eccleſiis preces habitae. Sanctae Euchariſtiae myſterium ibi celebratum. Silentium, ac Devotio. Clementis Alexandrini, Origenis, ac Tertulliani teſtimonia referuntur. Senſim aedificari Templa coepiſſe ex Ethnicorum auctoritate patet. V. C. Antonii Pagii de Sibyllinis libris ſententia refellitur.

VIDIMUS ſupra quam familiare Chriſtianis fuerit ſimul convenire, & utique in Eccleſiis, quae licet puſillae forent domus, adhuc Eccleſiae nomen merebantur. Nunc itaque perſpiciendum magis eſt quid illuc coeuntes operarentur Fideles, quemve in uſum peculiariter inſtituta fuerint Templa, ut una etiam ex proferendis in hanc rem antiquorum virorum ſententiis clarius eorumdem Templorum vera conſtructio aperiatur. Et de precibus illic agi ſolitis jam patet, ac Tertullianus Cap. XXXIX. Apolog. ait *Coimus in coetum, & congregationem, ut ad Deum quaſi manufacta precationibus ambiamus orantes &c. Cogimur ad divinarum litterarum Commemorationem:* Neque in dubium revocanda eſt Sacrae Euchariſtiae devota perceptio, quam unanimiter in Templis Chriſtiani celebrabant, & ad hanc rem apprime facit illuſtris D. Irenaei locus fruſtra a novatoribus alienum in ſenſum detorquendus. Inquit enim ille Cap. XXXIV. Lib. IV. adverſus Haereſes. *Quomodo conſtabit ei, eum Panem in quo gratiae actae ſunt, Corpus eſſe Domini ſui, & calicem ſanguinis*

Digitized by Google

nis ejus, ſi non ipſum fabricatoris Mundi filium dicant? &c. quomodo autem rurſus dicant, carnem in corruptionem devenire, & non percipere vitam, quae a corpore Domini, & Sanguine alitur. Haec autem verba protulit, qui circa annum Chriſti CLX. vivebat, ſimulque eodem capite altaris meminit, quod praeterquam in Eccleſia eſſe non potuit. Cyprian. de Orat. Domin. inquit: *Et quando in unum cum fratribus convenimus, & ſacrificia divina cum Dei ſacerdote celebramus, verecundiae, & diſciplinae memores eſſe debemus.* Clemens quoque Alexandrinus paucis Irenaeum ſecutus poſt annis, quae Eccleſiis exhiberetur reverentia, nos Lib. III. Paedagogi edocet, ubi poſtquam Eccleſiam Domum Dei vocavit: *In Eccleſiam*, ait, *venire oportet virum, & mulierem honeſte indutos, non ſimulato inceſſu ſilentium amplectentes, caritatem non fictam poſſidentes, caſtos corpore, caſtos corde ad Deum rogandum. Hoc amplius habeat mulier, ſemper tecta ſit niſi domi fuerit &c. Quandoquidem convenit eam tectam orare.* Proſequitur vero, eaſque arguit, quae a congregatione vix excedentes divinam deponunt inſpirationem, prioreſque de immortalitate hymnos pernicioſis commutant, amatoriiſque carminibus. Solebat praeterea ſacris in Templis ad populum haberi concio; inquit enim Origenes Homilia X. in Geneſ. Cap. XXIII. *An non ei eſt triſtitia, & gemitus, quum vos non convenitis ad audiendum Dei verbum, & vix feſtis diebus ad Eccleſiam proceditis?* Et infra: *Praeſentes etiam, & in Eccleſia poſiti non eſtis intenti, ſed communes ex uſu fabulas teritis, verbo Dei, vel divinis lectionibus terga convertitis.* Item Homil. XIII. in Exod. haec repetit, & clarius Homil. V. in Pſal. XXXVI. Sed jam tempus petit ut ad Tertullianum convertamur, qui Lib. de Idolol. Cap. VII. Ethnicorum delubris aperte Eccleſiam opponit, eoſque notat, qui ab Idolis ad Eccleſiam veniebant. quinimmo ipſam mox Eccleſiam Domum Dei appellat, uti etiam Pamelius animadvertit. Nec abſimiliter Lib. de Virgin. veland. Cap. III. *Trahantur*, inquit, *Virgines Sanctae in Eccleſiam, notabilis, & inſignis introeat*, & Cap. XIII. *Certe*, ait, *virginitatem ſuam in Eccleſia abſcondant, quam extra Eccleſiam celant, ac conſtanter audeant, & in vicis Virgines videri, ſicuti audent in Eccleſiis.* Ubi advertere licet Virginum in Sacris Templis uſum, nempe tecto orandi capite, ſummaque humilitate corpus componendi, ne, quod facile contingere poteſt, alienos a Sacro inſtituto averterent oculos, uti ſupra innuimus ex Clementis loco; & Origenes quoque docuit in Homil. XIII. Cap. III. ſuper Lucam. Libro quoque

de Corona militis Cap. III. ait idem Tertullianus: ***Aquam ibidem adituri, ſed & aliquanto prius in Eccleſia ſub manu Antiſtitis &c.*** Rideant igitur, qui adeo in Eccleſiarum conſtitutionem garriunt, Haeretici, quid juris ſibi nanciſcantur, dum dilucide Tertullianus ipſe haec loca eorum ingerat fatuitati, aliaque adducenda eorum impudentiam mirabiliter refellant. Sed jam Eccleſias novas aedificari ſenſim caepiſſe mihi videtur, & quidem converſa ad Orientem Sacra conſtituebantur Templa, & hoc ex antiqua Traditione, deque ritu iſto intelligendus venit Tertullianus initio Lib. adverſ. Valent. *Noſtrae*, inquit is, *columbae domus ſimplex etiam in editis ſemper, & ad lucem apertis, amat enim figuram Spiritus Sancti, amat orientem Chriſti figuram.* Quod etiam innuunt Auctor antiquus quidem, quaeſtionum S. Juſtino adſcriptarum Quaeſt. CXVIII. S. Epiphan. haereſi XIX. quae eſt Orſenorum, ac ante illos Origenes Homil. V. ſuper Numeros. Conſtituebantur inſuper in Excelſa Domuum parte, uti ex Tertulliano vides, qui in editis columbae Domum ſtatuit. Et ad hoc Ethnici, ac antiqui admodum hominis Luciani facit teſtimonium in Philopatre. Critiam enim quemdam introducit, qui in locum deducitur, ubi Chriſtianorum conventus agebantur, interque multa, queis luduntur Chriſtiani, inquit; *Pertranſivimus ferreas portas, & aerea limina*, multiſque jam ſuperatis ſcalis in domum aurato *faſtigio inſignem aſcendimus, qualem Homerus Menelai fingit eſſe &c. Video autem non Helenam, ſed mehercule viros in faciem inclinatos, & palleſcentes.* Verum ab Ethnicis ipſis nova Eccleſiarum erectio proditur, ſiquidem Lampridius in Alexandri Imperatoris vita ait: *Quum Chriſtiani quemdam locum, qui publicus fuerat, occupaſſent, contra popinarii dicerent, eum ſibi deberi, reſcripſit melius eſſe, ut quomodocumque illic Deus colatur, quam popinariis dedatur.* Igitur ipſis quoque Paganis, eorumque Imperatoribus probe de Chriſtianorum Eccleſiis conſtabat, quas publice etiam habere patiebantur, ita ut apertum ſit allatis ſupra Origenis, aliorumque verbis hanc potius habendam eſſe reſponſionem, nempe Chriſtianis tantum objectum fuiſſe, quod templis, Paganorum more carerent, in queis Idola, ac immundas cruentis victimis aras ſemper adſpicere erat, a quibus procul dubio puriſſima abhorrebat religio. Niſi etiam malis Ethnicos pro templis magnifica intellexiſſe delubra, quae nondum ſane, obnitente Gentilium Imperatorum barbarie excitare nequiverant Chriſtiani, uti poſt Annum Chriſti CCC. eis erigere demum contigit. Hocque vero videtur ſimilius, quippe quod, ut inquit

Baronius

Baronius ad Annum CCXI. num. 7. non omnes apud Ethnicos dicatae Numinibus falſis aedes templorum appellatione ſignabantur, hocque M. Varro teſtatur apud Gellium Lib. XIV. Cap. VII. In Iſagogico enim ad Pompejum *non omnes*, inquit, *aedes ſacras Templa eſſe, ac ne aedem quidem Veſtae templum eſſe*. Unde plane intelligitur nonniſi ingentes illas aedium moles, inſanaſque illas, & ampliſſimas publicorum aedificiorum ſtructuras a Romanis Templa vocitata, quam aſſertionem mire comprobat Arnobius adverſus gentes Lib. VI. ubi ait *Templa enim haec quid ſunt? Si humanam infirmitatem roges, neſcio quid immane, atque amplum &c.* Et ſane, quum urbis aedificia ab Auctore Notitiae dign. utriuſque Imp. accurate enumerantur, pauca quidem Templa, aedes vero ultra 400. is deſignat, quas quilibet vicus habebat, ut V. C. Pancirolus animadvertit. Licet non ibi, quae aedium nomine appellantur, templorum ſemper nuncupatione caruiſſe cenſendum ſit; Nam & apud eundem Auctorem Jovis Statoris aedes vocatur, quae a Cicerone in Orat. ante exilium, Templum appellata fuit, quod de aliis quoque dici poſſet. Quum itaque amplis molibus prorſus carerent iis temporibus fideles; nam crebrae adverſus illos perſecutiones, atque Imperialia edicta uti vetabant, ſimulque humilibus contenti eſſent tectis, quae domus dicebantur potius quam templa, uti ſupra animadverſum; haud mirum eſt, ſi quod templis carerent, eis quotidie objiceretur, & hac etiam ratione illos irriderent, atque inſultarent Pagani. Quodque Ethnicis compertum plane foret de Chriſtianorum Eccleſiis, id magis probatum redditur ex ipſorum teſtimonio, nam Aelius Lampridius iterum de Alexandro Severo Imperatore refert, voluiſſe illum Chriſto Templa conſtituere, quod & ante Hadrianus cogitaſſe ferebatur, Templum omnibus in Urbibus extrui jubens, quae idcirco quia numina non haberent, Hadriani jam adhuc dicebantur. Ubi elucet Hadrianum Templa non Chriſto modo, ſed & Chriſtianorum ad imitationem ritumque excitare voluiſſe, hoc eſt abſque ſimulacris, victimis, aris, utque brevi dicam abſque Numinibus, uti iis Chriſtianorum Templa carere perſpexerat. Et profecto nullum iſto ſolidius reperiri argumentum poteſt. Aurelianus quoque Anno Chriſti CCLXXI. Imperii habenas capeſcens, quum ingentes Romae ſeditiones, ut Vopiſcus refert, excitatae fuiſſent, libroſque Sibyllinos conſulendos arbitraretur, haec ſenatum adloquens, inquit: *Miror vos, Patres Sancti, tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitaſſe libris perinde quaſi in Chriſtianorum Eccleſia, non in templo Deorum*

omnium tractaretis. Erant igitur tum temporis adeo perſpectae ipſi Ethnicis Chriſtianorum Eccleſiae, ut ipſa quoque quae in eis agerentur, illos non laterent. Atque heic Eruditiſſimi viri Antonii Pagii parum aequam explicationem obiter animadvertere liceat, qui Cap. ult. Differt. Hypat. haec interpretans Aureliani verba, *hinc diſcendum*, ait, *librorum Sibyllinorum lectionem Chriſtianis interdictam fuiſſe*. At Imperatoris intentionem non attingit Vir Clariſſimus, nam iſte Senatorum cunctationem arguit in aperiendis libris iis, Fideliumque innuit morem, qui, quoties, ut aliquid de Eccleſiaſtica diſciplina, ac Judiciis, deque Orthodoxa fide differendum, ac decidendum ſuſciperent, in Templis congregabantur, neque ſubitaneo, ſed diuturno examine quamlibet rem perpendebant, aequum vereque canonicum prolaturi judicium. Audi quid de Chriſtianorum conventibus in Apologetico ſentiat Tertullianus: *Nam & judicatur ibi magno cum pondere, ut apud certos de Dei conſpectu, ſummumque futuri Judicii Divini praejudicium eſt*. Proinde Patres Conſcriptos Aurelianus incuſat, quod in ſententiam cito non erumperent, Chriſtianoſque imitari viderentur, qui nimio pondere, ac metu ſuis in judiciis pergebant. Cur etenim de Chriſtianorum Eccleſia meminit, niſi ut locum, unaque cum eo conſulendi morem apud fideles oſtenderet? Cur Templi Deorum meminit, niſi ut diverſum judicandi uſum ſuis in Fanis praenotaret? Alioqui ſi Chriſtianis Sibyllinorum librorum lectione interdictum fuiſſet, exprobraſſet dicendo, quod Chriſtiani viderentur, quum & in Eccleſiis, & extra, eadem Fideles poena coercuiſſet. Hocque magis elucet, quum omnibus Antiquis Scriptoribus, quotquot veram adverſus Paganos religionem propugnarunt Sibyllinis uti oraculis familiare fuerit, uti de Juſtino, Clemente Alexandrino, Lactantio, aliiſque perſpicimus.

CA-

CAPUT OCTAVUM.

De aliis Templorum Erectionibus.

Plurima, immo innumera Templa ante Diocletianum extructa. Quo anno ab eodem Diocletiano everſa. Baronii, & aliorum Anachroniſmus excutitur.

TEPEBAT ſenſim antiquus in Chriſtianos Paganorum furor, & odium, & in diem vires capiebat Sanctiſſima Religio, numeroque credentium augebatur. Illam enim Imperatores pati caepere, & ex patientia progreſſus emicuit. Id de Alexandro Severo Lampridius affirmat, deque aliis Eccleſiaſticae conſentiunt Hiſtoriae. Hinc extruendorum Templorum morem inſtituerunt, aut repetierunt fideles, interque alia de quodam a Gregorio Neocaeſarienſi Epiſcopo excitato, quum ei locum praebuiſſet mons cedens, narrat Euſebius Hiſt. Eccleſ. Lib. VII. Cap. XXV. ſeu is potius Ruffinus eſt, cujus e verſione factum illud eruitur. Sed unus omnium ad inſtar idem Euſebius mihi ſat erit, qui non una vice Eccleſiarum amplificationem ante ipſius Diocletiani tempora memorat Lib. VIII. Eccleſ. Hiſt. Cap. I. inquit ille: ὧν δὲ ἕνεκα μηδαμῶς ἔτι τοῖς παλαιοῖς οἰκοδομήμασιν ἀρκέμενοι, εὐρείας εἰς πλάτος ἀνὰ πασὰς τὰς πόλεις ἐκθεμελίου ἀνίσων ἐκκλησίας· Ταῦτα δὲ τοῖς χρόνοις προϊόντα, ὁσημέραι τε εἰς αὔξησιν, καὶ μέγεθος ἐπιδιδόντα, ὐδεὶς ἀνεῖργε φθόνος, ὐδέ τις δαίμων πονηρὸς οἷός τε ἦν βασκαίνειν, ὐδ᾽ ἀνθρώπων ἐπιβυλαῖς κωλυειν· *Hoc eſt. Quo factum eſt, ut priſcis aedificiis non jam contenti ſingulis in Urbibus ſpatioſas ab ipſis fundamentis Eccleſias extruerent. Atque haec progreſſu temporis increſcentia, & quotidie in majus, ac melius proficientia, nec livor ullus atterere, nec malignitas Daemonis faſcinare, neque hominum inſidiae prohibere unquam potuerunt.* Tantum porro Templorum numerum tunc extitiſſe Euſebius affirmat, ut recenſendo iis parem ſe non eſſe fateatur. πῶς δ᾽ ἄν τις, inquit, διαγράψειε τα πλήθη των κατὰ πασᾶν πόλιν αθροισμάτων· τάς τε ἐπισήμυς ἐν τοῖς προσευκτερίοις συνδρομάς: *Jam vero quis illuſtres populorum concurſus in aedes ſacras deſcribere queat, numerumque Eccleſiarum ſingulis*

gulis

gulis in urbibus referre? Earundem vero Eccleſiarum demolitionem ſequenti Cap. idem Hiſtoricus recenſet; Diocletiani enim juſſu ſaeviſſima, ac miſerabilis perſecutio in Chriſtianam gentem excitata eſt. Scaliger in annum Chriſti CCCV. hanc perſecutionem conjicit, utpote qui duobus annis, & ſerius Diocletianaei Imperii exordium tradit. Baronius, ac Petavius Clariſſimi Viri Anno Aerae Vulgaris CCCI. locarunt, quorum in ſententiam non pauci pedibus iverunt. At ſequentem ad annum nempe CCCIII. referendam eſſe certo certius apparet. Euſebius enim in Chronico ſic habet. *Olymp. CCLXXI. XIX. anno Diocletiani, menſe Martio in diebus Paſchae Eccleſiae ſubverſae ſunt. Secundum Antiochenos CCCLI.* Et in Hiſtoria Lib. VIII. Cap. II. inquit: *Nonuſdecimus agebatur annus Imperatoris Diocletiani, menſis Martius, & dies ſolemnis Paſchae* imminebat, cum edicta Principis per omnem terram proponebantur, ut cunctae, quae uſquam ſunt, Eccleſiae ad ſolum uſque deſtruerentur. Vides heic Annum, & Menſem, quo ſacrorum Templorum contigit everſio; haec autem omnia in Annum Aerae vulgaris CCCIII. incidunt; Nam Diocletianus Imperii habenas capeſſivit anno quidem 284., ut omnes adverſus Oroſii, Scaligeri, aliorumque ſupputationem conveniunt, quo etiam anno celebris aera Martyrum fluere caepit. Verum contigit id menſis Septembris die XVII. Faſti enim Siculi, ſeu Chronicon Alexandrinum ad Conſulatum Carini II. & Numeriani, qui Anno CCLXXXIV. alligatur, habet. *Diocletianus Imperator XV. Kal. Octobr. Chalcedone renunciatus V. Kal. Octobr. Nicomediam purpuratus intravit.* Idem quoque eruitur e L. 4. C. de delat. Lib. X. data 3. Kal. Septembris Carino, & Numeriano Coſs. dum in ipſo titulo leguntur Imperatores Carinus, & Numerianus, quibus regnantibus adhuc exeunte Auguſto, utique Diocletianus non imperabat. Quam ſententiam a V. C. Henrico Valeſio propugnatam plane confirmavit e tenebris erutus Lactantii liber de Morte Perſecutorum. Quum itaque perſecutio Menſe Martio coeperit, anno tantum CCCIII. affigenda eſt, quum a Septembri anni elapſi decimus nonus Diocletianaei Imperii initium habuerit. Mirum igitur mihi videtur, cur doctiſſimus Annalium conditor, qui Diocletianum a Mamertini verbis deceptus Urbis Palilibus, hoc eſt XXI. Aprilis anni CCLXXXIV. cum Calviſio, Onuphrio, Goltzio, aliiſque imperare coepiſſe perperam affirmarat, perſecutionis poſtea initium Anno CCCII. locarit, quum juxta ſuam quoque ſententiam decimus nonus annus Diocletianaeus Menſe Martio, quo coepit crudele edictum nondum evolveretur, ſed quidem ſequen-

ſequente Aprili inchoandus fuiſſet. Sanius igitur calculos poſuit Calviſius, qui ad Annum memoratum CCCIII. retulit, quem ſecuti poſtea eruditiſſimi viri ſunt Valeſius, Antonius Pagius, & ante hunc P. Ricciolius, aliique non inferioris eruditionis viri. Sub hoc Imperatore Eccleſias ſolo aequatas Oroſius quoque ſcribit, perque X. annos incendiis Eccleſiarum, caedibuſque Chriſtianorum immanem virum operam dediſſe teſtatur, cujus ſententia ſi attendenda foret, Templorum demolitionem pluribus annis, quam communis ferat Sententia, opus foret anticipari. His autem inconcuſſis teſtibus noſtram in cauſam conſpirantibus quum pateat Eccleſias, & quidem Magnificas, inſigneſque ſingulis excitatas in Urbibus, Crudelitati perſecutorum ſuccubuiſſe, quid eſt quod negent Novatores antiquis temporibus ulla extitiſſe Templa? Verum quidem eſt ſeculo illo priori, quo non tanta Fidelium copia enumerari, neque tam facile in unum coire poterat, ſatis fuiſſe exiguis uti, humilibuſque Eccleſiis. Attamen quum purum fidei lumen Orbi melius demum affulxiſſet, ac immanem in numerum Chriſti Sectatores excreviſſent, continuo auguſtiores Baſilicarum moles ubique cernere erat, quas ex Euſebii ſententia innumeras fuiſſe exploratum eſt. Sed & illas iterum paucos poſt annos, quum Catholicam fidem amplexus fuiſſet Magnus Conſtantinus, priſtino decori, atque amplitudini reſtitutas ſequenti Capite oſtendendum ſuſcipio.

CAPUT NONUM.

De Eccleſiarum reaedificatione ſub Conſtantino. Reſtituuntur per Conſtantinum Templa. Ubique gentium nova extruuntur. Inſignis ejuſdem Imperatoris munificentia refertur. Philippi Mornaei inepta verba exſuflantur. Eccleſiarum Hiſtoria ab aliquo concinnanda.

SUB Conſtantino, qui ex Imperatoribus prior Chriſtianorum albo nomen ſuum dedit, palam, ſtudiiſque liberis Eccleſia ſe habere coepit, ac ſenſim Gentilitas in nihilum labi. Tum Concilia celebrari, tum ſacra myſteria publice exerceri, utque uno dicam verbo, Orbis jampridem Deorum cultui addictus ſe demum Chriſtianum expertus eſt. Inter alia vero Eccleſiae collata beneficia eximium hoc fuit, Eccleſias reſtituiſſe, ubique

Digitized by Google

bique enim locorum renovata fuere, Deoque dicata illuſtria Templa; quam Conſtantini munificentiam ſaepe Euſebius deſcribit, ſummiſque encomiis proſequitur cum in Hiſtoria, tum in Lib. de Vita, atque in Oratione de Laudibus ejuſdem. Inquit, autem Lib. X. Cap. II. Hiſt. *Incredibilis quaedam laetitia inerat, quum loca cuncta quae Tyrannorum impietas ſubruerat tamquam ex diuturna, ac peſtifera labe reviviſcere videremus.* νεὼς τε αὖθις ἐκβάθρων εἰς ὕψος ἄπειρον ἐγειρομένης, καὶ πολὺ κρείττονα τὴν ἀγλαΐαν τῶν πάλαι πεπολιορκημένων ἀπολαμβάνοντας: Templaque rurſus a ſolo in immenſam altitudinem erigi, & longe majore cultu, ac ſplendore quam illa, quae prius expugnata fuiſſent, niteſcere. Primum autem Eccleſiis decus reddi coepit, quum Mediolanum Conſtantinus, ac Licinius A. A. ſe contuliſſent, Anno nempe CCCXIII., unde edictum Chriſtianis admodum favorabile emiſere, cujus etiam Euſebius recenſet exemplar. In illo ſiquidem decernitur, ut *loca eorum, in quae ipſis in more poſitum erat antea convenire, ſi qui vel a Quaeſtore noſtro, vel ab alio quoppiam ea emiſſe videantur, Chriſtianis abſque argento, abſque ulla repetitione pretii, quod in illis emendis collocaverant, ſine omni mora, & dubitatione reſtituant.* Quin & ipſis adhuc degentibus Tyrannis Eccleſias priſtino redditas nitori, atque illuſtriori apparatu, ac mole ditatas idem aſſerit Hiſtoricus in Orat. de Laud. Conſtant. Maximino poſtea, Licinioque impiis Chriſtianae Religionis perſecutoribus ſublatis, quum apud Conſtantinum totius Imperii moles ſtetiſſet, animum ſummopere pius Imperator Eccleſiarum reſtaurationi addixit, utpote qui, ſi non omnino Chriſtianus, ſaltem omnia tanquam Chriſtianus inde agere coeperit. Inter alia vero Templa, quae ex illius munificentia prodierunt, plura Antiochiae, plura Hieroſolymis, & plurima Conſtantinopoli, immo primariis caeterarum gentium in urbibus extitere. Et adhuc non pauca Romae habentur, puta S. Petri in Vaticano, S. Pauli via Oſtienſi, S. Salvatoris in Laterano, quae & Conſtantinianae appellationem ſortita eſt, uti ex Lib. de Munificentia Conſtant., quem Anaſtaſius Bibliothec. ex Archivis Romanae Eccleſiae quondam eruit, perſpicuum redditur, atque ex actis S. Sylveſtri, quae licet ſpuria ſint, adhuc Gelaſii Pontificis tempore pro antiquis, veridiciſque venditabantur. Habet praeterea Caeſarienſis hiſtoricus Orationem Panegyricam pro Eccleſiarum exaedificatione recitatam, quum diverſae haberentur illarum dedicationes. Inquit, autem, ſingulari in loco: πάντα τόπον, καὶ Κῶραν, καὶ πόλιν ἑλλάδα τε, καὶ Βάρβαρον Βασιλικῶν οἴκων αὐ-

τῶ κλη-

τῷ πληροῖ, καὶ θειων ναῶν ἀφιερώμασιν, οἷαταδε τα τῦ νεὼ περικαλλῆ κοσμήματα, καὶ αναθηματα, ἃ, καὶ αυτα σεμνὰ μὲν ὡς ἀληθῶς, καὶ μεγάλα εκπληξεως τε, καὶ ταύματος ἄξια; hoc eſt. *Omnia loca, regiones, urbes tam apud Graecos, quam apud Barbaros a regalibus ſuis palatiis, Templorumque divinorum fabricis conſecratis implevit. Cujuſmodi ſunt haec Templi hujus pulcherrima ornamenta, atque donaria, quae quidem auguſta per ſe profecto ſunt, magnifica, omnique ſtupore, ac admiratione digna.* En tibi optimi Principis liberalitatem, quae quidem non in unica Templorum reſtauratione ſtetit, ſed in ingentia munera, atque ornamenta Eccleſiis collata effluxit, quod etiam praeter praefata S. Sylveſtri acta Euſebius tradit alibi, & maxime in Lib. I. de Vit. Conſtant. Cap. XLII. ubi ait: Καὶ μὴν, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις τῦ θεῦ πλυσίας τὰς παρ᾽ ἑαυτῦ παρεῖχεν ἐπιχορηγίας. ἐπαύξων μὲν, καὶ εἰς ὕψος αἴρων τὺς ἐυκτηρίυς οἴκυς. πλείςοις δ᾽ ἀναθήμασι τά σεμνὰ των τῆς ἐκκλησίας κατηγιασμένων φαιδρύνων. *Quin*, ait, *& Eccleſiis Dei plurima ex theſauris ſuis contulit beneficia, modo ſacras aedes amplificans, modo auguſta Eccleſiarum ſacraria plurimis donariis exornans.* Haec eadem habent Optat. Lib. I. Socrates Hiſt. Cap. II. Lib. I. Sozomen. Lib. I. Cap. VIII. & Cap. II. Lib. II. Theodoritus Lib. I. Cap. XV. ubi quoque Imperialium litterarum exemplar prodit, quas ad Euſebium Caeſareenſem pro reſtaurandis Eccleſiis Conſtantinus dedit. Hieronymus quoque Lib. II. in Zachar. Cap. VIII. aliique meminere. Quibus omnibus in locis animadvertendum eſt, iis ab Auctoribus ita Eccleſiarum demolitionem per Diocletianum factam, earumque per Conſtantinum reparationem recenſeri, ut antiquitus etiam eas extitiſſe ſatis ſuperque dilucide deſignetur. An non igitur male ſapiunt Novatores, quum in ſacrum Templorum uſum petulanter feruntur, eaque ipſa tempora, a quibus patenter admodum ignorantiae, perverſitatiſque incuſantur, ſuae in impudentiae confirmationem appellant? Sed, inquit, impius veritatis Impugnator Philippus Mornaeus; *Antiquorum unum olim erat ſtudium Eccleſiam Dei per praedicationem Evangelii aedificare, lapides vivos undequaque congerere, hos vero* (noſtri aevi catholicos intelligit) *tota hiſtoria materialibus tantum aedificiis inſignes videas, ſacellis, Oratoriis, ſtatuis, marmoribus, incruſtationibus &c.* Oh lepidum caput! Oh Mornaee non jam, ſed μορμαῖε quam inepte, quam inſulſe argutaris! Num ad invicem repugnant divinae praedicationi operam dare, & ſanctas divinum in cultum Aedes extruere? Num non utrumque ſimul vetuſti fideles copularunt, eo-

rumque imitatoribus nobis idem hoc ſtudium non ineſt? Utique in Eccleſiaſticis hiſtoriis plane hoſpes, aut infans deprehenderis, quum iiſdem temporibus, hoc eſt, Conſtantini aevo, quibus ſe per univerſas terras Chriſtiana Religio praedicationis ope inſinuavit, adeo multa extructa fuerint, tamque magnifica Templa, ut Scriptores illi Imperatori coaevos eorum numerus prope fugere videretur. An non id uſquequaque praeſtitum a nobis fuit, quum rectam ad fidem una populos perduxerimus, & in eorum terris Templa fuerint protinus excitata? Indos intuere, qui poſtremis hiſce temporibus Catholicae accreverunt Eccleſiae, quique impiam quorundam populorum defectionem a vera fide penſarunt, immo cum uſura repararunt, eos, inquam intuere Chriſto non minus, quam noſtro reſtitutos Orbi, ſimulque innumeris Templis, & aris affluere. An ergo unum eſt Catholicis ſtudium aedes, & ſacella erigere, quum tanta ex eorum praedicationibus gentium copia Sacram Religionem amplexa eſſe noſcatur? At cum ſuis caecis ubique ceſpitantem relinquamus Mornaeum, nam inſtituti noſtri non eſt iterum verbera illi infligere, qui jam bene e noſtro caetu excurſus abiit, ne longius quam conſtitutus mihi paucarum paginarum limes poſcat, ſcriptioni inſiſtam. Huic itaque diſquiſitioni, Marſili eruditiſſime, finem facio, tum quia patientiae, ac moderationi tuae periculum ulterius exhibere non audeo, tum quia plura forte, quam in animum antea mihi induxeram, complexus, neque humanitati tuae, neque Materiei meritis ulla ex parte videar reſpondiſſe. Et profecto contemnenda non foret cujuſquam induſtria, qui bonis auſpiciis, ac meliore niſu Eccleſiarum Hiſtoriam ſcriptis, temporumque memoriae commendandam arriperet. Siquidem mea ille ſententia optime de Sanctiſſima Religione mereretur, qui Templorum progreſſum per ſubſequentia Conſtantinum tempora, eorum ornatum, cultum, immunitatem, dedicationem, uſumque uno complecteretur volumine. Poſſet ibi Divinae fidei, quae nullibi magis, quam in aedibus ſacris auguſta, atque ſpectabilis apparere ſolet, majeſtas deprehendi, poſſet veterum diſciplina quaecunque ad Dei cultum ſpectat, illic brevi, ut ajunt, ebibi oculorum intuitu, poſſentque alia, quae cognitionem tuam non effugiunt, inde emolumenta derivari. Utinam aliquis, aut votis meis, aut tuo illo, quo literarum ſplendorem, & augmentum quotidie moliris, & promoves, incredibili ſtudio compulſus, ſpartam hanc adornandam ſuſcipiat, opuſque levi tantum brachio a me tactum accuratus adimpleat, ut quod mei nunc erga te obſequii ſpecimen,

cimen, indiciumque eſſe conſtitui, tandem in religionis decus, eruditioniſque incrementum cedere valeat.

Dum haec ſcripſiſſem, Marſili humaniſſime, in manus meas devenit non recens Rodulphi Hoſpiniani inſignis Haeretici liber, ubi Templorum, ſacrarumque aedium hiſtoriam adeo inſulſe, ac perverſe tractat, ut ſtomachum potius, quam bilem mihi excitarit. Idem ille eſt, qui in Jeſuitas calamum etiam ſtrinxit, eximiam, bonoque Catholiciſmi penitus natam Societatem impetens. Verum neque neceſſitas, neque animus fert, ut retundatur homo impudentia potius, quam aliquo literarum ſapore famoſus. Inquit, ille Cap. IV. Lib. I. De Eccleſiis Conſtantini tempore excitatis: *Hoc fuit apud Chriſtianos initium, haecque Origo magnificorum Templorum, Oratoriorum, Baſilicarum, & quocumque tandem nomine appellare libeat, primamque eorundem Templorum extructionem Judaeorum, atque Gentilium* κακοζελίαν indigitat. Sed quî Conſtantiniano aevo tantum Templa coepiſſe affirmat, quum tandiu illa praeceſſiſſe ex Chriſtianis, ipſiſque etiam Ethnicis, uti mihi ſuperius probatum eſt, pateat? Deinde qua fronte tot Sanctis, ſummaque doctrina praeclaris viris, qui vel Encaeniis Eccleſiarum adſtiterunt, eiſque panegyricas orationes dicatas reliquerunt, vel alibi Templorum Sanctitatem miris praeconiis extulerunt, bellum indicit, illoſque in Paganorum, & Judaeorum caſtra redigit, quaſi profanae ſuperſtitionis participes, ac reos? Non id quidem miror, quum non unum apud Haereticos eſſe Rebenſthoc me non lateat, neque Hoſpinianus haereticus foret, niſi adeo ſolemniter, aut malediceret, aut deſiperet. Quum adverſus eos alicujus vetuſti Scriptoris ſententia pugnat, certa Auctor ille verbera ſibi paveat. Et ridiculum certe eſt videre quibus rationibus ſeu melius dicam quam futilibus gerris Baronio ſolide argumentanti occurrat. In ipſo Euſebio, quo habito juxta ſcaligerum omnia habemus, plus in hac re judicii, quam ſtudii, & diligentiae deſiderat. Sed de hoc tot veterum ſcriptorum concurſu, ejuſque opinioni adverſorum Hoſpinianus neque γρου, neque γρῦ. Scis tamen quid potiſſimum hac in quaeſtione enitantur Haeretici? Nil aliud ſane, quam Templorum magnificentiam, ac ornatum eſſe damnandum; Victi ſiquidem priori in cauſa, aliam aggrediuntur, & in ipſa vincendi. Sed in malam rem Hoſpinianus. Ego ne uno quidem verbo illum amplius dignor. Vale iterum.

Dabam Mutinae XVI. Kal. Septembris Anno *1694*.

DE SACRARUM BASILICARUM
APUD CHRISTIANOS
ORIGINE AC APPELLATIONE
DISQUISITIO
AD CLARISSIMUM VIRUM
JOANNEM ALBERTUM
FABRICIUM
AUCTORE
LUDOVICO ANTONIO
MURATORIO

SYNOPSIS DISQUISITIONIS.

Vetuſta Inſcriptio profertur, ubi mentio Baſilicae dedicatae. *Quid apud Ethnicos Baſilicae forent. Iſidori ſententia de origine nominis* Baſilicae *expenditur. Palatia Regum ea appellatione donata minime videntur. Triplex cauſſa, cur quaedam Chriſtianorum Templa* Baſilicae *appellari potuerint. Proponitur quarta, nempe quod & apud Ethnicos* Baſilicae *quid ſacrum forent. Id nonnullis veterum documentis probatur.* Curiae *res ſacrae. Habitae in Baſilicis, quibus & datum* Templi *nomen. In quo Templa & Baſilicae convenirent.*

NONNULLIS ab hinc annis, Fabrici Vir celeberrime, quamdam inſtitueram Diſquiſitionem *de primis Chriſtianorum Templis* ad praeclariſſimum, ac eruditiſſimum Virum Antonium Felicem Marſilium Bononienſem Archidiaconum, nunc vero Epiſcopum Peruſinum, cui multum Literae debent, & ego majora debeo; ubi de ſacris Chriſtianorum *Baſilicis*, earumque origine atque appellatione quid mea ferret opinio breviter ſignificavi. Nunc autem quum ſe mihi obtulerit vetuſta

quae-

Digitized by Google

quaedam Inſcriptio Romae olim poſita, & ex Ambroſianae Bibliothecae ſchedis deſcripta, eamdem opinionem meam fuſius explicare & corroborare in animum induxi, ac ad te mittere, ideſt ad eum judicem, qui in monumentis Eruditionis potiſſimum Eccleſiaſticae colligendis magnum ſibi inter Eruditos jam comparavit nomen. Ita porro ſe habet lapis, quem & Deo favente iterum producam in ampla Sylloge Marmorum aut nondum editorum, aut a Gruterio, Reineſio, Sponio, aliiſque praetermiſſorum, quam adornare pergo.

C. SVETTIVS
C. F. ALBANVS
COLL. AVGVR.
OB DEDICAT. BASILICAE
EPVLVM CVM HOSTIS.
. . . .
. . . .

Certum eſt, *Baſilicas* apud antiquos Ethnicos loca quaedam fuiſſe, ubi centumvirales agitabantur cauſſae, Jus dicebatur, negotia quoque peragebantur. Id patet conſulentibus Senecam Lib. III. Cap. XXXIII. de Ira, Quintilianum Inſtit. Orat. Lib. XII. Plinium Juniorem Lib. VI. Epiſt. XXXIII. Legem *pediculis* §. *Item quum quaereretur ff. de auro & arg. leg.* & Vitruvium Lib. V. Cap. I. Alios omitto, quippe id eſſet ſerram per aliorum lineas reciprocare. Praeſtat igitur in examen revocare rationes, cur in ſacras Chriſtianorum Aedes idem nomen ab antiquis temporibus transfuſum fuerit. Iſidorus Orig. Lib. XV. Cap. XIV. haec habet: *Baſilicae prius vocabantur Regum habitacula, unde & nomen habent, nam* Βασιλεὺς *Rex, & Baſilicae Regiae habitationes. Nunc autem ideo Divina Templa Baſilicae nominantur, quia ibi Regi omnium Deo cultus & ſacrificia offeruntur*. Iſidorum exſcripſerunt Amalarius de Eccleſ. Off. Lib. II. Cap. II. Walafr. Strabo de Rebus Eccleſ. Cap. VI. & quicumque poſtea hac de re ſermonem habuerunt. Verum, ut dicam quid ſentio, Iſidori ratio, ſeu conjectura non parum mihi nutare videtur. Romae, ut Victor in Libello de Urb Romae Regionibus ſcribit, undeviginti *Baſilicae* fuerunt, ſive, ut Panvinius mavult, XXI. quae quum utique Regum habitacula non forent, neceſſe eſt, ut aliunde hujuſmodi appellationem mutuatae fuerint. Praeterea ne facile quidem quiſquam evincat, Palatia Regum *Baſilicas* appellata fuiſſe. Mihi certe veteres legenti Scriptores id nondum occurrit.

Digitized by Google

Βασιλικὸν potius Regalis domus appellabatur, quo nomine utitur Plato Lib. V. Leg. & frequentius etiam Βασίλειον. Audi Xenophontem Παιδ. Lib. VII. Τίνας, ait, τῶν ἄλλων, ἂν πιστοτατυς περὶ τὸ Βασίλειον φύλακας λαβοι. *Quaſdam fidiſſimas Regiae domus cuſtodias ſumere poſſit.* Plato ad Axioch. ἐν ᾗ Βασιλεία πλέτωνος ἐκ ἥττω τῆς τῦ Διὸς αυλάς. *In qua ſunt Regia Plutonis habitacula non inferiora Jovis Palatio.* Praeterea Athenagoras in ſua Legat. bis *Baſilicae* meminit hac ſignificatione, at non ſimpliciter; modo enim Βασιλικὴν ἕσιαν, regalem nempe *domum*, modo καταγώγας Βασιλικὰς, hoc eſt, *Aedes Regias* ſcribit. Alia adferre exempla ſuperſedeo, monuiſſe contentus Herodianum ſaepe Regalis aulae mentionem feciſſe, quam tamen ſemper Βασιλειον appellat; ac Julium Caeſarem Bulengerum de Imperat. Rom. Lib. II. Cap. XVII. ubi de aula Regali agit inter plura Graecorum Scriptorum loca nullum proferre, quo *Baſilicae* nomine Regalia domicilia donentur.

Immo apud eoſdem Graecos, quum *Baſilicae* ſimpliciter memorabantur ea tantum Aedificia ſignificari conſuerunt, in queis habebantur Judicia, uti ſuperius diximus. Plutarchus in Poplicola: εἰ μίαν εἶδεν ἐν οἰκία Δομετιανῦ σοαν ἢ Βασιλικὴν ἢ Βαλανεῖον. *Si ſemel vidiſſet in Domitiani domo porticum, Baſilicam, & Balneum.* Vides heic, a Regio Domitiani Palatio *Baſilicam* diſtingui, aliudque ſignificare quam Regiam domum. Id aliis exemplis confirmare non difficile foret. Verum Theophilus Raynaudus Lib. I. Heterocl. Spirit. Sect. II. punct. VII. Iſidori ſententiam commendat, locumque adducit e ſacris Codicibus Eſther. V. 1. ubi Palatium Regis Aſſueri, ſi ipſi credimus, Baſilica ſingulariter dicitur. Non ita tamen ille ſcripſiſſet, ſi Graecum Textum diligentius conſuluiſſet. Ibi legitur: Καὶ ἔςη εν αὐλῇ τυ οἴκῦ Βασίλεως τῇ εσωτερα ἐξεναντίας της Βασιλικῆς τῦ Βασίλεως. Ὁ δε Βασιλεύς εκαθητο ἐν θρόνω, τῆς ἑαυτῦ Βασιλείας ἐν τῷ οἴκῳ τῷ Βασίλικῷ εξεναντίας τῆς θύρας τῷ οἴκυ. Verbatim verſa haec ita ſonant: *Et ſtetit Eſter in aula domus Regis interiore contra Baſilicam Regis. Rex vero ſedebat in throno ſui Regni in domo Regali contra oſtium domus.* In Hebraico textu priora verba hunc ſenſum habent: *Et ſtetit in atrio domus Regis interiori, quod eſt contra domum Regis.* At in Graeco animadvertere eſt Aulam Regalem a Baſilica Regali, tanquam quid diverſum diſtingui; quei enim ſtetiſſet Eſther *in aula interiore Regiae domus contra Baſilicam*, niſi Baſilica aliud quam Regia domus fuiſſet? At quid erat Baſilica illa? Accipe quid arbitrer ego. Loca illa in queis agitabantur

tur lites centumvirales, & quibus peculiare nomen Baſilicae competebat, non apud Romanos primum excogitata, ſed eorum origo a Judaeis aliiſque gentibus in Urbem fluxit. Refert quippe Joſephus Antiqu. Judaic. Lib. VIII. Cap. II. *Baſilicam* ingentem ad cauſſas forenſes agitandas, & lites coram Rege decernendas a Salomone conditam. Illic ſolium Regi conſtitutum extollebatur. Forma Aedificii eadem ac Romanarum Baſilicarum fuit, qualis a Vitruvio ſupra laudato infertur, ut videre eſt apud Villapandum Tom. II. pag. 432., & 436. in Ezechiel. Itaque in Regia Aſſueri domo non diſſimilem Baſilicam fuiſſe opinor, ubi in throno ſedebat Rex, & unde ſtantem aſpexit Eſtherem. Quare ſi Lib. II. Cap. IV. 9. Paralipom. *Baſilicae* nomen occurrit iis verbis: *Fecit etiam Salomon atrium Sacerdotum, & Baſilicam grandem*, non illud quidem Hebraico archetypo debemus, neque Verſioni τῶν LXX. in qua tantum legimus *τὴν αὐλὴν τῶν ἱερέων, καὶ τὴν αὐλὴν τὴν μεγάλην*: *Aulam* nempe *Sacerdotum, & Aulam grandem*. Haec autem quantum a Palatio Regis differant, nemo non videt: quod & dictum velim de Cap. VI. 13. ejuſdem Lib. II. Paralipom.

Quam ergo in incertum Iſidori ſententia ex hac parte feratur perſpicimus. Nihilo conſtantior eſt ejus altera pars. *Nunc*, inquit ille, *Divina Templa Baſilicae nominantur, quia ibi Regi omnium Deo cultus & ſacrificia offeruntur*. Si id verum, cur nomen *Baſilicae* quibuſvis Templis Deo vero ac vivo dicatis accommodatum non fuit? Profecto Aedes exiguae, ac humiles hujuſmodi appellatione caruerunt, & carent, quam Templis tantummodo magnificis reſervamus, quum tamen ibi Rex omnium Deus perinde ac in vaſtis molibus colatur? Quare aliunde quam e Regio domicilio hujus nominis ratio expetenda videtur. Apud Ethnicos ideo fortaſſe Baſilicarum appellatio translata eſt ad ea loca, ubi Judicum conſeſſus fiebat, quod iſta opere Baſilico, magnificoque ſumtu conſtruerentur; aut quod vocabulum Βασιλεὺς non Regem tantum, ſed & Judicem ſignificaret, Heſiodo teſte, qui memorat δωροφαγους Βασιλῆας, *Judices donivoros*, atque adeo e Judicum nomine in ampliſſima illa domicilia nomen *Baſilicae* derivari potuit. Sed haec merae ſunt conjecturae, ad quas ne animus quidem meus acquieſcit. Igitur ad rem noſtram tandem veniamus.

Magnifica Chriſtianorum Templa appellationem *Baſilicae* tribus de cauſſis ſortiri potuerunt. Prima eſt quod ipſaemet Paganorum Baſilicae a profano pium in uſum a Chriſtianis traductae, priſtinum reti-

retinuere nomen: quam ſententiam mirum in modum confirmari poſſe arbitror Auſonii verbis ita in Panegyrico Gratianum Imperatorem Chriſtianum alloquentis: *Baſilicae olim negotiis plenae nunc votis, votiſque pro tua ſalute ſuſceptis ſonant*. Secunda eſt, quia *Baſilicus* pro Regio, auguſto, magnificoque apud veteres uſurpabatur. Plautus *Baſilicum victum*, hoc eſt menſam opiparam memorat in Perſ. Act. I. Sc. I. Athenaeus Βασιλικὴν ἐσθῆτα, & Βασιλικὸν συμπόσιον pro *magnifica veſte*, *ſumptuoſoque convivio* habet. Similia apud alios complures occurrunt. Quare quum inſignia a Chriſtianis Templa erigi ſunt coepta, eis quoque *Baſilicae* nomen inditum fuiſſe par eſt credere, ut per *Baſilicam* Aedes Baſilica, Regia, atque opere magnificentiſſimo excitata ſignificaretur, ſimulque ea appellatione a ceteris Aediculis ſacris ingentia illa aedificia diſtinguerentur.

Tertia cauſſa eſſe potuit, quia forma Chriſtianorum Templorum, quibus erat *Baſilicae* nomen Ethnicorum Baſilicis perquam ſimilis erat. Nempe Templa Gentilium quadrati, rotundi, octogonique operis ſaepe ac ſaepius conſtituebantur, ut Bulengerus docet Lib. V. Cap. XXXIX de Imp. Rom. & ex aliis Scriptoribus conſtat. Imitabantur autem aulas illas in longitudinem fere ſemper excurrentes, quas Italice nunc appellamus *Sale*, niſi quod Baſilicis ſupra memoratis olim adjungebantur intercolumnia & porticus. Veriſimile igitur eſt Chriſtianae Religionis profeſſores, ubi ſacras Aedes in oblongum porrectas exſtruere coeperunt, a Baſilicarum forma nequaquam diſſimiles, ab ipſis Baſilicis mutuatas fuiſſe nomen. Hinc eruditiſſimus ille Mabillonius, quem nuper magna cum Literarum jactura ac Literatorum moerore mors ſuſtulit pag. 91. Itin. Ital. in haec verba ſcribebat: *Baſilicae dicebantur apud Romanos Eccleſiae cum oblongis porticibus; Templa vero, quae Gentilium more rotundo opere, quadrato, octogenali, aliaque figura conſtructa erant*.

Sed praeter has cauſſas alia ſuccurrit, cur *Baſilicae* nomen ſacris quoque Templis tributum fuerit olim. Eam autem totam criterio tuo aut emendandam, aut corroborandam ſubjicio. Baſilicae Ethnicorum negotiis quidem, Judiciiſque profanis deſtinatae fuerunt, ſed nihilominus aliquid ſacri fuere, ipſaeque *Templi* nomen apud veteres ſunt conſequutae. Quare non ideo ſolum, ut Legum Interpretes cenſent, ſub ſtipulationem cadere nequibant, quia publica, ſed quia Sacra etiam apud Gentiles Aedificia erant, L. *inter ſtipulantem* §. *ſacram rem* ff. de verb. oblig. Negabunt hoc eruditi confeſtim, ſed quam nullo jure, nos ad oſtendendum procedimus.

Primum autem omnium perpendendum tibi dimitto locum unum Vitruvii in ſupra memorato Lib. V. Cap. I. ubi is ſcribit: *Ideo quod mediae duae columnae in ea parte non ſunt poſitae, ne impediatur aſpectus Pronai Aedis Auguſti, quae eſt in medio latere parietis Baſilicae collocata.* Et inferius: *Tranſtra ſuſtinent unum culmen perpetuae Baſilicae, alterum a medio ſupra Pronaum Aedis.* Obſcura haec ſunt, neque a Daniele Barbaro in Comment. ad hunc locum fortaſſe pro mente Vitruvii explicata. Attamen hinc ſaltem colligi poſſe videtur, connexas Baſilicis fuiſſe Aedes ſacras, ut earum quaſi pars eſſent, populiſque frequentibus commodus daretur ad ſacrificia meatus.

Verum hiſce dimiſſis, audiamus Spartianum in Hadriano ita loquentem: *Romae inſtauravit Pantheum, Septa, Baſilicam Neptuni, Sacras Aedes plurimas &c.* Non continuo intelligamus, quid revera foret iſta Baſilica. At nos Dion Caſſius diu haerere non ſinet. Narrat ille Lib. Hiſt. LXVI. Tito imperante Τὸ Σεραπεῖον καὶ τὸ Ισεῖον τάτε Σέπτα καὶ τὸ Ποσειδωνεῖον τότε Βαλανεῖον τὸ τῦ Αγρίππυ καὶ τὸ Πανθειον, nempe *Serapidis ac Iſidis Fana, Septa, Fanum Neptuni, Balneum Agrippae, & Pantheum* igni conſumta fuiſſe. Hae autem moles, ut bene Caſaubonus in notis ad Spartianum admonet, nullum adhuc inſtauratorem invenerant praeter unum Trajanum, qui tamen opus inchoavit, non perfecit. Hadriano relictum eſt hujus gloriae argumentum, iſque priſtinum ad decus omnia perduxit. Quod apud Spartianum dicitur *Baſilica Neptuni*, apud Dionem eſt Ποσειδωνεῖον. Poſidoneium vero, ut Suidas, ac Euſtatius teſtantur, Templum fuit Neptuni, quod apud Herodotum Ποσειδήιον, apud alios Ποσειδώνιον quoque vocatur. Hinc etiam *Poſidonium* appellabatur Oppidum Paeſtum apud Silarum amnem quondam ſitum, quia ibi Neptuni delubrum colebatur. Ex his igitur liquere poteſt, nonnullis etiam Ethnicorum Templis nomen Baſilicae fuiſſe inditum, iis nimirum, ut ego cenſeo, quae Baſilicarum formam imitando in oblongum protendebantur cum porticibus interioribus utrinque poſitis.

Iterum vero accipe quid de Hadriano ferat idem Spartianus: *Per idem tempus*, ait, *in honorem Plotinae Baſilicam apud Nemauſum opere mirabili extruxit.* Nihil frequentius apud veteres occurrit, quam defunctis Principibus Templa excitata, in queis res ſacrae peragi, ac Sacerdotes, puellaeque Sacerdotum implentes vicem, conſtitui ſolebant. Tale fuiſſe Nemaumenſem Baſilicam, a vero non abhorret; & certe eidem Plotinae excitatum ab Hadriano fuiſſe Tem-

Templum, a Dione didicimus ita ſcribente: Οθεν ϰ θαυμαςὸν, ει ϰαὶ Πλωτίναν αποθανȣ̃ϛαν δὶ ἧς ἔτοχε της ἀρχῆς, ἐρὦϛης αυτȣ διαφέροντος, ἐτίμηϛεν ὡς ϰαὶ ἐπὶ ἡμερας ἐννέα μελανομονῆϛαι, ϰαὶ ναον αὐτῆ οἰϰοδομῆϛαι, ϰαὶ ὕμνȣς τινὰς ἐς ἀυτὴν ποιῆϛαι. *Quare mirandum non eſt, ſi & Plotinam defunctam, cujus opera Imperium ſortitus fuerat, & a qua plurimum diligebatur, amore ac honore fuerit proſequutus, ita ut ei Templum extruxerit, & quoſdam hymnos in ejus honorem compoſuerit*. Quum nullius Baſilicae mentionem heic faciat Dion, conjicere poſſumus, idem eſſe apud illum τὸ ναον, ſive Templum, ac *Baſilicam* a Spartiano memoratam.

Refertur inter Oxonienſia Marmora, & a Reineſio quoque Claſſe II. num. LXVIII. Graeca Inſcriptio, mutila quidem in primis lineis, ſed adhuc nobis opportune in reliquo ſervata. Haec autem ita leguntur verba:

ΕΦΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ ΥΠΕΣΧΟΝΤΟ ΟΙ ΔΕ ΚΛ.
ΒΑΣΣΟΣ ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΝΕΜΕΣΕΩΝ
ΣΤΡΩΣΕΙΝ ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΙΚΗΝ. &c. ΛΟΥΚΙΟΣ
ΒΕΣΤΕΙΝΟΣ ΤΗΝ ΒΑΣΙΛΙΚΗΝ ΣΤΡΩΣΕΙΝ
ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΤΩΙ ΒΟΥΛΗΡΙΩΙ &c.

Latine haec ita ſonant: *Sub cujus Praetura polliciti ſunt Claudius Baſſus certaminum Praeſes Nemeſium Dearum Baſilicam tegere &c. Lucius Veſtinus eam Baſilicae partem tegere, quae Curiae proximat &c.* Seldenus ac Reineſius Βαϛιλιϰὴν vertunt *Palatium;* at ego nihil aliud ſignificari eo nomine puto, niſi Templum aliquod *Deabus Nemeſiis* conſtitutum, cui Baſilicae appellatio tributa fuerit, exigere id quippe videtur *Dearum* mentio, ad quas non dubito quin *Baſilica* referenda ſit. Pauſanias quoque in Achaieis *Dearum Nemeſium Fanum* memorat, eaſque Smyrnaeorum potiſſimum (ad quos nempe ſpectare illam Inſcriptionem Seldenus cenſet) tutelaria Numina facit. Occurrit etiam, in marmore Oxon. CXVI. Νεωϰόρος των μεγαλων Θεων Νεμεϛέων, *Aedituus magnarum Dearum Nemeſium*.

Atque haec ſatis eſſe, ut ſtatuamus, Templa nonnulla apud Ethnicos fuiſſe, in quae conveniret *Baſilicae* nomen. Nunc oſtendendum, Baſilicae Templique nomina cognationem quamdam habuiſſe, adeo ut ipſae Baſilicae vulgares *Templa* interdum appellarentur. Statius Lib. I. Sylv. Car. I. ait:

K 2 *At*

At laterum paſſus hinc Julia Templa tuentur,
Illinc belligeri ſublimis Regia Paulli.

Quem locum exponens Domitius Calderinus, *Julia Templa* inquit eſſe *D. Julii Templum;* verum eidem minime adſentior, uti neque Jano Parrhaſio eamdem opinionem tuenti Syllog. IV. Epiſt. V. Templum D. Julii ante Papinius expreſſerat iis verbis:

.... Hinc obvia limina pandit
Qui feſſus bellis, adſertae munere prolis
Primus iter noſtris oſtendit in aethera Divis.

Quare in verſibus, qui ſubſequuntur, diverſam aliam a Templo Julii molem innuit, *Baſilicam* videlicet *Juliam*, apud veteres celebratam, & non longe poſitam a *Baſilica Paulli*, quam Regiae vocabulo Statius heic exprimit. En ergo Baſilicam priorem *Templi* appellatione donatam.

Accedit, quod Baſilicae etiam inter ſacras moles computabantur. Clariſs. Cardinalis Noriſius Diſſert. I. Cap. IV. de Coenotaph. Piſan. haec ſcribit: *Aedes publica in quam Romae Senatus, & in Coloniis, ſeu Municipiis, Decuriones ad conſultandum conveniebant, erat Templum alicui Deo dicatum*. Vera haec & ad rem meam penitus ſpectantia, niſi quod facile non admiſerim, Templa haec *alicui Deo dicata* ſemper fuiſſe, quum conſtet, Curiam Hoſtiliam, Pompejam, aliaſque, *Templa* quidem appellatas, ac in eis habitos Senatus, Decurionumque conventus, & nulli tamen Deo fuiſſe dicatas. At in Baſilicas quoque Decuriones ad conſultandum conveniſſe, ibique Curiam fuiſſe conſtitutam, certiſſimum habeo, ut proinde conſequens ſit ipſas etiam Baſilicas rem ſacram, immo Templa, interdum aut ſemper fuiſſe.

Gruterus pag. 434. num. 2. Inſcriptionem refert Anno vulgaris Aerae 196. Coſs. C. Domitio Dextro II. & L. Valerio Meſſala Thraſia Priſco poſitam. Hujus autem primae lineae ita ſe habent:

IN CVRIA BASILICAE AVG. ANNIAN
SCRIBVNDO ADFVERVNT A. AQVILIVS
PROCVLVS &c.

Vides

Vides heic, Fabrici celeberrime, *Baſilicam Auguſtam Annianam* memorari. Illam vero ſi pro Delubro, ſeu Templo aliquo intelligendam cenſes, quod D. Auguſto fuerit dicata, jam intelligis Baſilicas quoque nonnullas fuiſſe numeratas inter ſacra Divis Aedificia. Sin autem puram putam Judiciiſque, ac negotiis deſtinatam interpretari Baſilicam placet, jam A. Gellium in mea vota loquentem audias velim, qui loca omnia, ubi Curiae habebantur, *Templa per augures conſtituta* appellavit. Sunt ejus verba Lib. XIV. Cap. VII. *Varro docuit, confirmavitque niſi in loco per Augures conſtituto, quod Templum appellaretur, Senatus Conſultum factum eſſet, juſtum id non fuiſſe; propterea & in Curia Hoſtilia, & in Pompeja, & poſt in Julia, quum profana ea loca fuiſſent, Templa eſſe per Augures conſtituta, ut in iis Senatus-Conſulta more majorum juſta fieri poſſent.*

Equidem in eam opinionem lubentius concederem, ut revera Baſilica haec Anniana Templum, aut Fanum, aut quid ſimile fuerit Auguſto inter Divos relato excitatum; cui opinioni favet quoque laudatus nuper Card. Noriſius Diſs. I. Cap. IV. Vide lineas primas primi Coenotaphii Piſani, ubi haec leguntur: *Piſis in Foro in Auguſteo adſuere Q. Petilius &c. Auguſteum* hoc, uti Noriſius recte monet, Templum, ſeu Aedes fuit Auguſto dicata. Σεβαστεῖον appellatur a Philone de Leg. ad Cajum aliquod ſimile Templum Auguſto ſacrum. Uti ergo in *Auguſteum* Piſani Decuriones ad conſultandum coibant, ita & in alterum *Auguſteum* Neapoli ſitum, quod *Baſilica Auguſta Anniana* dicebatur, convenere Decuriones in memorata Inſcriptione Gruteriana deſcripti; *qui enim locus*, ut Noriſii verbis utar, *Neapoli Curia Baſilicae Auguſtae fuit, Piſis Auguſteum dicebatur.* Eadem *Curia Auguſta Anniana* occurrit in alio Marmore apud Gruterum pag. 355. num. 1. atque illuc, non ſecus ac in Piſanum Auguſteum dicuntur conveniſſe, & *ſcribundo adfuiſſe* Decuriones. Narrat etiam Plutarchus in Catone Minore conſueviſſe Tribunos Plebis in Baſilica Porcia jus dicere, *εἰωθότες ἐκεῖ χρηματίζειν οἱ δήμαρχοι.* Quae omnia eo nos perducunt, ut fateamur, Baſilicis quoque *Curiae* appellationem fuiſſe inditam, ſive, ut melius dicam, in Baſilicis Curias fuiſſe habitas, ibique facta Senatus Conſulta. Quum vero Curiae, teſte Gellio, ſeu potius Varrone, *Templa conſtitui ſolerent*, neceſſe quoque eſt Baſilicas aeque ac Templa ſacras fuiſſe, immo inter Templa habuiſſe locum.

Non

Non heic tamen diſſimulandum, ab eodem Varrone apud Nonium Lib. II. de Vita Pop. Rom. tres vocis *Curiae* ſignificationes adduci, inquit autem: *Tertio ſunt etiam Curiae dictae Aedes illae, in quibus Senatus eſt habitus*. Idem Lib. IV. de Lingua Lat. ſcribit: *Curiae duorum generum ſunt; nam & ubi curarent Sacerdotes res divinas, ut Curiae veteres, & ubi Senatus humanas, ut Curia Hoſtilia*. Feſtus vero: *Curia*, inquit, *locus eſt ubi tantum ratio ſacrorum gerebatur*. Addam etiam, a Livio Lib. II. Dec. I. ipſam Curiam Hoſtiliam appellari *Templum*. Quae quidem ſententiae noſtrae accommodantur. At contra ipſe Varro nos docet, *Templi* nomen vocabulum fuiſſe, quod rebus etiam non ſanctis conveniret; inquit enim Lib. VI. de Lingua Lat. *Curia Hoſtilia Templum eſt, & tamen Sanctum non eſt*. Sed hinc ſaltem diſcimus, Curias, ac proinde Baſilicas *Templa* fuiſſe, & quidem per Augures conſtituta, atque a profanis locis diſtincta: quod ſatis eſt propoſitae opinioni noſtrae.

Quae vero hactenus conſtituimus, meliorem lucem creabunt illuſtri cuidam loco Virgilii. Ait ille Aeneid. Lib. VII. ver. 170.

> *Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis,*
> *Urbe fuit ſumma, Laurentis REGIA Pici,*
> *Horrendum ſylvis, & relligione parentum.*
> *Hinc ſceptra accipere, & primos attollere faſces*
> *Regibus omen erat. Hoc illis CURIA TEMPLUM.*

Et infra:

> *Tali intus TEMPLO DIVŪM &c.*

Deſcribit heic Virgilius *Domum in Palatio ab Auguſto factam*, ut Servius antiquiſſimus Scholiaſtes putat; ita tamen ut ad vetuſtiora tempora ſimul reſpiciat, ac *Baſilicam* potius aliquam deſcribere dignoſcatur, quam domum profanam & auſpiciis carentem. Id exprimit *Regiae* vocabulum pro eo poſitum, quod Baſilica ſonat. Ludovicus de la Cerde alludi heic arbitratur ad Curiam Hoſtiliam: ſed quidquid ſit, certe haec Regia, ſecundum ea, quae hactenus diſſeruimus, Curiae, Templique nomine decoratur.

Nunc autem ad Inſcriptionem noſtram regrediamur. Vidiſti illic *C. Suettium* Collegio Augurum epulum dediſſe cum hoſtiis ob alicujus *Baſilicae dedicationem;* ſcilicet, ut in Baſilicis quibuſdam Curia haberi poſſet, Augurum auſpiciis & conſecratione, ſive dedicatione

Digitized by Google

catione opus erat. Doleo fatum marmoris partim mutili, quod alias nobis fortaſſe notiones exhibuiſſet. At quae ſuperſunt, & potiſſimum *dedicationis* mentio facta, cum opinione noſtra penitus conſentiunt. Olim dedicabantur Aedes, Templa, Simulacra, Nemora, & hujuſmodi alia, quae exinde, ut optime noſti, pro ſacris, aut quaſi ſacris habebantur. *Dedicabantur Curiae*, ut ex Varrone didicimus, & diſcere etiam poſſumus e Grutero Inſcrip. V. pag. 474. ubi dicitur *Comi Curia dedicata*. Videmus modo Baſilicam dedicatam. Plutarchus quoque in C. Caeſare a Paulo Aemilio Baſilicam, ſicut & in Catone Minore Baſilicam a Majore Catone *dedicatas* refert, ut bene Xilander τιμητικὸν ἀνάθημα expreſſiſſe mihi videtur. Quid ergo impedit, quominus affirmemus, Templis, ac Baſilicis parem fuiſſe honorem, pene aequum munus, & vix diſſimilem ſanctitatem?

Haec autem in memoriam mihi revocant Svetonii locum in Auguſti Vita Cap. C. *Corpus*, Auguſti, ait ille, *Decuriones Municipiorum & Coloniarum a Nola Bovillas uſque deportarunt, noctibus propter anni tempus; quum interdiu in Baſilica cujuſque Oppidi, vel in Aede ſacrarum maxima reponeretur.*

Caſaubonus ad hunc locum ſcribit: *Mirum non impediſſe Religionem*. Tum evincit, apud Romanos ne in urbes quidem, nedum in ſacras Aedes, inferri mortuorum oſſa potuiſſe; quidquid enim erat ſacrum vel ſolo rei funeſtae contactu contaminari exiſtimabatur. *Ex quibus*, ſubdit ille, *jam intelligimus, cur hoc notatu dignum Tranquillus exiſtimarit; non enim translatitium, aut vulgare genus honoris, qui hoc privilegio delatus Auguſto eſt*. Liceat & mihi dicere, ideo non Aedium tantummodo ſacrarum, ſed etiam Baſilicarum factam a Svetonio fuiſſe mentionem, quod & iſtae quid ſacrum forent. Attamen cum Caſaubono ego non acciperem factum illud, tanquam rem admiratione dignam, quippe Auguſti cadaver inferre in ſacra aedificia ex honoribus conſequebatur, quos effuſe Romani, aliique populi in egregium illum Imperatorem, ſed non ſine ſuperſtitione, congeſſerant. Novimus, Auguſtum vivum videntemque conſecratum, ut Appianus Lib. I. Civil. prodit. *Huic* (ſunt verba Victoris) *uti Deo, Romae provinciiſque in omnibus per urbes celeberrimas vivo mortuoque Templa, Sacerdotes, & Collegia ſacravere*. Nimirum ipſe, antequam poſtremam in Urbe conſequeretur Apotheoſim, a Tiberio pro roſtris laudante *Divus Auguſtus*, Dione teſtante Lib. LVI. appellatus fuit. Hinc ergo conſequebatur, ejus corpus in ſacris quoque locis, cujuſmodi Aedes & Baſilicae erant, locandum fuiſſe.

Digitized by Google

Verum inquiet aliquis: An tibi inter ſacras Ethnicorum Aedes atque Baſilicas tanta ſimilitudo interceſſiſſe videtur? Heic negotia ac judicia; illic res tantummodo ſacrae peragebantur. Perinde quaſi non ſcriberet Varro Lib. II. de lingua Lat. in uſu fuiſſe, Templis pro Curia uti ad negotia tractanda, ad cauſſas, ad lites. Exemplum hujus rei praebet Livius Lib. XXIII. *Egreſſus Curia in Templo Magiſtratus conſedit, comprehendique Decium Magium, atque ante pedes deſtitutum cauſſam dicere juſſit*. Svetonius Cap. VII. Veſpaſianum nobis exhibet poſt ſacrificium ſedentem pro tribunali in Templo Serapidis, ubi & literas accipit, eumque adeunt homines e plebe opem valetudinis implorantes. In Templis negotia quoque peragebantur, ut praeter alios Virgilius innuit Aened. Lib. I. Ibi quoque pecuniae depoſitae, ibi convivia, ac hujuſmodi negotia peragebantur, ut la Cerda in VII. Aened. nos docuit. Igitur nihil prope in Baſilicis actum, quod & in Templis uſitatum non fuerit.

Claudam hanc Diſquiſitionem altero Virgilii loco. De Sibylla Cumana, ejuſque antro agit is Lib. VI. Aened. atque ait, Daedalum Cumas fugientem Templum ibidem Phoebo poſuiſſe:

Redditus his primum terris tibi Phoebe ſacravit
Remigium alarum, poſuitque immania tecta.

Eumdem vero locum ſubinde Templi nomine diſtinguit, ita de Sibylla ſcribens:

Teucros vocat alta in Templa Sacerdos.

Ibidem Sibylla ſacris praeerat, ac propterea *Phoebi Triviaeque Sacerdos* nuncupatur. Arae etiam conſtitutae commemorantur, unde oracula dabantur:

Talibus orabat dictis, araſque tenebat
Aeneas &c.

Templum igitur fuit Sibyllinum domicilium Cumis poſitum. Nunc audiamus, quid de eo loco ferat Juſtinus Martyr in Paraeneſi ad Graecos, antiquus ſane Scriptor, & dignus cui hac etiam de re ſcribenti honorem habeamus. De Cumana Sibylla & ipſe loquens ait: *Vidimus ſane, in ea urbe* (Cumis) *quum eſſemus, locum quemdam,*

ubi

Digitized by Google

ubi Baſilicam ingentem uno fabrefactam ſaxo conſpeximus, rem profecto maximam, & admiratione omni dignam, ubi oracula eam edidiſſe, qui res patrias a majoribus ſuis quaſi per manus traditas acceperant, nobis affirmarunt. Pergit Juſtinus dicere, media in Baſilica extitiſſe adhuc tria ſolia ex eodem exciſa lapide, ibique Sibyllam in ſublime throno conſidentem, ut fama erat, ſortes ac oracula promulgaſſe. Quibus ex rebus intelligas, idem Virgilio fuiſſe *Templum*, atque Juſtino *Baſilicam*, ut & hinc pateat, non injuria a nobis affirmatum magnam inter Templa Baſilicaſque Ethnicorum interceſſiſſe cognationem, & quaſdam etiam Baſilicas *Templi* appellatione fuiſſe donatas.

Igitur non abs re tandem fuerit, Pium Antonium Bartholinum aliquantulum cohibere contraria narrantem in L. *nemo* Cod. *de Sacroſanctis Eccleſ.* apud Gruterum in Theſauro Critico. Incuſat ille veteres Legum Interpretes in eam profectos ſententiam, ut Baſilicas apud Gentiles loca etiam ſacra arbitrarentur: quod ille omnino falſum dicit. Ad haec animadverſionum harum beneficio non improbandus videbitur, qui arbitretur, ea etiam de cauſſa *Baſilicae* nomen in magnifica Chriſtianorum Templa translatum olim fuiſſe, quod Baſilicae ipſae apud Ethnicos ſacrum quid forent, Templique vocabulo interdum diſtinguerentur. Sicuti enim e Gentilibus ad nos una cum ſuis nominibus tranſiere Templa, & Aedes ſacrae, ita Baſilicae a Chriſtianis purgatae, & cultui veri Numinis dicatae, antiquum retinuere nomen. Atque has habui conjecturas, Fabrici Clariſſime, quas tecum communicarem *de Sacrarum apud Chriſtianos Baſilicarum origine atque appellatione*. Tu pro tua humanitate, ſi non eruditionem ac ſententiam, at ſaltem obſequium ſcribentis proba.

Dabam Mutinae XII. Kal. Jul. MDCCIX.

Digitized by Google

ANECDOTA GRAECA

QUAE EX MSS. CODICIBUS

PRIMUM ERUIT, LATIO DONAVIT,
NOTIS, ET DISQUISITIONIBUS AUXIT

LUDOVICUS ANTONIUS

MURATORIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN ANECDOTA GRAECO LATINA

PRAEFATIO.

JAMDUDUM *circumſpicienti mihi, quod inſtituendum eſſet iter, ut ad literarum commodum aliquid & ego conferrem, obtulerunt ſeſe nonnulla Veterum ſcripta, luce adhuc, & publico deſtituta. Duos jam ex iis Tomos ſub* Anecdotorum *nomine eruditi viri è praelo acceperunt, reliquos accepturi, ubi literis in Italia languentibus & libertatem, & vires Pax tamdiu exoptata reſtituet. Interim ad Graeca quaedam* Ἀνέκδοτα *curam omnem converti, quae neque minùs utilia, neque minus grata fore confido. Atque utinam conatus noſtros tenues ſuperarent, aut imitarentur alii eruditionis in Italia cultores. Sunt adhuc & multa id genus noſtris in Bibliothecis latentia, quae ſinere diutiùs cum pulvere, tineiſque conflictari, aut probrum, aut certè illaudabilis mihi videtur ſocordia.*

Quid enim (dicere liceat) cordatiores, ſolertioreſque viros ab exteris provinciis expectamus, ut noſtros accipiamus theſauros ex aliorum dono? Atquè aeterna illi quidem commendatione digni, quòd nullis parcant laboribus, aut itineribus, ut benè de literis quocumque pacto mereri pergant. Quin etiam praeſtat, quando tam lentè Italici eruditi in hoc ſtudio procedunt, nos eorum diligentiae noſtra concedere, quàm tot divitiis malè tumulatis per ſummam ignaviam indormire. Fatendum tamen eſt, quò major, & juſtior laus illis debetur, eò graviùs, & aequiùs incuſandos nos eſſe, qui tantis fruſtra ſolicitati exemplis, noſtrorumque Majorum quodammodo immemores, dignitati noſtrae ſatis conſultum putamus, ſi alienis pro re literaria conatibus plauſum tantummodo conferamus, dulciſſimo interea jacentes in otio. Sed Eruditorum Reipublicae incrementa amantibus nunquam deerunt ube-

uberes in excuſationem querelae, quum ſi nihil aliud occurrat, id ferè ſemper occinatur, deſiderari Moecenates, quorum liberalitate incitentur ad curſum Ingenia cunctantia.

Hiſce tamen querulis hominibus objiciam ego, atque ante oculos ſiſtam unum prae caeteris ampliſſimum Cardinalem Georgium Cornelium Epiſcopum Patavinum, cujus opera jam factum eſt, fietque uberiùs in poſterum, ut neque veteribus invidere debeamus, neque noſtris poſſimus ſuccenſere temporibus. Scilicet in illum confluxere quum reliquae virtutes, & decora nobiliſſimae, ac vetuſtiſſimae Corneliae gentis, tum praecipuè erga literas, earumque ſtudioſos praeſtantiſſimus amor. Et me quidem in primis teſtem magnanimae hujuſce indolis dabo; quippe ubi reſcivit Eminentiſſimus Cardinalis, obſtare mihi Graecorum typorum inopiam, quominus iſta vulgarentur, juſſit ille continuò celebris Seminarii ſui officinam haec omnia Graecis, Latiniſque formis deſcribere, quae diu forſitan hujuſmodi beneficium aliunde expectaſſent. Verum Principi ad juvandas literas nato longè etiam majora in animo verſantur. Reliquis enim eruditis palam vidimus oblatas, ipſo jubente, ejuſdem Seminarii operas, quibus eorum Opuſcula nondum edita tandem luci reddantur. Quamobrem optandum eſt, ut his, aliiſque Moecenatis eximii conſiliis bene deinceps reſpondeat doctorum hominum ardor, non in procudendis ſolum optimis Libris, verum etiam in vetuſtis e ſitu Bibliothecarum eruendis. Interim verò ex illius munificentiâ accipiat mea haec, qualiacumque ſint, literatus orbis, ejuſque virtuti fauſta omnia precetur, unde majora in dies ſperanda ſunt nobis.

Nunc illa juvat praefari, quae benevolis Lectoribus opportuna arbitror, antequam ad haſce merces evolvendas accedant. Et primò quod eſt ad Gregorii Nazianzeni Carmina, quibus primas in Libro deſtinavimus, ita poſcente Clariſſimo, & Sanctiſſimo Scriptore, inutilem operam luderem, ſi quicquam adferrem in eorum laudem. Satis eximia commendatio erit, Nazianzenum audire illorum parentem, nempe virum eminentiſſimae inter Graecos Patres eloquentiae, & ſapientiae ſingularis, & cui poſt Joannem Apoſtolum pro peculiari Panegyrico, & κατ' ἐξοχὴν, Theologi *cognomen adhaeſit. Quàm multa ex illius ingenio, & calamo Carmina fluxerint, alter ejus Operum à Billio editorum Tomus abundè oſtendit. Neque tamen huc referenda ſunt, quae de illo S. Hieronymus in Catalogo Script. Eccl. in haec verba conſcripſit:* Ad triginta millia verſuum omnia Opera ſua compoſuit, à quibus illa ſunt de morte fratris Caeſarii &c. *Nomine enim ver-*

ſuum

ſuum *non* Carmina *deſignantur, ſed* στίχοι, *ideſt integrae periodi, in quas Libros ſuos dividere conſueverunt Veteres, ne cuiquam (quod tum facilè contingere poterat) deſcribenti aliquid minuere, aut addere liceret. Quare Sophronius Graecus Hieronymiani Catalogi Interpres ita baec reddidit:* εἰς τρεῖς μυριάδας στίχων πάντα τὰ συντάγματα αὐτου συνέθηκεν. *Ipſe autem Hieronymus in Apologia prima adverſus Rufinum*, Hilarium quadraginta millia verſuum Origenis in Job, & Pſalmos tranſtuliſſe *affirmat. Idem conſulendus in Praef. ad Danielem & Gennadius, qui in Lib. de Vir. Illuſtr. Theodorum Antiochenae Eccleſiae Presbyterum Libros* ad XV. millia verſuum *ſcripſiſſe refert. Quibus omnibus locis non* Carminum, *ſed* Proſae *orationis ſcriptores laudantur, uti etiam videre eſt apud Galenum Tom. I. Lib. I. Anatom. pag.* 119. *edit. Baſil. & apud Diogenem Laertium in Demetrio Magneſio, Xenocrate, Ariſtotele, Theophraſto, ac Demetrio Peripatetico, ubi Stichometriae veterum habetur mentio.*

Quanquam verò ingentem Nazianzeni Carminum copiam Billius luce donaſſet, alia tamen nondum evulgata, in Bibliothecis latere, jamdiu exploratum erat. Nam, doctiſſimo Lambecio teſtante, varia continentur partim edita, & partim inedita in Bibliothecae Vindobonenſis Codice MS. Cl. à folio primo uſque ad folium 115. *Ejuſdem illius Codicis beneficio, inter* Inſignia Itinerarii Italici *paucis ab hinc annis Jacobus Tollius publici juris fecit XX. Nazianzeni Carmina cum hac inſcriptione* Ἄσματα κύκνεια, *hoc eſt* Carmina Cygnea, *tanquam noviſſima, ac dulciſſima ſacri Poetae monumenta. Sub eo tamen nomine non venire puto, quae in Epiſcopos eorum temporum ſcripſit Nazianzenus tam acri, atque irarum pleno ſtylo, quamquam ea à Tollio edita ſciam. Virum enim ad beatam mortem grandibus greſſibus, animoque tranquillo tendentem tam graves querelae non produnt, ſed potius exaſperatum è recenti vulnere contracto ob depoſitas inſulas Conſtantinopolitani Throni. Carmina reliqua, utpote dulcia conſummatae pietatis argumenta, & miram ſuavitatem ſpirantia, eidem ad poſtremas vitae lineas properanti aequiùs adſcribas. Sed haec edita habemus, quamvis Librum Tollii mihi videre nondum contigerit.*

Alia luci nondum reddita, monet Cl. V. Guilielmus Cave in Script. Eccleſ. Hiſtoria literaria par. II. aſſervari in Bibliotheca Bodleiana inter Codices Baroccianos, nempe Cod. XLVIII. pag. 40. *Carmen* ad Animam ſuam. *Incipit.* ψυχὴ βλέψον ἄνω χθονιῶν ἐπιλήθεο πάντων. *Item Cod. LVI. pag.* 105. *Carmina tria in Caeſarium, quae ego proferam, & aliud* in Nobilem degenerem. *Cod. CXXVI. Tetraſti-*

traſticha aliquot, pleraque inedita, haberi ait, uti etiam Codice CXXXIII. *pag.* 158. *Poëmatia aliquot* ἀνέκδοτα.

Mihi autem contigit longè plura offendere olim in Ambroſianae Bibliothecae MS. Codice, nemini hucuſque evulgata. Aetatem Codicis è characterum forma, atque ex antiquitate membranarum excedere ultra ſeptingentos annos conjiciebam. Ibi inter inedita habebantur etiam edita. Sed quaterniones nonnulli hinc inde avulſi, ac deperditi maximam Codici labem, & mihi plura deſideranti majorem intulere moleſtiam. Praeibant nonnulla folia, ſed mutila, ad Librum S. Maximi Confeſſoris ſpectantia cum hoc titulo: Μαξίμου ταπεινοῦ Μοναχοῦ περὶ διαφόρων ἀπόρων τῶν ἁγίων Διονυσίου καὶ Γρηγορίου, πρὸς Θωμᾶν τὸν ἠγιασμένον. *Hoc eſt:* Maximi humilis Monachi de diverſis ambiguis SS. Dionyſii, & Gregorii ad Thomam virum ſanctiſſimum. *Fortaſſe legendum eſt* ἡγούμενον, Hegumenum. *Deinde ſequitur:* Τῷ ἠγιασμένῳ δούλῳ τοῦ θεοῦ πατρὶ πνευματικῷ, καὶ διδασκάλῳ κυρίῳ Θωμᾷ Μάξιμος ταπεινὸς, καὶ ἁμαρτωλὸς, ἀνάξιος δοῦλος, καὶ μαθητής. Sanctiſſimo Dei famulo, patri in ſpiritu, & Magiſtro, Domino Thomae, Maximus humilis, & peccator, indignus famulus, & diſcipulus. *Tum ita incipit Liber:* ΑΠΛΑΝΟΥΣ ΘΕΩΡΕΙΑΣ ΕΞΕΜΜΕΛΟΥΣ *&c. Ipſum hoc Opus (quod ad Gregorium Nazianzenum attinet) editum Oxonii Anno* 1681. *Graecè, & Latinè arbitror cum hoc titulo:* S. Maximi ambigua, ſeu Scholia in Gregorii Theologi locos difficiles. *Commentationes autem in Dionyſium, vulgo Areopagitam, jampridem inter hujus Opera prodierant. Subſequebantur in Codice Ambroſiano aliae laciniae, ſeu fragmenta Graeca perantiqui Scriptoris ſacri. Quum nequaquam contemnenda forent, & vix edita cenſeam, doleo me illorum ſpecimen in ſchedas meas non retuliſſe.*

Porro quae in cenſum noſtrum ex illo MS. Codice ἀνέκδοτα *tranſiere, quin omnibus venerandae antiquitatis cultoribus grata futura ſint, nullus dubito. Multa enim heic deprehendas ad illorum temporum Hiſtoriam illuſtrandam perutilia, multa de praeclaris hominibus Nazianzeno aut ſanguine, aut pietate, aut amore conjunctis, quae alibi fruſtra quaeras. Nam quod eſt ad Poëticas Chriſtiani Scriptoris Veneres, quanquam non paucae ſint, pretio tamen, ac utilitate vincuntur ab aliis horum Carminum dotibus. Vel hinc diſcas, quam vividum, fortunatumque Ingenium illi eſſet, cui non Eccleſiaſticae curae, non melioris Philoſophiae perpetua meditatio, non ingraveſcens aetas, eripere unquam potuit graviſſimi ſtyli uſum, adhibito quoque in piae vitae condimentum Muſarum contubernio. Igitur in poſterum*

habebi-

habebimus è tanti viri Schola non exiguam emortualium Carminum ſylvam, quum hucuſque ex iis unum tantummodo prodiiſſet in Baſilium Magnum.

Fortaſſe verò petant Eruditi, cur unam, eamdemque rem tot diverſis Epigrammatis verſaverit Nazianzenus, quod potiſſimum produnt Carmina in Patrem, ac Matrem, in Sepulcrorum effractores, & in Syneiſactos ſeu Agapetos elucubrata. Equidem arbitror, amorem in illos, zelum, & legitimam iracundiam in iſtos, tam variae Carminum copiae cauſſam dediſſe, quum nunquam ſatis videretur argumento feciſſe, qui tam cara capita laudanda, aut tam impia exagitanda ſibi propoſuiſſet. Accedit fecunda Scriptoris vena, ex qua fluere nullo negotio poterant tam diverſa Poëmata. Et poſtremò non malè forſitan calculos ponemus conjiciendo, pleraque ex his Carminibus non in eum finem compoſita, ut omnia vulgarentur; ſed qualia ex opulento Ingenio tumultuariè exciderant, in tabellas relata ad nos perveniſſe.

Nam heic & incondita quaedam; & ipſaemet phraſes, ipſamet interdum ſenſa tum Heroicis, tum Elegis, & Jambicis etiam verſibus tentata, ac reddita ſunt, non alio, ut videtur, conſilio, quàm ut meliora è tot experimentis ſubinde eligerentur. Quaecumque tamen ſint, neque Nazianzenum pudebit ſingula poſteris reliquiſſe, neque nos poenitebit legiſſe. Quod ſi quaedam paullò incultiora videbuntur, id nemini mirum eſſe debet, qui funebrium Epigrammatum rationem noverit. Non ſolent ii, qui parentum, & familiarium ſuorum mortem dolent, ſectari Poëticas elegantias. Scitum illud videlicet, non oportere eſſe ambitioſum in luctu. Hac ratione, ut opinor, Auſonius, qui quoties voluit, bonos verſus fecit, in iis, quos de obitu ſuorum ſcripſit, ſequutus eſt illud ſimplex, & inornatum genus verſificandi, quo etiam in didacticis, & aliis quibuſdam Poëmatiis ſciens, prudenſque uſus eſt. Quod autem attinet ad ea Carmina, quae in immodeſtos Martyrum cultores compoſita ſunt, ea Gregorius Nazianzenus, ſi ſcripſit, juvenis adhuc ſcripſiſſe videtur. Nam puerilem venam ſapiunt, & proſae, quam verſibus ſimiliora, ne apud Poëtam quidem Comicum, vel Satyricum facilè tolerentur. Attamen, quia ad illius aevi, quo ſcripta ſunt, notitiam pertinent, hoc ipſo digna ſunt, quae ad reliqua adjungantur.

Quum verò ſit animi honeſti, & grati, per quos profeceris, candidiſſimè profiteri, publicae heic mihi habendae ſunt gratiae Joanni Boivinio Regiae Pariſienſis Bibliothecae Cuſtodi. Jam quanta ſit Clariſſimi hujus viri non rara tantùm in Graecis literis, ſed etiam in

omni diſciplinarum genere exquiſita eruditio, praeter alia illius monumenta, ſatis teſtantur Nicephori Gregorae univerſae Hiſtoriae Latio non ita pridem donatae. At quanta quoque ſit illius humanitas, nullum luculentiorem teſtem dabo, quàm memetipſum. Siquidem ubi is intellexit, me in congerendis Nazianzeni verſibus Anecdotis non exiguam poſuiſſe operam, quos ille jam è Regiae Bibliothecae Codicibus deſcripſerat, liberaliſſima humanitate votis meis obtulit, immo ad me protinus Anno 1698. *miſit, uberiori meae collectioni adjungendos. Praeterea, ne quid muneri deeſſet, Carmina è duobus MSS. Codicibus, nempe ex* 2891. & 2945. *deſcripta cum veteri MS. Scholiaſte contulit, variaſque lectiones in margine adnotavit. Quod heic tamen praemonitum Lectorem velim, erunt aliqua è Boivinii penu in meum translata, quae fortaſſe Nazianzeno tribuenda minimè videantur. Neque idcirco ſupprimenda cenſui, quippe ſaltem antiquiſſimum Auctorem redolentia, & certè ſpectantia ad Nazianzeni, aut ejus conjunctorum, Hiſtoriam.*

Doctiſſimo Boivinio humanitate non conceſſit C. V. Antonius Maria Salvinius in Florentino Lycaeo publicus Eloquentiae Profeſſor, cui in Graecae Linguae ſcientia paucos pares, neminem ſuperiorem Italia nunc (*) *oſtendat. Et ille pariter opem conſiliis meis collaturus, ad celebris Bibliothecae Mediceae MSS. Codices totum ſe convertit, factâ illi clementiſſimè veniâ à Coſmo III. Magno Etruriae Duce, inter cujus virtutes, ac laudes non ea poſtrema eſt, qua ſuos Majores aemulatus, rem literariam, ejuſque cultores, tum favore, ac benevolentia, tum ampliſſimis praemiis perpetuò proſequitur. Itaque glorioſiſſimi illius Principis munere, & accuratiſſimi Salvinii curâ factum eſt, ut alia etiam Carmina in Ambroſiano, & Regiis Codicibus deſiderata, in Mediceis reperirentur, quae pro ſuo erga me ſtudio doctiſſimus ille vir mihi deſcripta ſuppeditavit. Qualia haec ſint, ſuo perſpicietur loco. Interim monuiſſe ſufficiat, Codicem MS. Mediceum eumdem eſſe, qui Tollio non ignotus fuit, mibique Carminum ſpicilegium praebuit adhuc luce carentium, quum ea Tollius prae feſtinatione deſcribere nequaquam potuerit. Praeterea variantes lectiones ex aliis MSS. Salvinius collegit, per quas Ambroſiano Codici ſubſidium non leve poſſit adferri; nullumque, uno verbo, praetermiſit officium, quo ſuum in me, remque literariam confirmaret amorem.*

Paria quoque praeſtiturus fuiſſet C. V. Pater Joannes Baptiſta del Miro Benedictinus Abbas, ſi deſiderio ſuo reſpondiſſent uberiùs

Vati-

(*) Quid ni legendum *oſtentat?* Ita quidem videtur.

Vaticanae Bibliothecae, cui praeeſt, MSS. Codices. Quare pauca ille operi meo contulit, ſed non paucae illi à me debentur gratiae; in cenſum enim beneficii venit & optima voluntas. Gratam denique mentionem non omittam Hieronymi Tagliazucchii noſtratis, quippe & ex ipſius labore accuratior prodibit iſta editio. Utque ille eſt non unius tantùm Linguae Graecae, ſed aliarum bonarum Artium amantiſſimus, & ſtudioſiſſimus, dummodo ejus erga literas ardor non deferveat, ſperare juvat, nos aliquando habituros ex illius ingenio monumenta, ſibi certe, ſi quidquam divinare poſſum, & patriae noſtrae non parum laudis allatura.

Quum autem in illuſtrandis Nazianzeni Carminibus interdum adhibuerim fidem, & verba Anonymi cujuſdam Scholiaſtis Graeci, praedocendi ſunt Lectores, eum profectò antiquitatis cauſſa magni eſſe faciendum. Ante quingentos annos ſcriptus videtur membranaceus ille Codex Ambroſianus, ubi hujuſmodi Scholia leguntur, quorum unicus eſt ſcopus diverſis reddere verbis, & paraphraſtice, ſacri Poëtae verba. In Ludovici Magni Bibliotheca alterum ſimilem videre eſt, uti Clar. Boivinius mihi ſignificavit. Quei autem ſe gerat hic Auctor, Arte, ut videtur, Grammaticus in exponendis S. Gregorii Carminibus, illic innoteſcet, ubi integra proferam Scholia ex ejus Opere deſcripta.

Poſt Nazianzeni verſus collocavimus Epiſtolas Firmi Caeſarienſis Epiſcopi, qui ſeculo Aerae Chriſtianae quincto floruit. Earum pretium in quodam elegantiae flore praecipuè ſitum eſt. Antiquus planè eſt membranaceus Codex, unde illas eduxi, at non omnino à Librariorum erroribus immunis. Longè praeſtitiſſet, ſi Literas illas, quas Firmus de magnis negotiis, ac potiſſimum de Eutychiana, & Neſtoriana controverſia conſcripſit, nobis ſervaſſent Majores noſtri. At quando amarunt ii potius quiſquilias, ut ita dicam, illius ad poſteros tranſmittere, non ita de eorum conſilio, aut negligentia dolendum eſt, ut haec pauca celebris viri monumenta ſuo non donemus honore. Ex his etiam aliquid lucis illorum temporum Hiſtoriae, ac moribus accedit; & ſaltem juvabit, Firmum aliunde cognitum, ex ejus ingenio, & verbis meliùs dignoſcere.

Nonnullae Juliani Imperatoris Epiſtolae ſuccedunt, ex eodem Codice Ambroſiano depromtae, unde ſuperiores. Jamque rei literariae intereſſe, ut hae quoque ederentur, in ſuo Diario Italico ſcripſit C. V. Bernardus de Montfaucon Monachus Benedictinus è Congregatione S. Mauri, cui olim legendas dedi. Optandum quoque eſſet, ut alia il-

lius ſcripta ſupereſſent; nam etiamſi ejus impietatem deteſtemur, certè cruditionem non contemnimus; mirumque in modum Eccleſiaſticae, & profanae Hiſtoriae conducunt vel inimicorum Libri.

Opus noſtrorum denique claudet famoſa illa, quae ſeculo Chriſtianorum quincto ſuppoſita eſt Julio I. Romano Pontifici, Epiſtola. Illius mentionem Gennadius olim fecerat in Lib. de Viris Illuſtribus. Verùm ut erat ille Criticae Artis non admodum gnarus, ſibi imponi ab Haereticis paſſus eſt, atque alia ratione, quàm par erat, foetum hunc excuſavit, ac rejecit. At ſequenti ſeculo Facundus Hermianenſis inter Latinos, & poſtea Leontius Byzantinus inter Graecos, aliique, deprehenſis hujuſce Epiſtolae germanis architectis, fucum, fraudemque Haereticorum ita aperuere, ut calumniae nullus ampliùs relinqueretur locus. Centuriatores tamen Magdeburgenſes, neſcio utrum ignorantiâ ducti, an veſano illo furore, quo ſibi Romanam Eccleſiam, ejuſque Pontifices vel ſanctiſſimos divexandos, & mordendos unicè propoſuiſſe videntur, litem adhuc inſtaurare ſunt auſi. Nimirum Julio I. ſtramineam hanc Epiſtolam rurſus tribuere non dubitarunt. Sed nullo negotio Baronius, Binius, Bellarminus, Petavius, aliique non pauci Orthodoxae communionis viri, tandem veritati locum fecere, atque armis fortiſſimis proſtravere pertinacem impoſturam. Nulli verò meliùs, quàm mibi facile erit ab hujuſmodi calumnia Julium Romanum Pontificem vindicare. Et quamquam id praeſtare vel ſola nuda Epiſtola poſſit, quae tam ſupina, atque incauta fraude ſuppoſita eſt, ut continuò ſe prodat; nihilominus Diſquiſitionem adjungere placuit, qualem, (quantum quidem mihi perſuadeo) dirimendae penitus controverſiae parem, & aptam poſcere vel praefracta poſſint ingenia.

Fortè autem delicatuli, quorum numquam erit inopia, petant à nobis, cur hanc Epiſtolam impiè confictam, indignam olim quae ederetur, & beneficio temporis ſubinde oblivioni traditam, iterum nos è tenebris revocemus. Neque id neceſſarium, addent, neque utile. Immo contra, ſi eis credendum ſit, periculo non careat hujuſmodi conſilium, quippe tela in Catholicae Religionis perniciem procuſa, nihil unquam prodeſſe, multum verò interdum nocere poſſunt, aut infirmis objecta, aut à fortibus inimicis rurſus intorta. Quibus, ſi ita fortè loquantur, reſponſum velim, neceſſum eſſe, ut nunquam exceſſerint pueritiae finibus, & anguſtiſſimis tyronum pomoeriis. Nam qui ſeſe jam dederunt in amplos, beatoſque eruditionis campos, tantum abeſt, ut pericula heic ſomnient, ut contra non mediocris beneficii loco reputent hujuſmodi evulgare monumenta.

Quis

Quis enim tam bardus, ſtupiduſque ſit, ut heic ad errorem incitamenta reperiat? Quis à veneno ſibi timeat, cujus vim penitus exarmavit vicinum, & conjunctum antidotum? Hujus autem Epiſtolae totum virus ſuſtuliſſe eſt, ejus Auctores, & fraudem prodidiſſe. Deinde ex re Orthodoxae Religionis eſt inſpicere, quàm malis artibus Catholicas ſententias olim impugnare conati ſint Haeretici. Et denique non Hiſtoriae ſolùm Eccleſiaſticae ſplendori conferre multum haec poſſunt, ac ſolent, ſed etiam ipſius Romani Antiſtitis famam, ac ſanctitatem liberant ab omni ſuſpicione labis, & culpae. Quod ſi exemplis agendum eſt, cui adhuc in mentem venit ſuccenſere Clariſſimis iis viris, quorum curâ evulgatos habemus virulentos Juliani, aut Libanii, aut Symmachi, aut Zozimi in Chriſtianam Religionem Libros? Paſſim, nemine conquerente, recuduntur Juliani Pelagianorum primipili ſcripta in S. Auguſtinum, eodemque beneficio donantur reliqua Semipelagiani gregis Opera. Quid? quod tot Libri in Romana Synodo ſub Gelaſio Pontifice damnati, aut ſine legentium querela proſtant, aut ſine periculo ubique leguntur. Et non ita pridem lubentiſſimè accepimus à Monſfauconio V. C. Commentarios Euſebii Caeſarienſis, qui cum Arianis feciſſe, aliiſque erroribus laboraſſe non obſcurè cognoſcitur. In Actis autem Conciliorum quot Epiſtolae ab Haereticis conſcriptae contineantur, nemo eſt neſcius; & ipſe Annalium parens Baronius quandoque in ſuas derivat Hiſtorias Opuſcula à Chriſtiani nominis, aut Catholicae Fidei hoſtibus ſcripta, & ad noſtram uſque aetatem ſervata. Quid multa? Sexcenta hujuſmodi exempla ab antiquitate petere poſſum, & plura etiam è recentioribus rei literariae Scriptoribus. Sed omnium vice mihi demum erit, commemorare Apollinaris Haeretici ſententias unà cum S. Gregorii Nyſſeni Reſponſionibus è Vaticana Bibliotheca ante paucos annos deſcriptas, quas Graecè, & Latinè publici juris fecit C. V. Laurentius Alexander Zacagnius ejuſdem Biliothecae Praefectus. Quamobrem deſinant, ſi qui ſunt adeo delicati, ac moroſi Lectores, inſtituto noſtro obices opponere, neque ſe temere immiſceant eruditae Reipublicae negotiis, quum nondum intelligant, unde timendum, unde gratulandum ſit nobis, & illic timeant, ubi non eſt timor.

Reſtat, ut aliquid de ratione dicamus, quam ſequuti ſumus in his Opuſculis Latio donandis. Et heic non tam facile eſt aequis placere Lectoribus, quàm diſplicere faſtidioſis. Equidem novi, quanta, & qualia in optimo Interprete requirantur, quo ſuas partes cum laude implere poſſit, & eruditorum gratiam inire. Praeter intimam utriuſque

ſque

ſque Linguae peritiam exigi ſcio quum ampliſſimam eruditionis, & verborum copiam, tum ſubactum judicium, & ingenium, cui liceat non ipſas tantùm res, & Graecos ſenſus Latinè reddere, ſed per interpretationem exprimere varios Scriptoris colores; elegantiam nempe, aut auſteritatem, aut obſcuritatem, aut majeſtatem, aut humilitatem alieni ſermonis, ac ſtyli. Denique mihi obverſantur, quae in hanc rem commentatus eſt. Clariſs. & erudiriſſimus vir Petrus Daniel Huetius, praeceptis non minus, quàm exemplo locuples iſtius argumenti magiſter. Sed quum Interpretum albo nomen meum dare ſum auſus Anno 1697. (*eo enim tempore haec Opuſcula convertebam, quamquam difficillima tempora in hunc uſque diem eorum editionem diſtulerint*) *id unum mihi ſtatutum fuerat, in omnium Literatorum commodum Latina facere, quae Graecè duntaxat edita rarum ſibi poterant polliceri lectorem, relictâ aliis praeſtantiſſimi Interpretis laude. An iſtud, quod meum erat, tolerabili ſucceſſu praeſtiterim, aliorum eſto judicium.*

Non diſſimulabo tamen, me aliam inſiſtere potuiſſe interpretandi viam, ſi in animum induxiſſem, obſervatum à me iter poſſe in eruditorum indignationem incurrere. Ubi enim aſſequutus es Graeci Auctoris ſenſa, tum arduum non eſt, ſi alteram Linguam perſpectam habeas, aliquo ſplendore Latinitatis reddere Graeca. At quis neſcit, interpretantibus utrinque duo ſtare incommoda, nempe quamdam jejunitatis ſpeciem, ſi nimis preſſo pede ubique Scriptorem ſectari velint; & fidei periculum, ſi nimis libero greſſu indulgere ſibi malint, quàm alteri inſervire? Ex his autem offendiculis ſecundum, quàm primum, longè accuratiùs evitandum nemo diffiteatur; immo non pauci ſentiant, ne vitii quidem nomen primo deberi. Quamobrem ſi à nimiae libertatis periculo mihi timens, quandoque in oppoſitum deflexiſſe fortè videar, moroſi nimiùm ſint, qui veniam mihi negent, & mediocribus non contenti, ſumma, & optima deſiderare pergant.

Atque haec dicta velim de Opuſculis Graecis proſa oratione conſcriptis, quae in Latinum ſermonem transtuli. Quod enim attinet ad Nazianzeni Carmina, ni mea me fallit opinio, moleſtè nemo feret, quòd tam religiosè inſtiterim Graecis veſtigiis. Non aliter hucuſque fecere tot egregii viri, quorum operâ pleroſque Graecorum Poëtarum habemus Latinè loquentes. Et quidem improbare non auſim conſilium Jacobi Billii V. C. cui placuit totidem Latinis verſibus reliquos reddere S. Gregorii verſus. Attamen dicere liceat, feciſſe metri neceſſitatem, quam ille ſibi impoſuit, ut ego ibi Nazianzenum quaerens, interdum non inveniam; certè ejus ubertatem, ac vim non rarò deſiderem.

rem. Tutior proinde nemini non videatur ratio interpretationis noſtrae, praeſertim quum anxiè nimis Graeca verba ſequuti non ſimus, & quae obſcura occurrunt, non Notis ſolùm, ſed etiam Diſquiſitionibus nonnullis illuſtraverimus. Utcumque tamen ſe res habeat, operi meo ſatis gratulabor, ſi Lectores humaniſſimi condonent errores, & mihi fortaſſe meos, & Typographis ſuos, ſi quos nec mea, nec illorum induſtria cavere prorſus potuit, tametſi voluit.

Finem Praefationi faciam afferendo Tetraſtichon olim in laudem Nazianzeni compoſitum à Scipione Forteguerra, viro perquam erudito, & Angeli Politiani amico, qui Scipionis Carteromachi nomen aſſumſerat pro ſui ſeculi more. Ejus etiam verſionem à Salvinio factam dabo.

Γρηγόριος Μύσας πολλῷ πλέον ἤπερ Ὅμηρος
    Θειοτάτων ἐπέων δεῖξεν ὑπηρετίδας.
Ἠ μᾶλλον τόγε πᾶν. Μυσῶν ὕπο λέξεν Ὅμηρος.
    Γρηγορίῳ δ' ἔπνει πνεῦμ' ἄρα θειότερον.

Gregorius Muſas, meliùs quàm dius Homerus,
    Divini oſtendit carminis artifices.
Seu potius, Muſis cecinit dictantibus ille.
    Gregorio afflavit ſanctior aura ſinum.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

Ἐπιγράμματα.

GREGORII THEOLOGI

Epigrammata.

Εἰς Προαιρέσιον Σοφιστήν.

Μηκέτι Κεκροπίη μεγάλ' εὔχεο· οὐ θέμις ἐστὶν
    Ἠελίου τυτθὴν ἄντα φέρειν δαΐδα,
Οὐδὲ Προαιρεσίου ῥήτρῃ βροτὸν ἄλλον ἐρίζειν,
    Ὅς ποτε ἀρτιτόκοις κόσμον ἔσεισε λόγοις.
Βροντὴν Ἀτθὶς ἔνεικε νεόκτυπον· ἀλλὰ Σοφιστῶν
    Πᾶν γένος ὑψιλόγων εἶκε Προαιρεσίῳ.
Εἶξε μέν· ἀλλά μιν ἔσχε μόρῳ φθόνος. οὐκέτ' Ἀθῆναι
    Κύδιμοι· ὦ νεότης, φεύγετε Κεκροπίην.

In Probaereſium Sophiſtam.

CARMEN I.

NE poſthac Cecropia magnum gloriare. Nefas eſt
    Soli tantillam opponere facem,
Aut cum Prohaereſii eloquentia mortalem alium contendere,
    Qui nuperis Mundum concutiebat Orationibus.

Toni-

Tonitru Attica recens-ſtreperum tulit: Sophiſtarum verò
Univerſum genus magniloquorum cedebat Prohaereſio.
Ceſſit quidem. Sed illum vicit invidum fatum. Non amplius Athenae
Illuſtres erunt. O juventus, fugite Cecropiam.

NOTAE.

QUis quantuſque vir Prohaereſius fuerit, quem heic Nazianzenus fatis functum laudat, quantâque eloquentiâ praeditus, Eunapius Sardianus illorum temporum aequalis luculentè ſcriptum reliquit in Libro de Vitis Philoſophorum, & Sophiſtarum, ubi ejus vitam, & res geſtas memoriae mandavit. Inter caetera illius encomia fortaſſe id altius eminet, quod illi Populus Romanus conſtituit. Πολλὰ, ſunt Eunapii verba, *ἐπὶ πολλοῖς ἀγασθέντες, καὶ τυχόντες ἐπαίνων, ἀνδριάντα κατασκευασάμενοι χαλκοῦν ἰσομέτρητον ἀνέθηκαν, ἐπιγράφοντες: ἡ βασιλεύουσα Ῥώμη τὸν βασιλεύοντα λόγων. Quum valdè, atque ob plurima* (Romani per Prohaereſium) *admirationi fuiſſent, & encomiis ab eo ornati, ſtatuam illi ex aere pari magnitudine erexere cum hac inſcriptione REGINA ROMA REGI ELOQUENTIAE.* Solemne fuit olim Sophiſtarum argumentum, Urbium praeclariſſimarum laus. Encomium Romae Prohaereſius fecerat, quemadmodum & Ariſtides fecit, cujus extat hoc titulo nobiliſſima Oratio. Hinc Prohaereſio ſtatua publicè decreta, atque erecta, cum inſigni Inſcriptione. Sub Juliano Auguſto Prohaereſium floruiſſe, & quinque poſt ejus mortem annis vivere deſiiſſe, auctor eſt idem Eunapius, qui haec etiam de illo refert: *τοσοῦτος, καὶ τοιοῦτος γενόμενος, καὶ διαπλήσας τῶν ἑαυτοῦ λόγων τε, καὶ ὁμιλητῶν τὴν οἰκουμένην. Tantus, ac talis vir, qui totum terrarum orbem orationum ſuarum, & auditorum copia implevit.* Quare circiter Annum Chriſti 368. hoc Epigramma Nazianzenus elucubraſſe videtur. Chriſtianorum autem albo Prohaereſium inſcriptum fuiſſe, è Hieronymo facilè intelligas in Chronico ad Annum primum Juliani, ubi haec habet: *Prohaereſius Sophiſta Athenienſis lege data, ne Chriſtiani liberalium Artium Doctores eſſent, quum ſibi ſpecialiter Julianus concederet, ut Chriſtianos doceret, ſcholam ſponte deſeruit.* Haec ille de Prohaereſio, quem etiam *magnum Sophiſtam* in voce Ἰουλιανὸς Suidas appellat. Cur tam anxiè illius obitum Gregorius deploraret, in cauſſa fuit, quod eo praeceptore uſus olim fuerat; ejuſque rei teſtem habemus Sozomenum Lib. VI. Cap. XVI. de SS. Baſilio, &

Gregorio noſtro ita ſcribentem: *Quum adhuc adoleſcentes eſſent, Himerio, & Probaereſio Sophiſtis id temporis praeſtantiſſimis ſe in diſciplinam tradidere Athenis.*

Σοφιϛὴν. *Sophiſtam.* Quamquam antiquis temporibus Sophiſtarum nomen in deteriorem partem accipi ſoleret, & potiſſimum dum Socrates in vivis ageret, uti Cicero teſtis eſt Acad. Quaeſt. Lib. II. & Plato Sophiſtarum ſui temporis μάϛιξ appellatus fuerit; attamen, Romano Imperio in ſenium vergente, honorificum eſſe coepit. Rhetores fere omnes, qui publicis in Scholis eloquentiae praeceptis juvenes imbuebant, ita compellari amabant, quum laudis, non dedecoris, jam argumentum id eſſet. Seculum à Chriſto nato quartum plura hac in re exempla ſuppeditat. Primas autem eo tempore inter Sophiſtas tulerunt Libanius, & Prohaereſius. Qui de Sophiſtis uberiora cupit, adeat Eunapium, & Philoſtratum in eorum Vitis, & Petrum Fabrum in Comment. ad Leg. 1. de Juſt. & Jure.

Κεκροπίη. *Cecropia.* Sunt verba Plinii Lib. VII. Cap. LVI. *Oppidum Athenas Cecrops à ſe appellavit Cecropiam.* Pluribus autem narrat Eunapius, quomodo Athenas accitus fuerit Prohaereſius, ut ibi Eloquentiam profiteretur; non enim erat ille Athenienſis, ſed ex Armenia.

Μεγάλ' εὔχεο. *Magnum gloriare.* In MS. Cod. Ambroſiano legitur εὔχετο, quod retineri poteſt; ſed melior mihi viſa eſt lectio, quam ſuppeditavit Cl. Salvinius è Cod. Med. Fortaſſis etiam legendum μεγαλαύχεο.

Ἐρίζειν. Cod. Med. ὀρίζειν.

Βροντὴν. *Tonitru.* Quatuor ſequentes verſus forſitan à ſuperioribus ſejungendi, ut alterum Epigramma conſtituant. Julianus Auguſtus ὁ παραβάτης Epiſtolam ad Prohaereſium iſtum ſcribit. Illum autem appellat ἄνδρα ἐφίεντα τοῖς λόγοις, ὥσπερ οἱ ποταμοὶ τοῖς πεδίοις ἐπαφιᾶσι τὰ ῥεύματα, καὶ ζηλοῦντα τὸν Περικλέα κατά τοὺς λόγους. *Hominem in dicendo copioſum, velut flumina, quum in patentes campos influunt; hominem Pericli omnino parem eloquentia.* Periclis aemulum, imo alterum Periclem, eundem Prohaereſium ſimili ſententia heic facit Nazianzenus. Nam ut Periclem *tonaſſe*, & *fulguraſſe* Eupolis vetus Poëta dixit, ita & Prohaereſium Gregorius *Tonitru novum* appellat.

Ἄντα φέρειν. In Ambr. Cod. videtur ſcriptum ἄντω φέρειν. Sed facile α in ω converſum. In Mediceo habetur πάντα, quod non abludit ab ἄντα. Hoc autem verbum Poëticum eſt, & Homericum; atque Homericus in primis Nazianzenus.

Digitized by Google

Ω̃ νεότης. In Ambr. Cod. legitur ὁ νεότητος. Metrum, & ſenſus emendationem exigebant.

Εἰς Θεσπέσιον Γραμματικόν.

ΑἸ αἶ καὶ σὺ θάνες, φθονερὴ δέ σε μοῖρ᾽ ἐκάλυψεν,
Θεσπέσιε: φθιμένου δ᾽ ἄφθιτόν ἐστι κλέος.
Ἀρτιτόκοις ἐπέεσσι τόσος βρύσες, ἡ δ᾽ ἐβόησε
Ἀτθὶς: τίς ποτ᾽ ἐμῆς δόξαν ἔχει σοφίης:

In Theſpeſium Grammaticum.

CARMEN II.

HEu heu & tu mortuus es, invidum verò fatum te tumulavit,
Theſpeſi: tibi autem mortuo perenne eſt decus.
Nuper verbis tantus manabas: exclamavit autem
Attica: Quiſnam meae decus poſſidet ſapientiae?

NOTAE.

ET hic Theſpeſius inter clariſſimos ſui temporis Rhetores effulſit. Ei operam Caeſareae in urbe Palaeſtinae Theologus dedit. Audi Hieronymum in Lib. de Script. Eccleſ. haec de Euzojo ſcribentem. *Euzojus apud Theſpeſium Rhetorem cum Gregorio Nazianzeno Epiſcopo adoleſcens Caeſareae eruditus eſt.* Cur tamen Grammaticus tantum à Gregorio, non Rhetor, aut Sophiſta appelletur, quemadmodum Prohaereſius, divinare neſcio; niſi ea forſitan ſit cauſſa, quod Grammatici antiquis temporibus appellabantur, qui abſolutè docti, variarumque artium profeſſores erant.

Ἐκάλυψεν. Cod. Med. habet ἐδάμασσε.

Εἰς Μαρτινιανόν.

ΕἸ τις Τάνταλός ἐστιν ἐν ὕδασιν αὖος ἀπίστοις,
Εἴτις ὑπὲρ κεφαλῆς πέτρος ἀεὶ φοβέων:
Δαπτόμενον τ᾽ ὄρνισιν ἀγήραον ἦπαρ ἀλιτροῦ,
Καὶ πυρόεις ποταμὸς, καὶ ζόφος ἀθάνατος.

Ταρτάρεοί τε μυχοὶ, καὶ δαίμονες ἀγριόθυμοι,
Α῎λλαι τετρυμένων τίσιες ἐν ἀίδῃ:
Ο῞ςις Μαρτινιανὸν ἀγακλέα δηλήσαιτο
Τύμβον ἀνοχλίζων, δείματα πάντα φέροι.

In Martinianum.

CARMEN III.

Si quis Tantalus eſt inter infidas aquas ſiccis labiis,
Si quis ſuper caput lapis ſemper terrens;
Seu laceratum ab avibus aeternum jecur impii,
Et igneum flumen, & nox perpetua;
Tartareique receſſus, & Daemones crudeliſſimi,
Aliaeque vexatorum poenae in Inferis:
Quicumque Martiniano glorioſo nocere voluerit,
Sepulcrum ſubmovens, hos timores univerſos ſubeat.

NOTAE.

Martinianos clariſſimam Saeculo Chriſti quarto gentem fuiſſe, plura monumenta, ex eiſdem petita temporibus, nunc etiam teſtantur. Sub Conſtantino Magno Martinianus quidam Praef. Urbi, & Praeſes Provinciae Norici Mediterranei floruit, cujus memoria in Inſcriptione Gruteriana extat pag. CCLXXXIII. num. 5. ubi ſic legitur:

D. N. FL. CONSTANTINO
CLEMENTISSIMO. ATQ. VICT. AUG.
MARTINIANUS. V. P. PRÆSES
PROVINC. NORICI MEDITERR.
D. N. M. EJUS.

Ante hunc Martinianum alter longè clarior vixerat, quem ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ ταξέων ὄντα (Μάγιςρον τῶν ὀφφικίων καλοῦσι Ῥωμαῖοι) *quum Ordinum Palatinorum Dux eſſet* (*Magiſtrum Officiorum Romani vocant*) Caeſarem Licinius creaverat, Zoſimo teſte Lib. II. Hiſt. At iſtum, Licinio profligato, Conſtantinus M. ſatellitibus ſuis occidendum tradidit. Praeterea ſub Valente, ac Valentiniano in Africa Martinianum alium, quem aliquo illuſtri munere ibi functum

arbi-

arbitror, Theodoſius Auguſtorum nomine interimendum juſſit. Sunt verba Ammiani Marcellini Lib. XXIX. Hiſt. *Per Caeſarienſis Mauritaniae oppida reverſus Theodoſius Sitiſim, Caſtorem, & Martinianum rapinarum, flagitiorumque Romani participes ad interitum tortos incendit*. Extant denique in Codice Theodoſiano tria Conſtantii Auguſti reſcripta ad Martinianum Africae Vicarium A. C. 358. miſſa L. 44. 45. & 46. C. de Decurion. Ad hunc Martinianum, dum alter ſit à nuper memorato, referenda eſſe Nazianzeni Carmina, conjicere poſſumus, quippe de illo infra canit Poëta:

> Δουρὶ δὲ Σικανίην κτήσαο, καὶ Λιβύην.
> *Armis verò Siciliam tenuiſti, atque Africam.*

Et quum extremam attigerit ſeneċtam, ad Gregorii noſtri clariora tempora procul dubio vixit. Quod igitur Nazianzenus nos docet, en paucis. Martinianus Cappadociam patriam habuit, aut ſaltem rexit; illum enim vocat Poëta Καππαδόκων μέγ' ἄεισμα, *Cappadocum magnum decus*, & infra *Cappadocem* apertè appellare videtur. Siciliam, atque Africam, ut ſupra ſignificavi, ſumma cum virtute, & aequitatis, ac armorum gloria moderatus eſt. Tandem felicem ad ſeneċtutem perduċto vitae curriculo, in Imperatoris aula diem ſupremum ſine morbo obiit. Reliquas ejus virtutes, ac laudes ſingillatim deſcriptas heic habes.

Πετρός ἀεὶ φοβέων. *Lapis ſemper terrens*. Praeter alia tormenta, quae coeca, & fabuloſa Ethnicorum gens Tantalo ad Inferos damnato affinxit, ſcilicet, ut Ovidius ait, quòd

> *Quaerat aquas in aquis, & poma fugacia captet,*

alterum veteres ſomniarunt, nempe quòd ejus capiti ingens immineret ſaxum, ſemper terribile, quia ſemper caſurum. Cicero Lib. IV. Tuſcul. Quaeſt. haec de illo habet: *Poëtae impendere apud Inferos ſaxum Tantalo faciunt ob ſcelera, animique impotentiam, & ſuperbiloquentiam*. Eamdem rem his quoque carminibus deſcribebat Lucretius:

> *Nec miſer impendens magnum timet aëre ſaxum*
> *Tantalus (ut fama 'ſt) caſſa formidine torpens.*

Et Eu-

Et Euripides fabulae hujus memoriam in Oreſte reliquit, ita canens:

> Διὸς πεφυκὼς (ὡς λέγουσιν) Τάνταλος
> Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον.
> *Natus, ut ferunt, Jove Tantalus*
> *Saxum timens, quod imminet capiti.*

Vide & apud Pindarum Ode VIII. lapidis hujus mentionem.

Τετρυμένων. *Vexatorum*. In Cod. Ambr. legitur τετριμμένων, corruptè procul dubio. Quare ſubſtitui meliorem vocem, quae bis occurrit in ejuſdem Nazianzeni Carmine de Vita ſua.

Ἄλλο.

Οὔρεά σοι, καὶ πόντος, ἀτάσθαλε, καὶ πεδίοισι
    Τέρπῃ πυροφόροις, τετραπόδων τ' ἀγέλαις.
Καὶ χρυσοῖο τάλαντα, καὶ ἄργυρος, εὐγενέες τε
    Λᾶες, καὶ Σηρῶν νήματα λεπταλέα,
Πάντα βίος ζώοισι. λίθοι δ' ὀλίγοι τε φίλοι τε
    Τοῖς φθιμένοις, σὺ δέ μοι κἀνθάδε χεῖρα φέρεις;
Οὐδέ σου αἰδόμενος, τλῆμον, τάφον ὅστις ὀλέσσει
    Ἄλλος, σοῖσι νόμοις, χερσὶ δικαιοτέραις.

ALIUD. IV.

Montes tibi ſunt, & pontus, improbe; & campis
    Frueris frugiferis, quadrupedumque gregibus:
Et auri talenta, ac argentum, nobileſque
    Lapides, & Serum tenuia fila,
Omnia viventibus vita ſuppeditat. Lapides verò pauci, & cari
    Sunt mortuis tantùm. At tu mihi & heic manum infers.
Tuum quoque ſepulcrum, o miſer, non veritus aliquis perdat
    Alius, legibus quidem tuis, ſed manibus juſtioribus.

NOTAE.

Cur geminis hiſce Epigrammatis Nazianzenus utatur, ut à Martiniani tumulo inimicas manus avertat, temporum illorum notitia prodit. Eò enim improborum impietas venerat, ut nulla ſepulcro-

pulcrorum haberetur religio. Quin tumuli evertebantur, eorumque è ſpoliis, ac marmoribus aſportatis lucrum ſibi nonnulli quaerebant. Hinc Imperator Conſtans contra ſepulcrorum violatores, quos Graeci *τυμβωρύχυς* appellabant, leges promulgavit A. C. 340. & 349. Conſtantius quoque Auguſtus, eumque imitatus Julianus, legibus latis perditae gentis audaciam compeſcuere. Has leges videre eſt in Codicibus Theodoſ. & Juſtinian. Tit. de Sepulcr. viol. Is autem honor apud veteres ſepulcris erat, qualis apud nos Chriſtianos, qui non animabus tantùm ad immortalitatem translatis, verum etiam oſſibus, ac cineribus pacem in terris optamus. Propterea in antiquis Inſcriptionibus hujuſmodi tumulorum confractoribus poenas, terrores, minaſque inflictas legimus. Unicam è ſchedis meis MSS. producam, quae Athenis ante annos 150. habebatur, deſcriptaque reperitur in egregio Codice Ambroſianae Bibliothecae.

ΠΑΡΑΔΙΔΩΜΙ ΤΟΙΣ ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣ ΘΕΟΙΣ
ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΗΡΩΟΝ ΦΥΛΑΣΣΕΙΝ
ΠΛΟΥΤΩΝΙ ΚΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΠΕΡΣΕΦΟΝΗΙ
ΚΑΙ ΕΡΥΝΥΣΙ ΚΑΙ ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣ ΘΕΟΙΣ
ΕΙ ΤΙΣ ΑΠΟΚΟΣΜΗΣΕΙ ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΗΡΩΟΝ
Η ΑΝΑΣΤΟΜΩΣΕΙ ΗΤΙ ΚΑΙ ΕΤΕΡΟΝ
ΜΕΤΑΚΙΝΗΣΕΙ Η ΑΥΤΟΣ Η ΔΙ ΑΛΛΟΥ
ΜΗ ΓΗΙ ΒΑΤΗΙ ΜΗ ΘΑΛΑΣΣΗΙ ΠΛΩΗΙ
ΑΛΛΑ ΕΚΡΙΖΩΘΗΣΕΤΑΙ ΠΑΝΓΕΝΕΙ
ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΚΑΚΟΙΣ ΠΕΙΡΑΝ ΔΩΣΕΙ ΚΑΙ ΦΡΙΚΗΙ
ΚΑΙ ΠΥΡΕΤΩΙ ΚΑΙ ΤΕΤΑΡΤΑΙΩΙ ΚΑΙ ΕΛΕΦΑΝΤΙ
ΚΑΙ ΟΣΑ ΚΑΚΑ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ΓΙΓΝΕΤΑΙ
ΤΑΥΤΑ ΓΕΝΕΣΤΩ ΤΩΙ ΤΟΛΜΗΣΑΝΤΙ
ΕΚ ΤΟΥΤΟΥ ΤΟΥ ΗΡΩΟΥ ΜΕΤΑΚΙΝΕΙΣΘΑΙ ΤΙ.

Quae ita Latinè reddidi. *Trado Inferis Diis hoc ſepulcrum cuſtodiendum, Plutoni, Cereri, Proſerpinae, & Furiis, & omnibus Inferis Diis. Si quis ſpoliaverit hoc ſepulcrum, vel aperiet, vel etiam aliquid aliud dimovebit, vel ipſe, vel per alium: neque terra incedat, neque mari naviget* (Graeca verba heic eſſe corrupta ſuſpicor. Ego ſcripſi *πλώη* pro *πλωτῇ*, quod erat in Cod. MS. ut aliquis eſſet ſenſus) *ſed eradicabitur funditus, omnibus malis occupabitur, & horrore, & f.bri, & quartana, & elephantiaſi. Et quaecumque mala hominibus accidunt, ea eveniant illi, qui auſus fuerit aliquid ex*

hoc

hoc ſepulcro amovere. Horum ſimilia apud Gruterum invenias, apud Jo: Kirchmannum de funer. Roman. Lib. III. Cap. XXVI. Gothofredum in Comment. ad Cod. Theod. Spondanum Lib. I. Part. I. Cap. IX. de Coemet. ſacris, ut alios omittam.

Οὐδέ σου. *Neque tuum &c.* Ut ſenſum verba haberent, ita haec vertenda duxi. In Codice Mediceo pro ὅςις ὀλέσσειν habetur ὅν τις ὀλέσσει. In Ambroſiano erat ὀλεῖν. Senſus autem foret, confractori ſepulcrorum ne proprium quidem ſepulcrum curae eſſe; nam & alius aliquis exemplo uſus in iſtud quoque irruet, ſed aequius.

Ἄλλο.

ΗΝίκα Μαρτινιανὸς ἔδυ χθόνα μητέρα πάντων,
Πᾶσα μὲν Αὐσονίων ἐςονάχησε πόλις.
Πᾶσα δὲ Σικανίη τε, καὶ εὐρέα πείρατα γαίης
Κείρατ', ἀπ' ἀνθρώπων οἰχομένης Θέμιδος.
Ἡμεῖς δ' ἀντίου σεῖο τάφον μέγαν ἀμφιέποντες
Αἰὲν ἐπερχομένοις δείξομεν ὥς τι σέβας.

ALIUD V.

QUando Martinianus terram ſubiit omnium parentem;
Omnis quidem Italorum ingemuit Civitas.
Univerſa verò Sicilia, & ſpatioſi fines terrae
Detonſi ſunt, ab hominibus diſcedente Themide.
Nos autem, loco tui, ſepulcrum magnum complectentes
Semper advenientibus ut quid ſacrum oſtendemus.

NOTAE.

Κείρατο. *Detonſi ſunt*. Poëticâ elegantiâ Siciliam univerſam, terraeque fines Detonſos Theologus dicit, ut Siculos, caeteroſque homines ſignificet Detonſos ob Martiniani mortem, quocum Juſtitia, ſeu Themis è mundo diſceſſiſſe fingitur. Tonderi autem in luctu mos veteribus fuit, quo ritu internus animi moeror oſtendebatur. De hoc ritu loquitur Herodotus Lib. II. Hiſt. ita ſcribens: Τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι νόμος ἅμα κήδει κεκάρθαι τὰς κεφαλὰς τῶν μάλιςα ἰκνέεται. *Apud caeteros homines more receptum eſt, ut in luctu ſtatim capita radantur, eorumque potiſſimum, ad quos luctus jure per-*

re pertinebat. Nunciatâ quoque Germanici morte, *Regulos quoſdam barbam poſuiſſe ad indicium maximi luctus*, auctor eſt Svetonius in Caligula. Hinc Aegyptii hujus moris obſervantiſſimi, ut luctum ſuum propter Oſiridis mortem teſtarentur, quotannis ſtatuto die radebant capita, uti Julius Firmicus narrat. Mentionem quoque de crinium tonſura in moeſtitiae ſignum fecere Xenophon Lib. I. ἑλληνικῶν, Theocritus in Epitaphio Adonidis, Athenaeus Lib. XV. Aelianus Lib. VII. Cap. VIII. Seneca Lib. V. de Benef. Cap. VI. Aſtrampſychus in ſenariis onirocriticis, Iſocrates, & alii.

Ἀμφιέποντες. *Complectentes*. Ita ſcripſi, quum in Ambr. Cod. legeretur ἀμφιέπονται.

Δείξομεν. *Oſtendemus*. In eodem Codice ſcriptum eſt δώσομεν, quod nullum praebet commodum ſenſum. Quare aliud verbum ſubſtituendum cenſui.

Ἄλλο.

ΟΙ' Χριςὸν φορέοντες ἀκύσατε, οἵ τε θέμιςας
Εἰδότες ἡμερίον καὶ φθιμένον ὀςίην
Πάντα λίπον, βασίλεια, πάτρην, γένος, εὖχος, ὑπάρχων
Αἶ αἶ πᾶσιν, ὅμως νῦν κόνις εἰμ᾽ ὀλίγη,
Μαρτινιανὸς πᾶσι τετιμένος, ἀλλ᾽ ἐπὶ τύμβῳ
Βάλλειν ἡμετέρῳ δάκρυα, μὴ παλάμας.

ALIUD. VI.

QUi Chriſtum fertis, audite, quique jura
Noviſtis vivorum, & mortuis debitam reverentiam.
Omnia reliqui, Palatia, patriam, genus, gloriam, imperans
Heu heu omnibus, nihilominus nunc ſum cinis exiguus
Martinianus cunctis honoratus. Sed tumulo
Noſtro lacrymas, non manus, injicite.

NOTAE.

ΟΙ' Χριςὸν φορέοντες. *Qui Chriſtum fertis*. Quum interdum Nazianzenus hoc nomine Sacerdotes ſignificet, ſaepius tamen Chriſtianos omnes intelligit, idque heic voluiſſe mihi videtur.

Ὑπάρχων. *Imperans*. Commodè etiam cum εὖχος conjungi poterat hoc verbum, ut eſſet ſenſus *gloriam Praefectorum*. Certe infra Martinianus appellatur κάρτος ὑπάρχων, *robur Praefectorum*.

Βάλλειν. *Injicite*. Pro βάλλετε uſurpatum reor, quod interdum Poetae faciunt. Senſus autem hic eſt. Lacrymis quidem ſepulcrum noſtrum ſpargite: hoc decet. Ne verò manus inſerte, nam hoc impium. Epigramma eò tendit, ut miſericordiam, timoremque mortis, tumulorum effractoribus incutiat.

Ἄλλο.

ΜΟΥσοπόλον, ῥητῆρα, δικασπόλον, ἄκρον ἅπαντα,
Τύμβος ὅδ' εὐγενέτην Μαρτινιανὸν ἔχω,
Ναύμαχον ἐν πελάγεσσιν, ἀρήϊαν ἐν πεδίοισιν.
Ἀλλ' ἀποτῆλε τάφυ, πρίν τι κακὸν παθέειν.

ALIUD. VII.

POëtam, Rhetorem, Judicem, ſummum in omnibus,
Tumulus, quem videtis, Martinianum teneo,
Navali praelio aptum in mari, bellicoſum in terris.
Quare procul eſte à tumulo, ne quid mali patiamini.

Ἄλλο.

ΜΗ' πόλεμον φθιμένοισι (ἅλις ζώοντες ἀλιτροὶ)
Μὴ πόλεμον φθιμένοις Μαρτινιανὸς ἐγώ,
Πᾶσι τάδε ζωοῖς ἐπιτέλλομαι: ὐ θέμις ἐςὶ
Τῶν ὀλίγων φθονέειν τοῖς φθιμένοισι λίθων.

ALIUD. VIII.

NE bellum mortuis infer (ſat impiorum vivit) quibus ſcilicet inferas bellum.
Ne, inquam, bellum infer mortuis. Martinianus ego
Haec iis, qui ſuperſunt, mando: nefas eſt
Exiguos lapides mortuis invidere.

NQ:

NOTAE.

MH' πόλεμον. *Non bellum*. Subaudio πεποίηκα, nempe: *non bellum mortuis intuli, movi*. Quae ait, ut violatores à ſepulcris arceat, exemplo ſui. Pro ἐγὼ legi poſſet ἔχω. Poſſet etiam ſubintelligi ποιεῖτε, hoc eſt, *ne inferte bellum*. *Ego ſum Martinianus*. Pro πᾶσι τάδε Cod. Med. habet ταῦτα πᾶσι.

Ἄλλο.

Ὦ Θέμι, τῇ πολίων πότ' ἐγὼ νώμησα τάλαντα,
Ὦ φοβεραὶ ψυχῶν μάστιγες ὐχ ὁσίων:
Οὗτος ἐμοῖσι λίθοισι φέρει στονόεντα σίδηρον,
Οὗτος ἐμοί: φεῦ φεῦ: πῦ δὲ λίθος Σισύφυ;

ALIUD. IX.

O Themis, qua Duce olim ego Urbiùm agitavi lances,
O terribilia impiarum animarum flagella:
Iſte in meos lapides fert lacrymabile ferrum.
Iſte in me. Heu, heu. Ubi nunc lapis Siſyphi?

NOTAE.

VEnuſtiſſimam heic habes Proſopopoejam contra ſepulcrorum violatores. Poſtquam omnia Inferorum, Themidiſque flagella invocavit: *en*, inquit, *hic tumulo meo bellum ferro armatus infert*. *Hic*, *inquam*, *perditus homo in me graſſatur*, *heu heu*. *Ubinam Siſyphi lapis nunc eſt? Cur in hunc impium non ruit?* Pro πολίων in Cod. Med. legitur πολλῶν *multorum*, quod minus audax videri poteſt. Tria verò ſuperiora Epigrammata unum tantummodo conſtituebant in Ambr. Cod. Dividere placuit; ſenſus enim in ſingulis completus.

Ἄλλο.

Ὄλβιος, εὐγήρως, ἄνοσος θάνον, ἐν Βασιλῆος
Πρῶτα φέρων, ἱερῆς ἄκρον ἔχων σοφίης.
Εἴ τινα Μαρτινιανὸν ἀκὐετε, ἀλλ' ἀπὸ τύμβυ
Μηδὲ φέρειν ἐπ' ἐμοῖ δυσμενέας παλάμας.

A L I U D. X.

BEatus, in ſenectute felici, ſine morbo deſii vivere, in Aula
Primas ferens, ſacrae culmen habens Sapientiae.
Si fortè quemdam audiſtis Martinianum, ſed à ſepulcro,
Ne contra me inferte hoſtiles manus.

N O T A E.

EN Βασιλῆος. Ideſt αὐλῇ Βασιλῆος. *in Aula Imperatoris*. Hoc elegantius in Cod. Med. quàm in Ambroſiano, ubi legitur ἐν Βασιλέιοις.

Ἀκούετε. *Audiſtis*. Et heic ſequutus ſum Codicem Mediceum. Hoc autem pro ἠκούετε poſitum eſt. In Ambr. Cod. ſcriptum eſt ἀκούσατε, quae vox etiam occurrit alibi. In utraque tamen voce eſt aliqua licentia contra leges Proſodiae.

Ἄλλο.

ΧΑ'ζεο, χάζεο τῆλε: κακὸν τὸν ἄεθλον ἐγείρεις,
Λᾶας ἀνοχλίζων, καὶ τάφον ἡμέτερον,
Χάζεο. Μαρτινιανὸς ἐγὼ καὶ ζῶσιν ὄνειαρ,
Καὶ νέκυς οὐκ ὀλίγον ἐνθάδε κάρτος ἔχο.

A L I U D. XI.

DIſcede, diſcede procul hinc: malum certamen excitas,
Lapides ſubmovens, noſtrumque tumulum.
Diſcede. Martinianus ego & vivis utilitatem tuli,
Et mortuus non exiguas heic vires habeo.

Ἄλλο.

ΚΑππαδόκων μέγ' ἄεισμα φαάντατε Μαρτινιανέ,
Σεῖο, βροτῶν γενεὴ, καὶ τάφον αἰδόμεθα.
Ὅς ποτ' ἔης Βασιλῆος ἐν ἕρκεσι κάρτος ὑπάρχων,
Δουρὶ δὲ Σικανίην κτήσαο, καὶ Λιβύην.

ALIUD.

ALIUD. XII.

CAppadocum magnum decus, ſplendidiſſime Martiniane,
Tuum quoque tumulum nos mortalium genus veneramur.
Qui quondam Imperatoris in arcibus robur Praefectorum eras,
Armis verò Siciliam tenuiſti, atque Africam.

NOTAE.

HOc Epigramma à ſuperiori ſejungendum eſſe monuit MS. Codex, appoſitâ de more lineâ. Caeterum nihil aliud eſſe videtur, quàm reſponſio ad ſuperiores verſus per dialogiſmum. Ibi Martinianus loquens inducitur, ut ſepulcrorum violatores abſterreat. Heic ii reſpondent. Sed commodiſſimè ſtat, ac ſonat unum ſine altero. Ex his autem diſcimus, Martinianum Africae, & Siciliae Vicarium fuiſſe. *χάρτος ὑπάρχων* poſſis etiam interpretari *robur Legatorum*, ſeu *vices Imperatoris in exercitu gerentium.*

Ἄλλο.

Ὄμνυμεν ἀθανάτοιο Θεοῦ κράτος ὑψιμέδοντος,
Καὶ ψυχὰς νεκύων, κύδιμε, σὴν τε κόνιν:
Μή ποτε, Μαρτινιανὲ, τεοῖς ἔπι χεῖρας ἐνεγκεῖν
Στήλῃ καὶ τύμβῳ, οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἱεροῖς.

ALIUD. XIII.

JUramus per immortalis Dei potentiam altè regnantis;
Mortuorumque animas, tuumque cinerem, o glorioſe;
Numquam nos, Martiniane, tuis manus illaturos
Columnae, ac tumulo: neque enim ſacris.

NOTAE.

ΣΤήλη. *Columnae*. Hoc nomine etiam arbitror ſignificari cippos: Columnis tamen exornari quoque ſolebant mortuorum monumenta, non aevo ſolum Nazianzeni, ſed etiam Plinii ſenioris, & Ciceronis, ut is Lib. VI. Cap. XXVIII. Hiſt. Nat. hic verò Lib.

V. Tu-

V. Tuſcul. & Lib. II. de Legib. ſcripſere. Imo & de iſtis ſepulcralibus Columnis mentionem Theocritus facit in Dioſcuris prope finem. Hinc Servius in XI. Aeneïd. ait: *Apud majores, nobiles aut ſub montibus altis, aut in ipſis montibus ſepeliebantur, unde natum eſt, ut ſuper cadavera pyramides fierent, aut ingentes collocarentur Columnae* (*). Caſſiodorus quoque Lib. VI. Variar. Epiſt. VIII. in formula Comit. rer. privat. haec habet: *Ne quis veſtita marmoribus ſepulcra nudaret, ne quis Columnarum decorem irreligioſa temeritate dimovere praeſumeret.* Videndus & C. V. Johannes Vignolius in Diſſert. de Columna Antonini Pii Cap. IV. Patet igitur, cur non ſemel harum Columnarum Poëta noſter mentionem injiciat. Leges etiam nonnullae Codicis Theodoſiani, & Paulus in 1. Sent. Tit. de ſepulcris, aliique hujus rei fidem faciunt. Tu horum ſepulcrorum aliquot ἔκτυπα videas apud Aringhum Lib. II. Cap. X. Romae ſubterr.

Οὐδὲ γὰρ ȣ̓δ' ἱεροῖς. *Neque enim ſacris.* Subintellige *manus inferendae ſunt*, aut *inferimus*, aut *umquam intulimus*. Perinde enim, ajunt, eſt tuo tumulo manus inferre, ac rebus ſacris. Manes enim tuos, tuumque ſepulcrum rem ſacram arbitramur.

Ἄλλο.

Ῥώμη, καὶ Βασιλῆες ἐμοὶ, καὶ πείρατα γαίης
    Στῆλαι Μαρτινιανῷ, τὰς χρόνος ȣ̓ δαμάσει.
Ἀλλ' ἔμπης ὀλίγῳ πριδείδια, μή τι πάτησο,
    Τῷδε τάφῳ: πολλῶν ȣ̓χ ὁσίαι παλάμαι.

ALIUD XIV.

Roma, & mei Reges, & fines terrae
    Monumenta ſunt Martiniano, quae tempus non tollet.
Sed tamen exiguo huic valde timeo, ne quid patiatur,
    Sepulcro. Multorum non ſanctae manus.

NO-

(*) Servii locum amanuenſium forte oſcitantia corruptum, ita ad veteris textus fidem reſtituendum rati ſumus: *Apud majores, nobiles aut ſub montibus, aut in domibus ſepeliebantur; unde natum eſt, ut ſuper cadavera aut pyramides fierent, aut ingentes locarentur columnae.*

NOTAE.

BAσιλῆες. *Reges*. Nomine Regum quinam Imperatores heic deſignentur, incertum. Valentinianos tamen, & Valentem Auguſtos ſignificari, temporum habita ratione, conjicio.

Στῆλαι. *Monumenta*, ſeu *columnae*. MS. Ambr. habet ςήλη. Ego ςῆλαι ſcripſi, quum ſequatur τὰς plurali numero. Similem autem loquendi formam uſurpat Nazianzenus in Oratione X. de funere Caeſarii fratris, ubi ait: *Omnis Orientalis, & Occidentalis ora, & denique omnes eae regiones, quas poſtea peragravit, inſignes ipſius doctrinae Columnae ſunt, ac monumenta.* ἐπίσημοι ςῆλαι τῆς ἐκείνου παιδεύσεως. Caeterum in ſecundo verſu pes videtur ſuperfluere. Fortaſſe ſcribendum: ςῆλαι Μαρτινιαν͂ ἃς χρόνος &c. πάτησο. Ita MS. Codex Ambroſ. MS. Mediceus πάθήςη. Sphalma eſt utrobique, & forte legendum, μήτι πάθητο, vel πάθοιτο, aut πάθοιγε.

Πολλῶν. *Multorum non ſanctae manus*. Hoc eſt, multi ſunt impii; quare timeo ſepulcro huic. Mihi fixit crucem Codex Ambr. ubi ſcriptum eſt πολλῳ: Mediceus emendationem me docuit.

Ἄλλο.

MΑρτινιανῦ σῆμα μεγακλέος, εἰ τίν ἀκύεις,
Καππαδόκων Ῥώμης πρόθρονον εὐγενέων,
Παντοίαις ἀρετῆσι κεκασμένου: ἀλλὰ κόνιν περ
Ἀζόμενοι, ςήλην καὶ τάφον ἀμφιέπειν.

ALIUD. XV.

MArtiniani monumentum inclyti, ſi forte quem audis
Cappadocum Romae nobilium Praeſidem,
Omnigenis ornatum virtutibus. Attamen, cinerem licet,
Venerantes, ejus cippum, ac tumulum complectamini.

NOTAE.

ΠΡόθρονον. *Praeſidem*. Ex his verbis Martinianus Magiſtratum quempiam Romae geſſiſſe videtur, aut ſolum ſignificatur praelatus Romanis nobilibus.

Ἀζόμε-

Ἀζόμενοι. *Venerantes* MS. Ambr. habet ἐξόμενοι. Aptiorem vocem ego ex conjectura ſubſtitui, ut melior verbis eſſet ſenſus.

Ἀμφιέπειν. *Complectamini*. Heic eſt infinitivus pro imperativo: Sive ſubintelligitur ὀφείλετε, aut κελέυω, vel quid ſimile. Exempla apud ipſum Nazianzenum paſſim obvia.

Ἄλλο.

ΟΥ̓ ποτ' ἐγὼ φθιμένοισιν ἐπέχραον, ἐδ' ἀπὸ τύμβων
Ἔργον ἔγειρα; δίκην ὄμνυμι, καὶ φθιμένες.
Τἔνεκα μηδ' ἐπ' ἐμοῖσι φέρειν λάεσσι σίδηρον:
Εἰ δὲ φέροις, τὴν σὴν ἐς κεφαλὴν πεσέτω.
Μαρτινιανὸς ἐγὼ τάδε λίσσομαι. εἴτις ἐμεῖο
Κύδεός ἐςι χάρις, τύμβος ἀεὶ μενέτω.

ALIUD. XVI.

NUmquam ego cum mortuis luctatus ſum, neque de tumulis
Lucrum feci: Juſtitiam juro, & mortuos.
Propterea ne ferrum in meos lapides infer;
Sin autem inferas, tuum in caput cadat.
Martinianus ego haec rogo. Si qua meae
Gloriae eſt gratia, ſepulcrum ſemper maneat.

NOTAE.

ἜΡγον ἔγειρα. ***Lucrum feci***. Quod ſupra ſignificavimus, ſepulcra unius lucri cauſſa conſuevere violari; marmorum enim, ac ornamentorum pondus magno nonnumquam conſtabat: Quare Conſtantius Auguſtus A. C. 357. huc reſpexit L. III. C. Theodoſ. de ſepulcr. violatis. *Quoſdam*, ait, *lucri nimium cupidos ſepulcra ſubvertere, & ſubſtantiam fabricandi cauſſa ad proprias aedes transferre. Hi detecto ſcelere animadverſionem priſcis legibus definitam ſubire debebunt*. Item in ſequenti Lege idem Auguſtus haec habet: *Si quis de ſepulcro abſtulerit ſaxa, vel marmora, vel columnas, aliamve quamcumque materiam fabricae gratia, ſive id fecerit venditurus, decem pondo auri cogatur inferre Fiſco &c.*

Eis

Εἰς Λιβίαν.

Εἷς δόμος, ἀλλ' ὑπένερθε τάφος, καθύπερθε δὲ σηκός:
Τύμβος δειμαμένοις, σηκὸς ἀεθλοφόροις.
Καίρ' οἱ μὲν γλυκερὴν ἤδη κόνιν ἀμφιβάλοντο.
Ὡς σὺ μάκαιρα δάμαρ Ἀμφιλόχου Λιβίη,
Κάλλιμέ θ' υἱήων Εὐφήμιε. τοὺς δ' ὑπόδεχθε,
Μάρτυρες ἀτρεκίης, τοὺς ἔτι λειπομένους.

In Liviam. XVII.

UNa domus, ſed inferiori parte ſepulcrum, ſuperiori Templum:
Tumulus iis, qui aedificarunt, Templum Martyribus.
Et illi quidem dulci jam pulvere conteɛti,
Uti & tu beata Amphilochii uxor Livia,
Et tu filiorum pulcherrime Euphemi. Suſcipite autem,
O veritatis Teſtes, eos, qui adhuc ſuperſunt.

NOTAE.

AMphilochii uxor Livia fuit, eique filios aliquot è thalamo ſuo procreavit. Ex his Euphemius unus, Amphilochius alter appellati. Illum quoque fatis functum Gregorius carmine laudavit, uti infra videbis. Sed quis Amphilochius maritus fuit? Ne celebrem Iconii Epiſcopum ſuſpicere; ſed illum, quem funebri Carmine infra Nazianzenus exornat. Ibi de hoc viro nobis erit ſermo. Caeterum Liviae ſingularem formam, virtuteſque eleganter commendatas infra habebis. Non *Libiam*, quod eſt in Graeco, ſed *Liviam* nomen fuiſſe mulieri arbitror. Graecis enim in more fuit V conſonans Latinum reddere per B, ut Βαλέριος, Βῆρος, *Valerius*, *Verus*, *&c.*

Καθύπερθε δὲ σηκός. *Superiori verò Templum.* Particulam δὲ interpoſui, ut claudicantem verſum ſibi reſtituerem, aberat enim à Codice MS. Quidnam verò heic ſignificare Gregorius voluerit, non omnes confeſtim intelligant. Germanum ſenſum ego hunc eſſe arbitror. Ut Differt. XVII. ad S. Paulini Poëmata Tom. I. Anecdot. (*) animadverti, antiquis etiam Chriſtianis familiare fuit, mortuorum cadavera ſacris inferre Templis, ibique prope Martyrum tumulos eo-

(*) Tom. XI. P. I.

rum oſſa componere. Quam rem fuſiùs pertractatam iterum invenies nova diſquiſitione in hoc eodem Libro legenda. Non igitur malè me opinari credam, ſi Liviae corpus in aliqua Martyrum Baſilica tumulo mandatum pronunciem. Templo ſuperior aedificii pars inſerviebat, inferior ſepulcro. In illo *ἀεθλόφοροι*, ideſt *victores*, ſive *palmam*, *&* *praemium reportantes* (quo nomine SS. Martyres donabantur) quieſcebant; in hoc *δειμάμενοι*, hoc eſt *ii*, *qui* Templum *aedificarunt*, ſive *aedificandum curarunt*. Infra in Carmine de Nicomede Gregorius eodem ſenſu vocabulum iſtud uſurpat. Sacrificium autem incruentum quotannis ſaltem ſolebat offerri pro defunctis eo in loco, ubi ipſorum oſſa condebantur. Quapropter idem Nazianzenus in Orat. X. poſtquam Caeſario fratri ſupremis honoribus parentaſſet, haec addidit: *Καὶ τὰ μὲν ἀποδεδώκαμεν, τὰ δὲ δώσομεν. τὰς δὲ ἔτους προσφέροντες τιμάς τε, καὶ μνήμας, οἵγε τῷ βίῳ περιλειπόμενοι*. *Et haec quidem perſolvimus*, *alia verò dabimus*, *anniverſarios honores & commemorationes offerentes*, *ii quidem certè*, *qui ſuperſtites erunt*. Atque huc pertinere arbitror S. Ambroſii verba Lib. VII. Expoſ. in Lucae Cap. IX. Ait ille: *Eſt & illa Prophetica oblatio*, *ut ſupra ſepulcra majorum quaedam ponamus*, *quae Lector agnoſcit*, *Infidelis intelligere non debet; non quod cibus imperetur*, *aut potus*, *ſed ſacrae oblationis veneranda communio reveletur*. Quibus verbis ſacroſanctum Miſſae Sacrificium deſignari, quod ſuper Chriſtianorum ſepulcra peragebatur, facilè intelligas. Adeo tremendum Myſterium Lectoribus tantùm, ſcilicet Chriſtianis, non Infidelibus, cognitum, atque intellectum, ex diſciplina arcani ajebat S. Ambroſius.

Καίῤ οἱ μὲν. *Et illi quidem*. Accipio *καὶῤ pro καὶ*, & *ῥα* conjunctione expletiva. Deſignantur autem ii, qui aedificarunt Templum, atque ibidem ſepulcrum invenerant apud SS. Martyres unà cum Livia, & ejus filio Euphemio. *Ἀμφεβάλοντο* habet Cod. Med.

Εὐφήμιε. *Euphemi*. Hic ille idem eſt adoleſcens, quem è vivis ſublatum ſequentibus Carminibus Gregorius laudavit. Matri ſuperſtitem non fuiſſe, ex his conjicere licet.

Τοὺς δ' ὑποδέχθε. *Hos autem ſuſcipite*. Ita ſcripſi fidem ſequutus Codicis Medicei, quum in Ambroſiano habeatur *ὑποδέχθη*. Rogat autem Sanctos Martyres, ut eos etiam, qui ſuperſunt, ſinu ſuo excipiant. Quod ſi in altero verſu legere placeret, *τοὺς δ' ἔτι λειπομένους*, Poëta Martyres, ſive *Teſtes veritatis* rogaret, ut non ſolum mortuos apud ſe contumulatos, ſed etiam ſuperſtites aliquando ſuſciperent.

Ἀλλ.

Digitized by Google

Ἄλλο.

Ὤφελες, ὦ Λιβία, ζώειν τεκέεσσι φίλοισιν,
  Ὤφελες ἄχρι πύλαις γήραος ἐμπελάσαι.
Νῦν δέ σε μοῖρ' ἐδάμασσεν ἀώριον εἰσέτι καλὴν,
  Εἰσέτι κυριδίοις ἄνθεσι λαμπομένην.
Αἶ αἶ Ἀμφίλοχος δὲ τεὸς πόσις ἀντὶ δάμαρτος
  Ἐσθλῆς καὶ πινυτῆς τλήμονα τύμβον ἔχει.

ALIUD. XVIII.

Utinam viveres, ò Livia, dilectis cum natis,
  Utinam uſque ad portas ſenectae perveniſſes.
Nunc verò te mors rapuit immaturam, adhuc formoſam,
  Adhuc juvenili flore coruſcam.
Heu, heu. Amphilochius verò tuus conjux pro uxore
  Egregia, prudentique infelicem urnam habet.

NOTAE.

Αἶ αἶ Ἀμφίλοχος. *Heu, heu Amphilochius &c.* Venuſtiſſimus ſanè ſenſus, cui ſimilem apud Lucanum invenio Lib. IX. ubi Cornelia Pompeji conjugis ſui mortem deplorans

Perfruitur lacrymis, & amat pro conjuge luctum.

Sanctus Auguſtinus Lib. IV. Cap. V. & ſequ. Confeſſ. minimè diverſa de morte cujuſdam amici ſui ſcripſit.

Ἄλλο.

Αἶ αἶ καὶ Λιβίαν κατέχει κόνις. Οὔποτ' ἐγώγε
  Ὠϊσάμην θνητὴν ἔμμεναι, εἰσορόων
Εἶδος, μειλιχίην τε, σαοφροσύνην τε γυναικὸς,
  Τοῖς φῦλον πάντων καίνυτο θηλυτέρων.
Τοὔνεκα καὶ τοίῳ σε τάφῳ κύδηνε θανοῦσαν
  Σῶν τε τριὰς τεκέων, καὶ πόσις Ἀμφίλοχος.

ALIUD. XIX.

HEu, heu. Et Liviam detinet pulvis. Numquam ego
Putavi mortalem eſſe, quum inſpicerem
Formam, & manſuetudinem, & pudicitiam mulieris,
Queis omnium faeminarum genus ſuperavit.
Propterea te quoque tali tumulo extinctam illuſtravit
Tuorum filiorum trias, & maritus Amphilochius.

Εἰς Εὐφήμιον,

ΗΝ δυὰς, ἣν ἱερὴ, ψυχὴ μία, σώματα δισσὰ,
Πάντα κασιγνήτω, αἷμα, κλέος, σοφίην,
Υἷεες Ἀμφιλόχου Εὐφήμιος, Ἀμφίλοχός τε,
Πᾶσιν Καππαδόκαις ἀστέρες ἐκφανέες.
Δεινὸν δ' ἀμφοτέρους φθόνος ἔδρακε, τὸν μὲν ἄμερσε
Ζωῆς, τὸν δ' ἔλιπεν ἥμισυν Ἀμφιλόχου.

In Euphemium. XX.

ERat binarius, erat ſacer, anima una, corpora gemina,
In omnibus fratres, ſanguine, gloria, ſapientia,
Filii Amphilochii Euphemius, & Amphilochius,
Omnibus Cappadocibus aſtra ſplendentia.
Utrumque autem torvè aſpexit fatum invidum. Et hunc quidem
Suſtulit, illum reliquit dimidium Amphilochii.

NOTAE

LIviae, de qua egimus, & Amphilochii, de quo nobis infra ſermo erit, filius; Amphilochii verò alterius frater fuit Euphemius, cujus mortem elegantibus hiſce Carminibus Poëta noſter illuſtrat. Rhetorices, Muſiceſque ſtudiis imbutus, Graecis, Latiniſque literis eruditus, dum ſe ad nuptias parat, viginti tantùm annos natus vivere deſinit. Ejus mentionem habes in Epiſt. CXIV. Nazianzeni ipſius ad Theodorum, cujus filiam Euphemio uxorem tradendam Gregorius ſignificat. Illum autem appellat *γλυκύτατον υἱὸν ἡμῶν Εὐφήμιον*, *dulciſſimum filium noſtrum Euphemium*. Idem repetit in

Epiſt.

Epiſt. CXLIX. ad Alypium; diverſos enim illos eſſe Euphemios minimè reor. Quod ſupereſt, multa Carminibus iſtis elegantia ineſt, atque venuſtas.

Ἦν δυάς. *Erat binarius*. Ut amorem, qui inter Euphemium, & Amphilochium juniorem intercedebat, Poëta noſter explicet, animam unam in duobus vixiſſe corporibus ingenioſè fingit.

Φθόνος ἔδρακε. *Fatum invidum aſpexit*. Cod. Med. habet ἔδραξε hoc eſt *graviter utroſque affecit*. De vocabulo φθόνος, quo ſaepè uſus eſt in hiſce Carminibus Gregorius, infra agetur.

Ἥμισυ. *Dimidium*. Mortuo Euphemio, quem unicè Amphilochius frater amabat, dimidium Amphilochii ſupervixiſſe Gregorius ait, quippe una in utriſque erat anima. Hoc eſt, non integer, ſed dimidiatus, ut ita dicam, ſublato Euphemio, ſuperfuit Amphilochius. Haec autem loquendi ratio ab antiquioribus uſurpata. Horatius Virgilio naviganti ſecundos ventos precatus Lib. I. Carm. Od. III. ita canit.

Navis, quae tibi creditum
Debes Virgilium finibus Atticis,
Reddas incolumem, precor,
Et ſerves animae dimidium meae.

S. Auguſtinus Lib. IV. Cap. VI. Confeſs. Amici cujuſdam ſui mortem his verbis deplorat: *Bene quidam dixit de amico ſuo: dimidium animae meae. Nam ego ſenſi animam meam, & animam illius unam fuiſſe animam in duobus corporibus; & ideo mihi horrori erat vita, quia nolebam dimidius vivere*. Pythagoras autem dicere ſolebat, amicitiam aequalitatem eſſe, & eamdem animam; & amicum, alterum ipſum. Ariſtoteles quoque auctor eſt, quoties perfectum amicum vocare volumus, dici: *una anima & mea, & hujus*. Juvat etiam addere illud Regum I. Cap. XVIII. ubi dicitur: *Anima Jonathae conglutinata eſt animae David, & dilexit eum Jonathas quaſi animam ſuam.*

Ἄλλο.

Ῥήτωρ ἐν ῥητῆρσιν, ἀοιδοπόλος τ᾽ ἐν ἀοιδοῖς,
Κῦδος ἑῆς πάτρης, κῦδος ἑῶν τοκέων,
Ἄρτι γενειάσκων Εὐφήμιος, ἄρτι δ᾽ ἔρωτας
Ἐς θαλάμους καλέων, ὤλετο: φεῦ παθέων.

Ἀ'ντι δὲ παρθενικῆς τύμβον λάχεν: ἡ δ' ὑμεναίων
Ἤματα νυμφιδίων ἦμαρ ἐπῆλθε γόων.

ALIUD. XXI.

RHetor inter Rhetores, Cantorque inter Cantores,
Suae decus patriae, ſuorum gloria parentum,
Nuper pubeſcens Euphemius, nuperque Amores
Ad thalamos invitans, periit: Proh dolor.
Pro virgine verò tumulum invenit; & Hymenaeorum
Diebus ſponſalium, dies ſupervenit luctus.

NOTAE.

IN priori verſu fidem ſequutus Codicis Medicei addidi conjunctionem τὲ, quae deerat in Ambroſiano. In quinto etiam, & ſexto longè potior mihi viſa eſt Medicei lectio, quum in noſtro habeatur: ἡ ἐς δ' ὑμεναίων ῥήματα.

Ἄλλο.

EἸκοσετὴς πᾶσαν Εὐφήμιος, ὡς μίαν ὄτις,
Ἑλλάδα, κ' Αὐσονίην Μοῦσαν ἐφιπτάμενος;
Στράπτων ἀγλαΐῃ τε, καὶ ἤθεσιν, ἦλθ' ὑπὸ γαίην.
Αἶ αἶ: τῶν ἀγαθῶν ὡς φθόνος ὠκύτερος!

ALIUD. XXII.

VIginti annos natus Euphemius univerſam, quod nemo alius fecit,
Graecam, Latinamque Muſam pervolans,
Splendens & gratia, & moribus, humo traditus eſt.
Heu, heu. Quàm ſubita eſt bonorum Invidia!

NOTAE.

PRiorum verſuum hujuſmodi eſt ſenſus. Admiratione dignus fuit Euphemius, qui annos natus viginti elegantia Carmina tum Graecè, tum Latinè pangeret, quo tempore vix alii tantum poſſunt in una Lingua. In tertio verſu pro γαίην Cod. Med. legit γαίαν.

Φθόνος.

Φθόνος. *Invidia*. Inquit Poeta: oh quàm cito Invidia, ſive fatum invidum rapit homines bonos, ac juſtos! In Ambroſiano Codice legebatur *μόνος*. At reſtituendum *φθόνος* monebat ſenſus, & conſuetudo Nazianzeni, qui ſaepe alibi, & in hiſce etiam Carminibus, ea utitur voce, ut *Invidiam*, ſive *fatum invidum* ſignificet. Supra quoque memorata ab ipſo fuit *φθονερὴ μοῖρα*, quod idem ſonat. Qua in re notandum eſt, inter alias opiniones maleſanae vetuſtatis hanc etiam tranſiiſſe ad Poëtas, & Scriptores Chriſtianos, qua Gentiles *Invidiae* Deorum omnia ſua infortunia tribuebant, quemadmodum & *Fato invido*. Hinc eſt, quod Theologus tum in ſuis Carminibus, tum in Orationibus, atque Epiſtolis mortes carorum ſuorum, & omnia adverſa, accepta fert *τῷ φθόνῳ*. Quod quamquam interpretari poſſimus *Diaboli invidiam*, fateri tamen cogimur, virum ſanctum, quum probè ſentiret, minus probam loquutionem uſurpaſſe. Eſt locus Caſauboni in S. Gregorii Nyſſeni Epiſtolam ad Euſtathiam, Ambroſiam, & Baſiliſſam, ut mihi ſignificavit Clariſs. Salvinius, qui mirificè facit ad illuſtrandas voces *invidiae*, & *invidi Fati* à SS. Patribus in carorum capitum funeribus uſurpatas; ibi enim congeſta leguntur hujus licentiae exempla complura.

Ἄλλο.

Χρυσείης γενεῆς Εὐφήμιος ἦν ἔτι τυτθὸν
    Λείψανον, εὐγενέτης ἤθεα, καὶ πραπίδας,
Μείλιχος, ἡδυεπής, εἶδος Χαρίτεσσιν ὅμοιος.
    Τοὔνεκα καὶ θνητοῖς οὐκ ἐπὶ δὴν ἐμίγη.

ALIUD. XXIII.

Aureae Aetatis Euphemius erat adhuc exiguae
    Reliquiae, generoſus moribus, atque conſiliis,
Manſuetus, ſuaviloquus, formâque Gratiis ſimilis.
    Idcirco neque cum mortalibus diutiùs verſatus eſt.

NOTAE.

PRo *ἔτι τυτθὸν* Cod. Med. habet *ἐπὶ τυτθὸν*, hoc eſt *ad exiguum tempus*, quae lectio nihil vitiat elegantiam ſenſus, & repetitur in ſequenti Carmine.

Ἄλλο.

Ἄλλο.

ΣΤράψε μέγ' ἀνθρώποις Εὐφήμιος, ἀλλ' ἐπὶ τυτθόν.
Καὶ γαρ ἀστεροπῆς ἐ μακρὸν ἐστι σέλας.
Στράψεν ὁμῆ σοφίῃτε, καὶ εἴδεϊ, καὶ πραπίδεσσι.
Τὰ πρὶν Καππαδόκαις ἦν κλέα, νῦν δὲ γόος.

ALIUD. XXIV.

VAldè inter homines micuit Euphemius, ſed exiguo tempore;
Etenim fulguris non diu durat lumen.
Fulſit ſapientiâ ſimul, formâ, & conſiliis.
Quae prius Cappadocibus laudis, nunc luctus cauſſa.

NOTAE.

FUlguris comparatione Euphemii gloriam Poëta deſcribit. Ego addidi καὶ ante πραπίδεσσι, verſu poſcente, quum à Cod. MS. abeſſet.

Ἄλλο.

TI'ς τίνος; Ἀμφιλόχυ Εὐφήμιος ἐνθάδε κεῖται,
Οὗτος ὁ Καππαδόκαις πᾶσι διὰ στόματος.
Οὗτος, ὃν αἱ Χάριτες Μέσαις δόσαν. οἱ δ' Ὑμέναιοι
Ἀμφὶ θύρας. ἦλθεν δ' ὁ φθόνος ὠκύτερος.

ALIUD. XXV.

QUis cujus? Amphilochi Euphemius heic jacet,
Ille, qui Cappadocibus omnibus per ora.
Is ipſe, quem Gratiae Muſis dedere. Hymenaei verò
Prae foribus. Venit autem Invidia celerior.

Ἄλλο.

ΕΡνος ἀμώμητον, Μέσων τέκος, εἶαρ ἑταίρων,
Καὶ χρύσειον Χαρίτων πλέγμα ἰοστεφάνων,
Ὤχετο ἐκ μερόπων Εὐφήμιος, ἐδέτ' ἀνέσχεν
Αἶ αἶ τοις θαλάμοις πυρσὸν, ὃν ἧψεν Ἔρως.

Digitized by Google

ALIUD. XXVI.

Germen irreprehenſibile, Muſarum proles, ſodalium ver,
Et aureus Gratiarum violis coronatarum nexus,
Abiit è vivis Euphemius, neque extulit
Heu heu thalamis facem, quam Amor accenderat.

NOTAE.

Πλείγμα ἰοστεφάνων. Ita Ambr. Cod. In Mediceo πλίγμα ἰοστεφέων. Hoc autem videtur ποιητικώτερον; & illud ἰοστεφάνων locum τῦ ἰοστεφέων, tanquam ipſius declaratio, uſurpaſſe videtur.

Α᾽νίσχεν. *Extulit*. Quod in MS. habebatur, retinui. Sed ut retinerem, neceſſe fuit pro σοῖς θαλάμοις πυρσὸς, quod item erat in MS., legere accuſandi caſu τοῖς θαλάμοις πυρσὸν, & illud σοῖς emendare. Codex Mediceus lectionem poſtea ſuppeditavit potiorem, nempe ἐδέτ᾽ ἀνίσχεν Αἶ αἶ τοῖς θαλάμοις πυρσός. *Neque exorta eſt eheu thalamis fax*. Alludit autem ad faces, ſive taedas, quas in nuptiis adhibere Ethnicis mos fuit.

Α᾽λλο.

Αἱ Χάριτες Μȣ́σῃσι: τί ῥέξομεν; ὐκέτ᾽ ἄγαλμα
Χειρῶν ἡμετέρων Εὐφήμιος ἐν μερόπεσσι.
Χ᾽ αἱ Μȣ̃σαι Χαρίτεσσιν: ἐπεὶ φθόνος ἐσὶν ἀλιτρὸς,
Τȣ́τον ἔχοι, ἡμῖν δὲ τόδ᾽ ὅσιον ἔμπεδον ἔσω,
Μηκέτ᾽ ἀνασῆται τοῖον μερόπεσσιν ἄγαλμα.

ALIUD. XXVII.

Gratiae Muſis: quid faciemus? Non amplius ſimulacrum
Manuum noſtrarum Euphemius inter homines.
Et Muſae Gratiis: Quoniam Fatum eſt impium,
Hoc tantum habeat. Nobis verò firmum hoc ſit jusjurandum,
Nunquam excitandam apud homines ſimilem imaginem.

Digitized by Google

N O T A E.

EST hoc elegantiſſimum Pcëtae noſtri Epigramma, veterumque Graecorum ingenio planè digniſſimum, in quo Gratiarum, Muſarumque Dialogus propter Euphemii mortem exhibetur. Legant eruditi, & fruantur. Non abſimili forma Epigramma Platoni adſcriptum habetur apud Diogenem Laërtium in ejus vita. Pro Μάτεισι, quod eſt in MS. ſcripſi Μάτησι Jonicè, ac Poëticè.

Ἄλλο.

ΚΡῆναι, καὶ ποταμοὶ, καὶ ἄλσεα, καὶ παλαγεῦντες
Ὄρνιθες λιγυροὶ καλὸν ἐτ' ἀκρεμόνων,
Αὐραῖτε μαλακὸν συρίγμασι κῶμα φέρουσαι,
Καὶ κῆποι Χαρίτων εἰς ἓν ἀγειρομένων,
Κλαύσατε: ὦ χαρίεσσ' Εὐφημιὰς, ὥς σε θανών περ
Εὐφήμιος κλεινὴν θῆκατ' ἐπωνυμίην.
Κάλλιμος ἠϊθέων Εὐφήμιος, εἶποτ' ἔηνγε:
Κάλλιμος ἐν χώροις χῶρος ὅδ' ἠλύσιος.
Τούνεκεν εἰς ἓν ἀγερθεν, ἐπεὶ ζωὴν μὲν ἔλειψεν,
Οὔνομα δ' αὖ χώρῳ κάλλιπεν ἠγαθέῳ.

A L I U D. XXVIII.

FOntes, & fluvii, & nemora, & ſonori
Volucres, ſuaviter in ramis canentes,
Et aurae placidum ſuſurris ſoporem ferentes,
Et horti Gratiarum unâ congregatarum,
Lugete. O venuſta Euphemias; nam te moriens
Euphemius inclytam reddidit cognomine.
Pulcher inter adoleſcentes Euphemius, ſi quis unquam:
Pulcher inter agros ager hic Elyſius.
Quamobrem unâ congregatae (Gratiae). Poſtquam vitam reliquit,
Nomen loco reliquit divino.

NO-

NOTAE.

FLoridum Epigramma, ſed non ſine aliqua ambage. Priores verſus expediti, ſimileſque dicendi formas habemus in aliis Nazianzeni Carminibus, & potiſſimum in Carm. de Vita humana. In ſecundo verſu pro *ἐπ᾽ ἀκρεμόνων* Cod. Med. habet *ἀπ᾽ ἀκρεμόνων*. In quarto pro *κῆποι χαρίτων* legitur ibidem *κῆπον χαρίτων*, quaſi *aurae* ſuperiùs memoratae hortum ferrent. Sed libenter huic praetuli Codicis Ambr. lectionem. In quinto pro *κλαύσατε* Ambr. Cod. habet *κλαίσατε*.

Ω χαρίεσσ᾽ Εὐφημιάς. *O venuſta Euphemias*. Crucem mihi fixit Ambr. Cod. in quo Εὐφήμιος pro Εὐφημιάς. Nam qui tum ſenſus? Mediceus opem tulit. Nimirum agros, & flumina, & hortos illos, quos ſupra audivimus, ait Gregorius *terram Euphemiada* cognominari à mortuo Euphemio, inclytamque, ac celebrem ab ipſo redditam regionem illam..

Τοὔνεκεν εἰς ἓν ἀγερθεν. *Quamobrem unà congregatae*, ſupple, *fuerunt Gratiae in iſtum locum*. Ita interpretari neceſſarium puto, ut ad quartum verſum ſuperiorem alludatur, quanquam non ita facilè appareat, quomodo iſta cum ſuperioribus, & ſubſequentibus aptè colligentur.

Εἰς Ἀμφιλόχιον.

Ἤλυθε κ᾽ Ἀμφιλόχοιο φίλον δέμας ἐς μέγα σῆμα,
    Ψυχὴ δ᾽ ἐς μακάρων ᾤχετ᾽ ἀποπταμένη,
Πηοῖς πάντα πέπαστο, μακάρτατε. βίβλον ἔωξας
    Πᾶσαν ὅση θνητῶν, χ᾽ ὅτις ἐπουρανίη.
Γηραλέος φιλίην ὑπέδυς χθόνα, τέκνα λέλοιπας
    Κρείσσονα καὶ τοκέων τὸ πλέον ὑμερόπων.

In Amphilochium. XXIX.

VEnit & Amphilochii carum corpus in magnum ſepulcrum,
    Anima verò in Beatorum ſedes evolans abiit.
Neceſſariis omnia comparaſti, beatiſſime. Librum explicuiſti
    Omnem, quicumque de mortalibus, ac coeleſtibus agit.

 Senex

Senex amicam ſubiiſti humum. Filios reliquiſti
Praeſtantiores quoque parentibus, quod ut plurimùm mortalibus non contingit.

NOTAE.

Liviae maritus, Euphemii, & Amphilochii pater, Amphilochius fuit, cujus tumulo Carmina haec Nazianzenus inſcripſit. Ab Amphilochio Iconienſi Epiſcopo planè diverſus hic fuit; etenim ille Concilio Conſtantinopolitano, quod contra Agapium, & Bagadium An. Ch. 394. celebratum eſt, interfuit, ut patet ex illius Synodi Actis Tom. II. Collect. Labbaeanae. S. verò Hieronymus in Lib. de Script. Eccleſ., quem Anno 392. vel 393. lucubravit, haec de eodem habet: *Amphilochius Iconii Epiſcopus nuper mihi librum legit de Spiritu Sancto*. Quare certiſſimum eſt, Gregorio Nazianzeno, qui An. Ch. 389. vel 391. ut contendit in Critica Baroniana Pagius, è vivis abiit, ſuperſtitem fuiſſe Amphilochium Iconienſem, neque propterea Carminibus ejus laudari potuiſſe. Ad haec nuſquam legimus, Amphilochio Epiſcopo uxorem, liberoſque fuiſſe, quales revera Amphilochius iſte habuit. Fuit autem is, ut hinc patet, noſtri Poëtae praeceptor, magnaque vir eloquentia praeditus, unde ſingularem ſibi gloriam quaeſivit.

Πηοῖς, *Neceſſariis &c.* Obſcurus ſenſus. Ita verò explicandum reor. Profanas, ſacraſque literas volumina mortalium, ac ſupercoeleſtia appellat, & inquit: Tu libros de humanis, coeleſtibuſque rebus agentes explicuiſti amicis, & affinibus tuis, eiſque bona omnia doctrinis tuis comparaſti. His autem verbis ſacram quoque Scripturam ab Amphilochio explicari ſolitam innuit Gregorius. Pro καὶ εἴ τις, quod erat in MS., legi κ' εἴ τις, ut ſibi conſtaret verſus ſequens.

Κρείσσονα καὶ τοκέων. *Praeſtantiores quoque parentibus*. In MS. Cod. ſcriptum eſt τεκέων, pro quo conjeci legendum τοκέων. Sequentium autem verborum ſenſus hic eſſe poteſt. *Tu filios reliquiſti parentibus praeſtantiores: quod plerumque non eſt mortalium*, h. e. quod plerumque mortalibus non contingit.

Ἀλλο.

Ἄλλο.

Ἄσμενος ἦτε δάμαρτι, καὶ υἱέσι πάρθετο σῶμα
Ἀμφίλοχος, λυπαροῦ γήραος ἀντιάσας.
Ὄλβιος, εὐγενέτης, μύθων κράτος, ἄλκαρ ἁπάντων,
Πηῶν, εὐσεβέων, εὐγενέων, λογίων.
Καὶ μυθοιο δοτὴρ περιώσιος ἦν. ἴδ᾽ ἑταίρων
Σῶν ἑνοῖς, ὦ φιλότης, γράμμ᾽ ἐπιτυμβίδιον.
Ὦ μάκαρ, ὦ ξυνὸν πενίης ἄκος, ὦ πτερόεντες
Μῦθοι, καὶ πηγὴ πᾶσιν ἀρυομένη.
Ἄσθματι πάντα λίπες πυμάτῳ, τὸ δ᾽ ἅμ᾽ ἕσπετο μοῦνον,
Ἔνθεν ἀειρομένῳ κῦδος ἀεὶ θαλερον.
Γρηγόριος ταδ᾽ ἔγραψα λόγῳ λόγον, ὃν παρὰ σεῖο
Ἀμφίλοχ᾽ ἐξεδάην, ἀντιχαριζόμενος.

ALIUD. XXX.

Lubenter ſanè uxori, liberiſque commendavit corpus
Amphilochius, beatam ſenectutem adeptus.
Beatus, nobilis, ſermone potens, tutela omnium,
Neceſſariorum, piorum, nobilium, literatorum.
Et divini verbi praeco ſanctiſſimus fuit. Vide ab uno
Ex amicis tuis, ò amiciſſime, elogium ſuper tumulum.
O beate, ò commune paupertatis remedium, ò alata
Verba, & fons omnibus hauſtus.
Spiritu omnia reliquiſti extremo. Te verò hoc unum ſequutum eſt,
Quod tibi hinc ſublato eſt gloria ſemper virens.
Gregorius haec ſcripſi, orationem oratione, quam à te,
O Amphiloche, edidici, mutuam rependens gloriam.

NOTAE.

Ἄσμενος ἦτε. **Lubenter ſanè.** In Ambr. Cod. ἦν τε, in Med. ἦτε legitur. Et primum quidem reſpondere poteſt quinto verſui, in quo iterum ἦν occurrit. Sed parùm elegans initium Epigrammatis mihi videtur, quum vertendum foret: *Facilis quoque erga uxorem fuit.* Quamobrem ſcripſi ἦτε, ut ſit ſenſus: Lubenti ſanè animo è vita Amphilochium deceſſiſſe, quum jam attigiſſet beatiſſimam ſenectutem.

Πάρθετο σῶμα. *Commendavit corpus*, Hoc ſenſu non rarò verbum παρατίθημι uſurpatum invenio apud ſacros Scriptores, ut illud Lucae in Act. Apoſt. Cap. XXIX. παρατίθημι ὑμᾶς τῷ θεῷ. *Commendo vos Deo*.

Α῎σθματι πυμάτῳ. *Spiritu extremo*. In Ambroſ. Codic. erat ἄσθματα. Cod. Med. meliorem ſuppeditavit lectionem.

Εἰς Α᾽μφιλόχιον ἄλλον.

Α᾽Μφίλοχος τέθνηκεν, ἀπώλετο εἴτι λέλειπτο
Καλὸν ἐν ἀνθρώποις ῥητορικῆς τέμενος.
Καὶ Χάριτες Μέσαισι μεμιγμέναι, ἔξοχα δ᾽ αὖ σε
Η᾽ Διοκαισαρέων μύρατο πάτρα φίλη.

In Amphilochium alium. XXXI.

Amphilochius obiit: ereptum eſt ſi quod ſupererat
Pulchrum inter homines Rhetoricae delubrum.
Et Gratiae cum Muſis permixtae, praecipuè verò te
Diocaeſarienſium luxit patria cara.

NOTAE.

Alter Amphilochius, ab Iconienſi certè Epiſcopo, neſcio & an à ſupra laudato alius, nobis occurrit. Nil de illo adferam, niſi quod Nazianzenus heic, & in ſequentibus Carminibus habet, nempe Conſtantinopoli Rhetoricae artis illum fuiſſe profeſſorem, ubi perennem quoque famam ſibi comparaverat. Quum autem natus foret Diocaeſareae in humili Cappadociae oppido, qua in provincia tunc egregia florebant virorum ingenia, Amphilochium tamen non dubitat noſter omnibus Cappadociae incolis eloquentiâ praeferre. Quod heic praeſertim animadvertendum eſt, Philtatii, & Gorgoniae filius hic Amphilochius appellatur in ſequentibus Carminibus. Ne tamen arbitrere, Gorgoniam Nazianzeni ſororem ſignificari; non enim illa Philtatio, ſed Alypio nupſit, ut poſtea videbimus. Gregorius noſter in Epiſt. CVI. & CX. Amphilochium quemdam τιμιώτατον υἱὸν ἡμῶν, *cariſſimum filium noſtrum* Caeſario, & Sophronio commendat. Quum ſe ibi Gregorius ſenem, ac Sacerdotem, h. e. Epiſcopum appellet, nequaquam ejus dicta ad Iconienſem Amphilochium,

chium, Epiſcopum ſcilicet, ac aetate non inferiorem, pertinere poſſe credendum. Num ad Amphilochium, quo de nunc agitur, ſpectant ea verba? Quòd ſi quis haec eadem Carmina ad Amphilochium unum aliis verſibus ſupra laudatum referenda ſuſpicetur, titulumque legat hujus Epigrammatis: εἰς Α᾽μφιλόχιον. Α῎λλο. quod à Grammaticis praeſtari ſolet ante Carmina ejuſdem argumenti: malè fortaſſe non conjiciat, eritque titulus: *In Amphilochium. Aliud Epigramma.* Certè eadem eloquentiae laus in omnibus hiſce Carminibus tribuitur Amphilochio.

Καὶ Χάριτες. *Et gratiae &c.* Referenda haec ſunt ad ſequens ὠύρατο, ut dicat, Gratias, ac Muſas in Amphilochii morte flevisſe. Liberum tamen ſit, referre etiam ad ἀπώλετο, ut unà cum Amphilochio Gratiae, & Muſae periiſſe dicantur, quae formae dicendi σχετλιαστικαὶ apud Poëtas ſunt familiares.

Ε῎ξοχα δ᾽ αὖ σε. *Praecipuè verò te.* Ita Cod. Med. & rectiùs, quàm in Ambr. ubi δᾶν τε ego legebam.

Η᾽ Διοκαισαρέων πάτρα. *Diocaeſarienſium patria.* Amphilochii patriam habemus, nempe Diocaeſaream, parvam quidem urbem Nazianzeni aetate, ſed olim illuſtrem; & à Scriptoribus minimè neglectam. Plinius Lib. VI. Cap. III. de Cappadociae urbibus loquens, iſtas commemorat: *Reliqua ſui parte Cappadocia Melitam à Semiramide conditam habet haud procul Euphrate, Diocaeſaream, Tyana, Caſtabula &c.* Porro Nazianzenus in Epiſt. XXXXIX. ad Olympium multa de hac Civitate refert, atque inter caetera: Πολλῷ δε δεινότερον πόλιν ἀποθανεῖν, ἣν Βασιλεὺς ἱδρύσατο, καὶ χρόνος συνεστήσατο, καὶ ἀκολουθία μακρὰ διεφύλαξεν, ὑπὲρ τῆς Διοκαισαρέων ὁ λόγος, τῆς ποτε πόλεως, νῦν δε ου πόλεως &c. *Multò autem acerbior eſt urbis interitus, quam Imperator condidit, tempus conſtituit, & longa annorum ſeries conſervavit. De Diocaeſarea loquor quondam Civitate, nunc autem è Civitatum albo expuncta &c.* Quòd Provinciae Praefecto obtemperare Diocaeſarienſes recuſaſſent, eorum Patriae Civitatis nomen ablatum juſſu Imperatoris fuerat. Interceſſit Gregorius, qui & ibi Templum D. O. M. ſe exſtruxiſſe, atque adornaſſe ait.

Α῎λλο.

ΤΥτθὸν μὲν πτολίεθρον: ἀτὰρ πολὺν ἀνέρα δῶκα
Βήμασιν ἰθυδίκης ἡ Διοκαισαρέων
Α᾽μφίλοχον. φθιμένῳ δὲ συνέφθιτο καὶ πυρόεσσα
Ρ῾ήτρη, καὶ πάτρης εὖχος ἀριστόκου.

ALIUD. XXXII.

PArvum quidem ſum Oppidum, at magnum virum dedi
Tribunalibus Juris Diocaeſarea
Amphilochium. Simul verò mortuo commortua & ignea
Dicendi vis, patriaeque decus, quae optimum pepererat.

NOTAE.

DIocaeſaream Amphilochii patriam loquentem inducit, niſi cum Cod. Med. legere malimus δῶκε. quod & rectum facit ſenſum, ut ſit tertia perſona: *Parvum quidem Oppidum eſt, ſed magnum virum dedit*. Urbem hanc non ego priùs dimittam, quàm ſingularem de ea obſervationem à Cl. Annalium parente Baronio factam retulerim. Hic in Vita Nazianzeni à Cl. P. Papebrochio in Actis Sanctor. die IX. Maji impreſſa animadvertit, Diocaeſaream non aliam urbem, quàm Nazianzum, fuiſſe. Inditum quippe huic nomen duplex; ſive ut meliùs dicam, antiqua, & clara urbs Diocaeſarea ad exiguum oppidum redacta fuerat, cui Nazianzum nomen. Certè Gregorius, ut idem Baronius animadvertit, in Carm. V. ubi de ſuis calamitatibus conqueritur, ait de ſe ipſo:

Γρηγορίȣ μνήσαιτο, τὸν ἔτρεφε Καππαδόκεσσιν
Η' Διοκαισαρέων ὀλίγη πτόλις

Gregorii meminerit, quem nutriit Cappadocibus Diocaeſarienſium urbs parva. Si Diocaeſaream ſuam nutricem appellat, ergo & matrem; nam antiquiùs eaedem nutrices, & matres. An ſit iſti conjecturae ſat ponderis, judicent eruditi.

Α'λλο.

ΤΟ'ν ῥήτραν πυρόεσσαν ἐπ' ἀντιπάλοισι φέροντα
Τὸν μέλιτος γλυκίω ἤθεα, καὶ πραπίδας,
Α'μφίλοχον κατέχω τυτθὴ κόνις ἔκτοθι πάτρης,
Υἱέα Φιλτατίȣ, Γοργονίας τε μέγαν.

ALIUD.

ALIUD. XXXIII.

EUm, qui igneam dicendi vim contra adverſarios ferebat,
Et qui melle dulcior erat moribus, & cogitationibus,
Amphilochium teneo exiguus cinis extra patriam,
Filium Philtatii, & Gorgoniae magnum.

NOTAE.

SEpulcrum loquitur, atque Amphilochii virtutem, & parentes; breviter recenſet. Pro *γλυκίω* Cod. Med. habet *γλυκείω*, ſed retinenda lectio Codicis Ambr. ita enim Atticè pro *γλυκίονα*. Pro *τυτθὴ κόνις* alicui fortaſſe legere placeat *τυτθὴν κόνιν*, *exiguum cinerem;* non enim concinnè Amphilochium tenere *cinis* videatur. Sed, veteri lectione retenta, major verbis vis ineſt. Significant autem: *Ego parvus cinis teneo*, *comprimo*, *coarcto Amphilochium illum praeſtantem virum*.

Ἄλλο.

ῬΗτῆρες φθέγγοισθε. Μεμυκότα χείλεα σιγῇ
Ἀμφιλόχου μεγάλου τύμβος ὅδ' ἀμφὶς ἔχω.

ALIUD. XXXIV.

ORatores loquimini. Conniventia labra ſilentio
Amphilochii magni ego tumulus contineo.

NOTAE.

TUmulus ad loquendum Oratores invitat, quaſi, dum Amphilochius in vivis eſſet, tacere alii propter nimiam ejus eloquentiam cogerentur.

Ἄλλο.

ἩΡίον Ἀμφιλόχοιο μελίφρονος, ὅς ποτε ῥήτρῃ
Πάντας Καππαδόκας καίνυτο, καὶ πραπίσιν.

ALIUD. XXXV.

SEpulcrum Amphilochii melliti, qui olim eloquentiâ,
Et conſilio omnes Cappadocas ſuperavit.

Εἰς Νικομήδην.

ΟἼχεσαι, ὦ Νικόμηδες, ἐμὸν κλέος: ἠδὲ συνωρὶς
Σῶν καθαρὴ τεκέων πῶς βίον ἐξανύσῃ;
Τίς δὲ τέλος νηῶ περικάλλεϊ χεὶρ ἐπιθήσῃ;
Τίς δὲ θεῷ πέμψει φρὴν τελέην θυσίην;
Σεῖο, μάκαρ, μιχθέντος ἐπυρανίοισι τάχισα,
Ὢ γενεὴ τλήμον οἷα πάθες μερόπων!

In Nicomedem. XXXVI.

DEceſſiſti, ò Nicomedes, decus meum: pura autem biga
Tuorum filiorum quei vitam ad exitum ducet?
Quae vero finem ſplendidiſſimo Templo manus imponet?
Quaeve mens Deo perfectam offeret hoſtiam?
Te, beate, coelicolis citiſſimè immixto,
O miſera ſtirps mortalium, qualia mala paſſa es!

NOTAE.

PResbyterum ſaltem fuiſſe Nicomedem, quem heic vivis ereptum Gregorius laudat, vox *ἱερεὺς*, hoc eſt *Sacerdos*, qua voce in ſequenti Epigrammate illum indigitat, ſatis ſignificare videtur. *Sacerdotis* autem titulo quum & Epiſcopi eo tempore donarentur, ſacris quoque infulis ipſum fuiſſe decoratum, meritò quiſpiam arbitretur. Cui conjecturae confert, quod de Poëtae noſtri ſententia Nicomedes è Coelo populum ſuum adhuc regere dicatur. Pauca de hoc praeclaro viro poſſent referri, niſi ejus mentionem alibi Gregorius reliquiſſet. In Carmine ad Hellenium ita inquit:

Φείδεο καὶ μεγάλυ Νικομήδεος, εἶ τιν' ἀκύεις,
Ὃς ζωὴν βροτέην δῶκεν ἐπυρανίη.
Καὶ θυσίην μεγάλοιο πατρὸς ἐζήλωσε παλαιὴν
Αβραὰμ, ἁγνίσσας τῶν τεκέων δυάδα.

Parce etiam magno Nicomedi, ſi quem fortè audis,
Qui vitam mortalem coeleſti dedit.
Et ſacrificium vetus magni patris Abraham
Aemulatus eſt, ſantificans duos filios.

Pergit autem Nazianzenus commemorare, atque extollere pium Nicomedis conſilium, qui Deo filios ſuos dicaverat, quanquam ex ephebis ii nondum exceſſiſſent. Poſtremò Nicomedem ſibi, aut, ut meliùs dicam, patri ſuo conjunctum ſanguine fuiſſe prodit. Quae cum his Carminibus conſonant.

Ἄλλο.

ΔΈρκεο καὶ τύμβον Νικομήδεος εἴ τιν᾽ ἀκούεις,
Ὃς νηὸν Χριςῷ δειμάμενος μεγάλῳ,
Αὐτὸν μὲν πρώτιςον, ἔπειτα δὲ τὴν περίβωτον
Δῶκεν ἁγνὴν θυςίην παρθενίην τεκέων.
Φέρτερον ὐδὲν ἔχων ἱερεύς, γενέτης τε φέριςος,
Τοὔνεκα καὶ μεγάλῃ ὦκα μίγη τριάδι.

ALIUD. XXXVII.

NIcomedis quoque tumulum cerne, ſi quem audis,
Qui quum Templum Chriſto magno extruxiſſet,
Ipſam quidem aedem primo, poſtea verò ſolemnem illam
Dedit, puramque hoſtiam, filiorum virginitatem.
Nihil praeſtantius habens, Sacerdos, genitorque optimus,
Idcirco & magnae citò mixtus eſt Triadi.

NOTAE.

AΥ'τὸν. *Ipſam aedem*. Ita ſum interpretatus, commodiore ſenſu praelato. Si quis legere malit *ſe ipſum*, non oſtabo. Tum enim intelligas, Nicomedem poſt aedificatum Templum ſeſe Deo dicaſſe, Sacerdotio ſuſcepto, ad quod filios deinde inſtruxit.

Παρθενίην. *Virginitatem*. Praeter Templum Deo dicatum, filiorum quoque duorum virginitatem Nicomedes Chriſto voverat. Hoc autem Nazianzenus celebriorem hoſtiam, quàm Templi dedicationem appellat, περίβωτον θυσίην pro περιβόητον uſurpans. De hac pia

Chriſtianorum conſuetudine ego aliqua ad verſum 262. Nat. XIII. S. Paulini Tom. I. Anecdot. (*)

Φέρτερον. *Praeſtantius*. Ideſt: quum poſt aedem, ſe, liberoſque ſuos Deo ſacratos, nihil praeſtantius haberet, quod offerret, mortem exoptavit, ſeque Maximo rerum omnium parenti, non expectata ſenectute, conjunxit.

Ἄλλο.

Ὕστατον ἐς βίον ἦλθες ἀοίδιμον: ἀλλὰ τάχιστα
Ἔνθεν ἀνηέρθης. τίς τάδ' ἔνευσε δίκη;
Χριστὸς ἄναξ, Νικόμηδες, ὅπως σεῖο λαὸν ἄνωθεν
Ἰθύνῃς τεκέων σὺν ἱερῇ δυάδι,

ALIUD. XXXVIII.

Tandem ad vitam evolaſti aeternam: ſed nimiùm citò
Hinc ſublatus es. Quae verò juſtitia hoc permiſit?
Chriſtus Rex, ò Nicomedes, ut populum tuum è Coelo
Regas unà cum ſacris duobus filiis tuis.

NOTAE.

Ἀνηέρθης. *Sublatus es*. Quod erat in MS. retinui. Sequentium verborum ita ſe habet ſenſus. Quae verò juſtitia permiſit, ut tam citò à nobis avolares? Hoc permiſit Chriſtus omnium Rex, ut ſimul tu in Coelo, tui autem filii in terris populum hunc regeretis. Pro δυάδι Cod. Med. habet τριάδι, ſed ad marginem eâdem manu notatum eſt δυάδι.

Εἰς Καρτέριον.

Ἤ με λιπὼν πολύμοχθον ἐπὶ χθονί. φίλτατ' ἑταίρων,
Ἤλυθες ἁρπαλέως, κύδιμε Καρτέριε;
Πῇ ποτ' ἔβης, νεότητος ἐμῆς οἰήϊα νωμῶν,
Ἧμος ἐπ' ἀλλοδαπῆς μῦθον ἐμετρεόμην;
Ὅς βιότῳ μ' ἐνέδησας ἀταρκεῖ: ἦρ' ἐτεόν σοι
Χριστὸς ἄναξ πάντων φίλτερος, ὃν νῦν ἔχεις.

Ἀστερο-

(*) Tom. XI. P. I.

Ἀστεροπὴ Χριστοῖο μεγακλέος, ἕρκος ἄριστον
 Ἠϊθέων, ζωῆς ἡνίοχ' ἡμετέρης,
Μνώεο Γρηγορίοιο, τὸν ἔπλασας ἤθεσι κεδνοῖς
 Ἦν ὅτε ἦν, ἀρέτης κοίρανε, Καρτέριε.

In Carterium. XXXIX.

QUò, me relinquens laboribus oppreſſum humi, ò amicorum
 Amiciſſime, raptim abiiſti, illuſtris Carteri?
Quonam abiiſti, qui adoleſcentiae meae gubernacula regebas,
 Quando in aliena regione verba admetiebar?
Qui vitae me incorporeae alligaſti. Certe tibi
 Chriſtus Rex, omnium cariſſimus, quem nunc habes.
O fulgur Chriſti glorioſiſſimi, optima tutela
 Adoleſcentum, vitaeque moderator meae,
Memento Gregorii, quem probis formaſti moribus
 Jampridem, virtutis rector, ac princeps, Carteri.

NOTAE.

GRegorio noſtro magna familiaritate, ac forſan etiam ſanguine Carterius conjunctus fuit, vir probus, Sacerdos & ipſe quantum quidem ego conjicio, quippe ejus manus puriſſimis hoſtiis Chriſtum placare ſolebant, uti Poëta fidem facit. An Epiſcoporum quoque albo fuerit inſcriptus, divinare neſcias. Quod certum eſt, Nazianzenum moribus optimis inſtituerat, eique adoleſcenti adhuc, & à patria abſenti, veluti curator, vitaeque, atque eloquentiae Magiſter, adſtiterat. Neque heic ſolùm Carterii mentionem Poëta noſter fecit, ſed in Carmine etiam ad Hellenium pro Monachis, quod conſulere potes.

M' ἐνέδησας. *Me alligaſti*. Hunc eſſe arbitror ſenſum. Qui me *ſpiritali*, ſeu *Eccleſiaſticae vitae alligaſti*, ſcilicet ad ſacrum miniſterium inſtituiſti, aut perduxiſti. Forſitan Eccleſiaſticae vitae amplectendae Carterius Nazianzeno fuerat auctor, ipſumque etiam ſacris fortaſſe initiaverat.

Ἀστεροπή. *Fulgur*. Quatuor iſti poſtremi verſus à ſuperioribus forſitan ſejungendi erant, & ex iis alterum Epigramma efformandum. In MS. legebatur μέγα κλέος ſejunctum. Ego conjunctum legere malui, ne *Fulgur* nudum remaneret, ſi *magnum Chriſti decus* convertere oportuiſſet.

Ἦν ὅτ' ἔην. *Jampridem*. Debeo iſtius formae ſenſum Cl. Salvinio, qui & monuit in Gregorii Carm. εἰς Ἐπισκόπους haberi duo illius exempla.

Ἄλλο.

Ὦ πηγαὶ δακρύων, ὦ γούνατα, ὦ θυέεσσι
Ἁγνοτάταις παλάμαι Χριςὸν ἀρεσσάμεναι
Καρτερίου, πῶς λῆξαθ', ὁμῶς πάντεσσι βροτοῖσι;
Ἤθελεν ὑμνοπόλον κεῖθι χοροστασίη.

εὐγνοτάταις. Ita MS. Codex. fort. ἁγνοτάταις.

ALIUD. XL.

O Fontes lacrymarum, ò genua, ò palmae,
Puriſſimis Deum quae placabatis hoſtiis,
Carterii, quomodo ceſſaſtis, non ſecus ac reliqui homines?
Sacrum Cantorem voluit coeleſtis chorus.

NOTAE.

Ὦ Πηγαί. *O fontes*. Piam vitae inſtitutionem, qua Carterius Coelo placebat, heic Poëta ſignificat; ſolebat enim quotidie lacrymas ante Deum profundere, ſe proſternere, atque incruento ſacrificio Numinis iram placare. Haec omnia cum ejus morte ceſſarant.

Θυέεσσι, *Hoſtiis*. Sub *hoſtiarum* nomine, quibus Carterii manus Chriſtum placabant, nil aequius intelligendum videtur, quàm ſacroſanctum Miſſae ſacrificium, in quo incruentam hoſtiam quotidie ſummo Numini offerimus. Apud veteres Patres ita appellari magnum illud Myſterium conſtat è Chryſoſtomi verbis in Hom. XVII. in Epiſt. ad Heb. & è Cyrillo Alexandrino in explicat. Anathematiſmi XI. atque ex Oecumenio in Cap. X. ad Heb. & aliis. Quidam tamen Heterodoxi hunc loquendi morem ſugillant, à Catholicae Eccleſiae alumnis Miſſam *Sacrificii* nomine donari, moleſtè ferentes. Qua in re videant, quantum à Sanctis Patribus longè abeant, qui certè nobis in hujuſmodi ſententia praeiverunt. Porro Nazianzenus alibi eodem vocabulo eſt uſus: etenim Carmen XI. ad Epiſcopos ita exorditur.

Ὦ θυ-

Digitized by Google

Ω῏ θυσίας πέμποντες ἀναιμάκτȣς ἱερῆες.
O Sacerdotes, qui hoſtias incruentas offertis.

Similiter etiam in Orat. I. & II. contra Julianum ***incruentum Sacrificium*** τὴν ἀναιμάκτον θυσίαν appellat.

Ὁμῶς πάντεσσι βροτοῖσι. ***Non ſecus ac omnes homines.*** In Ambr. Cod. ὅμως legitur, h. e. *verumtamen*, quod cum ſequentibus obſcurum planè ſenſum reddere mihi videbatur. Quare ὁμῶς legere placuit, ut ſit ſenſus: Quomodo, reliquorum hominum more, vivere deſiit Carterius, vir tanta pietate ſpectabilis? Tum rationem Poëta reddit: illum enim Angeli Cantorem in coeleſtibus choris voluere. Par dicendi forma infra occurret in Caeſarium.

Ἄλλο.

Ἥρπασας, ὦ Νικόμηδες, ἐμὸν κέαρ, ἥρπασας ὦκα
Καρτέριον τῆς σῆς σύζυγον εὐσεβίης.

ALIUD. XLI.

Rapuiſti, ò Nicomedes, meum cor, rapuiſti celerrimè
Carterium tuae pietatis ſocium.

Ἄλλο.

Ὦ Ξωλῶν ζαθέων ἱερὸν πέδον, οἷον ἔρεισμα,
Σταυροφόρον καλέσας Καρτέριον, κατέχεις!

ALIUD. XLII.

O Xolorum ſacrorum patria ſancta, quale firmamentum,
Crucem ferente vocato ad te Carterio, tenes!

NOTAE.

Ξωλῶν. *Xolorum*. Ita in Codicibus Ambr. & Med. Voce autem *Xolorum*, ſive *Xolarum*, aut locum aliquem, aut populos ita appellatos puto, in quorum agro ſepultus fuerat Carterius. Infra in

Epigr.

Epigr. εἰς Εὐσέβιον haec eadem vox repetita occurrit. Beatum igitur, & ſacrum vocat locum illum, in quo Carterii oſſa quieſcebant. Pro Ξωλῶν autem fortaſſe legendum Ζηλῶν. Zela Urbs Cappadociae olim apud Neocaeſaream.

Εἰς Βάσσον.

ΒΑ'σσε, φίλος Χριςῷ μεμελημένος ἔξοχον ἄλλων,
Τῆλε τεῆς πάτρης ληΐςορι χειρὶ δαμάσθης,
Οὐδέ σε τύμβος ἔχει πατρώϊος: ἀλλὰ καὶ ἔμπης
Πᾶσιν Καππαδόκεσσι μέγ' ὄνομα σεῖο λέλειπται,
Καὶ ςῆλαι παγίων μέγ' ἀμείνονες, αἷς ἔνι γράφθης.
Γρηγορίυ τόδε σοι μνημήϊον, ὃν φιλέεσκες.

In Baſſum XLIII.

BAſſe, amice Chriſto gratiſſime ſupra alios,
Procul à patria tua praedonum manu morti traditus es,
Neque te tumulus habet patrius. Sed tamen
Cunctis Cappadocibus magnum tui nomen relictum eſt,
Et cippus infixis longè praeſtantior, cui inſcriptus es.
Hoc tibi à Gregorio monumentum eſt, quem amabas.

NOTAE

BAſſum, quem praedones in longinquis regionibus interfecerant, Nazianzenus laudat. Carterii ſupra memorati patrem *ſpiritalem* infra appellat, Cappadocemque natione fuiſſe prodit.

Μέγ' ὄνομα. Magnum nomen. In Ambr. erat καὶ ὄνομα.

Καὶ ςῆλαι ἀμείνονες. *Et cippus praeſtantior*, ſive *columnae praeſtantiores*. MS. Codicem ſupplevi, in quo vitioſè legitur ἀμείνον. Inquit autem Gregorius: Quamquam, Baſſe, te mors extra patriam invenerit, & à paterno ſepulcro excluſerit, tuum tamen decus, & nomen apud Cappadoces aeternùm manebit, & praeſtantius tibi monumentum erunt corda civium, in quibus vivis. Aut, ſi malumus ita legere, cippus tibi nobilior erunt haec mea Carmina, quam cippi marmorei in agris fixi, quibus tuum nomen inſcriptum fuit.

Ἄλλο.

Ἄλλο.

ὩΣ Ἀβραὰμ κόλποισι τεοῖς ὑποδέχνυσο, Βάσσε,
Σὸν τέκος ἀτρεκέως πνεύματι Καρτέριον.
Αὐτὰρ ἐγὼ, εἰ καί με τάφος σὺν πατρὶ καλύπτοι,
Οὔποτ' ἀπ' ὑμετέρης ςήσομ' ὁμοζυγίης.

ALIUD. XLIV.

TAnquam Abraham tuo ſinu ſuſcepiſti, o Baſſe,
Tuum verè filium ſpiritu Carterium.
Atqui ego, etſi me unum cum patre ſepulcrum claudat,
Nunquam à veſtro abſiſtam ſodalitio.

Εἰς Φιλτάτιον.

Ἤϊθεον μεγάλοιο μέγαν κοσμήτορα λαῶ
Χθὼν ἱερὴ κεύθω Φιλτατίοιο δέμας.

In Philtatium. XLV.

ADoleſcentem magnum magni moderatorem populi
Tellus ſacra tego Philtatii corpus.

NOTAE.

QUid de hoc Philtatio dicam, non occurrit, niſi veri ſimillimum videri, neceſſarios Nazianzeni fuiſſe Philtatios; quippe Nonna, hujus parens, Philtatii cujuſdam filia fuit, uti infra videbimus. Amphilochium in ſuperioribus Carminibus Poëta noſter appellavit

> Υἷα Φιλτατίε Γοργονίας τε μέγαν.
> *Filium Philtatii, & Gorgoniae magnum.*

Sed quum Philtatius iſte dicatur ἤϊθεος *adoleſcens*, nihil ipſum commune habere cum altero Amphilochii patre ſuſpicor.

Εἰς Εὐσέβιον, καὶ Βασίλισσαν.

ΕΥ'σέβιος, Βασίλισσα, μεγακλέες ἐνθάδε κεῖνται,
Ξωλῶν ἠγαθέων θρέμματα Χριςοφόρα,
Καὶ Νόννης ζαθέης ἱερὸν δέμας. ὅςις ἀμείβεις
Τόνδε τάφους, ψυχῶν μνώεο τῶν μεγάλων.

In Euſebium, & Baſiliſſam. XLVI.

EUſebius, & Baſiliſſa illuſtres heic ſiti ſunt,
Xolorum divinorum alumni, Chriſtiferi,
Et Nonnae eximiae ſacrum corpus. Quicumque praeterveheris
Haec ſepulcra, animarum memento magnarum.

NOTAE.

UNà cum Nonna, ut arbitror, Poëtae noſtri parente, ſepulti fuerant Euſebius, & Baſiliſſa. Horum nulla alia ſe mihi offert mentio. Infra duntaxat Georgius Sacerdos funebri Carmine per Nazianzenum commendatus, Baſiliſſae frater appellatur, & cum illa tumulatus dicitur. Et hos idcirco ſanguine conjunctos Gregorio opinor. De nomine *Xolorum* ſupra egi in poſtremo Carmine εἰς Α'μφιλόχιον.

Εἰς Ε'λλάδιον.

ΑΙ'εί σοι νόος ἦεν ἐς οὐρανὸν, οὐδ' ἐπὶ γαίης
Η'ρειδες χθαμαλῆς ἴχνιον οὐδ' ὀλίγον.
Τοὔνεκεν ὡς ταχος ἦλθες ἀπὸ χθονός. Εὐλάλιος δὲ
Σὴν κόνιν ἀμφιέπει σὸς κάσις, Ε'λλάδιε.

In Helladium. XLVII.

TUa ſemper mens verſabatur in Coelo, neque vel paullulum
In terra humili firmabas veſtigia.
Quamobrem celerrimè à tellure abiiſti. Eulalius verò
Frater tuus cinerem tuum, Helladi, curat.

NO-

NOTAE.

DE *Helladio*, & *Eulalio* fratribus mentionem Poëta noſter alibi fecit, hoc eſt in Carmine *ad Hellenium pro Monachis;* ibique etiam ſignificat, Eulalium Helladio ſuperſtitem fuiſſe. Neque hic Helladius ille eſſe videtur Baſilii Magni in Epiſcopatu ſucceſſor, ad quem leguntur adhuc Nazianzeni literae quaedam, ſcilicet 53. 54. & 216. cum duabus ſequentibus, quique in Vitis Patrum, & apud S. Joannem Damaſcenum in Orat. I. de Imagin. memoratur. Billius, cui Carmina ignota erant, quae nunc evulgamus, in notis ad Nazianzeni Opera, tam primum, quàm alterum Helladium unum hominem facit. Verum quum Helladius noſter, memoratus etiam in Carm. *ad Hellenium* vivere deſiiſſe *νεαρὸς juvenis* dicatur, nullumque Epiſcopalis muneris indicium Carmina iſta illi tribuant, diverſos homines fuiſſe opinari juvat. Quod eſt ad *Eulalium*, is Monaſticae vitae inſtitutum ſectatus eſt. Superſunt etiam nunc Nazianzeni ad eumdem Epiſtolae quinque, videlicet 99. & tres ſequentes, itemque 232. in quibus ſolitudini, jejunioque operam dare is dicitur. Neque verò malè conjiciemus, ſi hunc ipſum Eulalium Eccleſiae Nazianzenae Epiſcopum poſtea creatum cenſebimus. Etenim quum certum ſit, opera potiſſimum Gregorii noſtri Eulalium quemdam ibi conſtitutum fuiſſe Epiſcopum; quid probabilius, quàm Eulalium, de quo heic ſermo, familiarem, imo conſanguineum ſuum, à Gregorio ad ſacrum munus fuiſſe delectum? Et quidem quòd noſtro Poëtae ſanguine conjunctus hic fuerit, patet ex Epiſtola CLXXXII. ad Lollianum, ubi Gregorius memorat *τὸς κυρίυς μυ τὸς ἀνεψίυς Ἑλλάδιον, καὶ Εὐλάλιον*, *dominos conſobrinos meos Helladium, ac Eulalium*. Memoratur à Rufino Presbytero Lib. III. de Vitis Patrum Cap. XXIX. quidam *Eulalius Monachus;* at eum à noſtro alium puto; nam etſi iiſdem temporibus ambo vixerint, provinciae tamen eorum diverſae fuere.

Ἄλλο.

ΤΟ'ν νεαρὸν, Χριςῷ δὲ μέγαν, πολιόντι νόημα,
Χῶρος ὅδ' ἀθλοφόρων Ἑλλάδιον κατέχω.
Οὐ Νέμεσις. κείνοις γὰρ ὁμοῖιον ἄλγος ἀνέτλη,
Σβεννὸς ἀντιπάλυ τῦ φθονεροῖο μόθου.

 ALIUD.

A L I U D. XLVIII.

ADoleſcentem, Chriſto magnum, conſilioque ſenem,
Martyrum locus, quem videtis, Helladium complector.
Nec mirum. Illis enim ſimilem dolorem ſuſtinuit,
Extinguens invidi adverſarii pugnam.

N O T A E.

Α'Θλοφόρων. *Martyrum*. In Carm. ſuperiori *in Liviam* vocem ἀϑλοφόροις pro *Martyribus* ſumſi, apud quorum tumulos Chriſtiani non in Occidente ſolùm, ſed etiam in Oriente ſepulcri quietem quaerere ſolebant. Idem nunc repeto, χῶρον ἀϑλοφόρων, *Martyrum locum* interpretatus. In Carm. εἰς Γοργόνιον Martyres ἀϑλοφόροι apertè appellantur, ut videbitur. Alium ſanè ſenſum haec verba non patiuntur, diciturque Helladius, non ſecus ac Martyres, pugnam, ac tormenta a Diabolo ſuſtinuiſſe. Verùm vide, quae etiam adnotavi ad Carmen πρὸς τὲς ἐν Μαρτυρίοις τρυφῶντας, *ad eos, qui in Martyrum Baſilicis deliciantur*, ubi vocabulo hoc expreſsè deſignantur Martyres.

Οὐ Νέμεσις. *Nec mirum*, ſive *nec indignandum*. Dictum eſt ex figura, qua Homerus de Helena in Iliade Lib. III.

Α'νέτλη. *Suſtinuit*. Cod. Ambr. habet ἀνέτλης *ſuſtinuiſti*. Hanc emendationem ſenſus poſcere videbatur.

Α'λλο.

ΜΙκρὸν μὲν πνείεσκες ἐπὶ χθονὶ σαρκὸς ἀνάγκῃ,
Πλείονα δε ζωῆς ὑψόθι μοῖραν ἔχεις,
Ε'λλάδιε, Χριστοῖο μέγα κλέος: εἰ δε τάχιστα
Δεσμῶν ἐξελύθης, τῦτο γέρας καμάτων.

A L I U D. XLIX.

PArum quidem ſuper terram carnis neceſſitate ſpiraſti,
Majorem verò vitae ſortem in Coelis nunc habes,
Helladi, Chriſti magnum decus. Quod verò celerrimè
Vinculis ſolutus es, praemium hoc laborum fuit.

Εἰς

Εἰς Γεώργιον.

ΚΑὶ σὺ Γεωργίοιο φίλον δέμας ἐνθάδε κεῖται,
Ὅς πολλὰς Χριστῷ πέμψας ἁγνὰς θυσίας.
Σὺν δε κασιγνήτη σῶμα φρένας ἡ Βασιλίσσα
Ξυνὸν ἔχει μεγάλη καὶ τάφον, ὡς βίοτον.

In Georgium. L.

TU quoque Georgii amatum corpus heic jaces,
Qui multas Chriſto obtuliſti puras hoſtias.
Una verò tecum tua & corpore, & animo germana Baſiliſſa
Magna commune ſepulcrum habet, ut vitam.

NOTAE.

INter Presbyteros Georgium hunc repono, ſiquidem, ut Gregorius ait,

Saepe per illum
Immenſo oblata eſt hoſtia pura Deo.

Erat autem Baſiliſſae frater, illius ipſius mulieris, ut arbitror; quam ſupra Nazianzeni Carmine una cum Euſebio laudatam vidimus. Ad hunc eumdem Georgium fortaſſe conſcripta fuit Poëtae noſtri Epiſtola CLXXXII.

Πέμψας. *Obtuliſti*. Ita ſcriptum in Cod. Mediceo. Ambroſianus verò habet πέμψεν *obtulit*. Rectè utrumque. *Georgii corpus* heic idem eſt, ac *Georgius*, cui propterea ὅς ſequens convenit.

Ὡ'ς βίοτον. *Ut vitam*. Baſiliſſam ait commune cum Georgio ſepulcrum habere, & communem in Coelis vitam; ſeu mavis, ita poſt mortem fratri ſuo conjunctam in tumulo eſſe, uti vivens illi mente conjuncta fuerat.

Εἰς Εὐπράξιον.

Χώρης τῆσδ' ἱερῆς Εὐπράξιον ἀρχιερῆα
Ἥδ' Ἀριανζαίη χθὼν μεγάλη κατέχω,
Γρηγορίοιο φίλον, καὶ ἥλικα, καὶ συνοδίτην:
Τοὔνεκα καὶ τύμβου γείτονος ἠντίασεν.

In Eupraxium. LI.

Hujus ſacrae Provinciae Eupraxium Pontificem
Magna tellus Arianzaea complector,
Gregorii amicum, aetate parem, ac Synoditam:
Propterea tumulum etiam vicinum conſequutus eſt.

NOTAE.

Gregorio noſtro, niſi malis Gregorio patri, intima familiaritate conjunctus fuerat Eupraxius in quadam Cappadociae Civitate Epiſcopus. Aetas eadem, & commune Monaſticae diſciplinae ſtudium amborum animos tam arcta neceſſitudine devinxerat. Quare quum Eupraxius ruri cum Nazianzeno ageret, morbo correptus è vivis abiit. Mortuum amicum Gregorius Arianzi in pago, ubi tum degebat, ſepulcro donavit, ejuſque tumulum his verſibus exornavit.

Ἀριανζαίη. *Arianzaea.* Graecus Nazianzeni Scholiaſtes Nicetas haec in Argum. Orat. XV. ex verſione Billii habet; *Tiberinae regionis, in qua natalitius ipſius* (Gregorii Theologi) *Arianzi pagus ſitus erat, fruges jam maturae grandine percuſſae fuerant.* Quum verò ex pluribus vetuſtis Auctoribus, uti ex ipſius quoque Gregorii ſcriptis, manifeſtum ſit, Poëtam noſtrum Nazianzenae Urbis civem fuiſſe, eamque ab ipſo patriam ſuam appellari: *Arianzum* cum doctiſſimis viris Hermantio in Gregorii noſtri Vita, & Daniele Papebrochio in Adnot. ad ejus Vitam die 9. Maji, arbitror, pagum Nazianzo ſubjectum, ac penè ſuburbanum fuiſſe. Ibi forſitan Gregorius, & Nonna ejus parentes ruſticabantur, quum Poëta noſter natus eſt, atque idcirco *Arianzum* à quibuſdam Nazianzeni patria nuncupatur. Certe ibidem praedium poſſidebat Gregorius, illudque in Teſtamento ſuo vocat *praedium Arianzenum, quod ex Rhegini*

bonis

bonis ad ſe pervenit. Male in Graeco hoc Teſtamento Briſſonius Lib. VII. de Formul. legit κτῆμα ἐν Ναζιαν. *praedium Nazianzenum*, quum ſcribendum ſit ex fide Codicum ἐν Α'ριάνζῳ. Haec autem omnia mirè illuſtrantur ex iis, quae referuntur in Synodo Oecum. V. ſeu Conſtantinopolitana II. Collat. V. ubi ex Epiſtola ad Theodorum Mopſueſtenum à Gregorio noſtro, ut nonnullorum opinio ferebat, haec ſcripta leguntur. *Debes Sanctis Martyribus annualem honorem, quem in tuis Arianzis ſolemniter celebramus*. Quae verba ita ibi explicantur: *Adhortatur ad Martyrum feſtivitatem pervenire, quae in Arianzis, praedio ejuſdem S. Gregorii, celebratur, &c. Arianza verò praedium eſt ſub Nazianzo*. Infra haec adduntur ab Euphrata Epiſcopo Tyanenſi: *Arianzus quidem praedium eſt, unde ortus fuit idem ſanctae memoriae Gregorius ſub Nazianzo conſtitutus*. Ac tandem in haec verba loquitur Theodoſius Juſtinianopoleos Epiſcopus: *Sub mea gubernatione modò eſt Dobara, & Nazianzus, ſub qua Nazianzo, & Arianzos praedium conſtitutum eſt*. Non alium autem locum, quàm Arianzum, ſelegit Nazianzenus, poſtquam Conſtantinopolitano Epiſcopatu ſe abdicavit, ut reliquum vitae ſolitudini, rerumque coeleſtium contemplationi ſacraret. Illic tumulo quum traditus fuiſſet Eupraxius, hinc *magnam* Poeta, ſeu *illuſtrem* appellat Arianzaeam tellurem.

Συνοδίτην. *Synoditam*. Qui fuerint Gregorii Theologi aevo Synoditae, ſatis prodit Lex LVII. Lib. XI. Cod. Theodoſ. Tit. de Appellat. ab Imperatoribus Theodoſio, Arcadio, ac Honorio promulgata Anno 398. Ea ſic ſe habet: *Addictos ſupplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli Clericorum vel Monachorum (eorum etiam, quos Synoditas vocant) per vim, atque uſurpationem vindicare liceat, ac tenere*. Pro hac voce in eodem Codice Theodoſiano Leg. XVI. Lib. IX. Tit. de Poenis, ubi Lex eadem repetitur, *Coenobitas* uſurpari animadvertas. Horum etiam mentio habetur in Collect. Conſtit. Eccleſiaſt. ex Lib. I. Codicis Juſtinianaei in Paratitlis ad Tit. III. pàg. 1266. & pag. 1270. Item Tit. V. pag. 1273. quae tamen omnia memoratae Legis Theodoſianae ſunt explicationes. Certum itaque eſt, Synoditas non alios fuiſſe, quàm Monachos; ac propterea Gennadius in Lib. de Script. Eccleſ. in Evagrio haec ſcribit: *Compoſuit Coenobitis, & Synoditis doctrinam aptam vitae communi*. Socrates verò Lib. IV. Cap. XXIII Hiſt. Eccleſ. memorat τὰς ἐν κοινοβίοις, ἢ συνοδίοις Μοναχούς. *Monachos Coenobitas, aut Synoditas*. Igitur Coenobitarum ac Synoditarum nomina, niſi

unum,

unum, certè parùm diverſum Monaſticae vitae genus deſignabant. Poſtremo autem nomine, ut arbitror, ii donabantur, qui vitae communis inſtitutum amplexi in una, eademque domo, aut eremo, ſimul degebant. Reliqui verò propriè appellabantur *Monachi*, qui nulli forſitan Archimandritae ſuberant. Accurſius, & Pancirolus, aliique Leguleji, vocabuli hujus ſenſum minimè ſunt aſſequuti. Quibus ex rebus diſcimus, Eupraxium Epiſcopatus ſplendorem Monachiſmi gloria amplificaſſe.

Τύμβυ γείτονος. *Sepulchrum vicinum*. Cur vicinum Eupraxii tumulum Gregorius vocet, eam fuiſſe cauſſam arbitror, quod nempe ſibi quoque eodem in loco ſepulcrum paraverat, aut deſtinaverat. Id etiam ſignificare velit, quod ſibi tunc in Arianzaeo pago agenti, vicinus ſemper Eupraxii tumulus erat.

Εἰς Καισάριον.

ΣΧέτλιος ἐςιν ὁ τύμβος: ἔγωγε μὲν ὔποτ' ἐώλπην,
    Ὥσπρα κατακρύψῃ τὺς τυμάτυς προτέρυς.
Αὐτὰρ ὅ Καισάριον ἐρικυδέα ὗια τοκήων
    Τῶν προτέρων πρότερον δέξατο: ποία δίκη;
Οὐκ ἔςθ' ὁ τύμβος αἴτιος: μὴ λοιδόρει:
Φθόνυ τόδ' ἐςιν ἔργον. Πῶς δ' ἤνεγκεν ἂν
Νέον γερόντων εἰσορᾷν σοφώτερον;

In Caeſarium. LII.

INjuſtus eſt hic tumulus. Equidem nunquam timui,
    Ut natu poſteriores heic à prioribus conderentur.
Sed iſte Caeſarium valdè illuſtrem filium parentibus
    Prioribus prius excepit. Qualis haec juſtitia?
Non eſt tumulus in cauſſa. Ne convitiis onera.
Sed Invidiae facinus eſt. Quomodo verò ea ſuſtinuiſſet
Juvenem ſenibus cernere ſapientiorem?

NOTAE.

CAeſarium fratrem, celeberrimum in terris virum, at quod praeſtabilius eſt, Coelitum albo inſcriptum, Carmine iſto, atque ſequentibus commendat Gregorius, rebuſque humanis defunctum luget.

get. Publica Oratione, quae inter ejus Opera eſt decima, dilectiſſimum fratrem laudaſſe non contentus Theologus, verſibus etiam tumulum ſepulti exornat. Multus in his dolor, multa Caeſarii laus, multaeque medio in luctu Charites. Nos ſingillatim univerſa expendemus.

Σχέτλιος. *Injuſtus.* In hoc primo Epigrammate Dialogus exhibetur inter Gregorium Epiſcopum, Caeſarii nempe, ac Theologi patrem, & Sepulcrum, ubi ejuſdem Caeſarii oſſa condita fuerant. Poëtica venuſtate conqueritur Gregorius, quòd *Caeſarium inclytum filium*, naturae turbato ordine, ſibi praemortuum tumulus injuſtè abſcondat. Hic verò Jambicis verſibus Gregorio reſpondet, ſeque excuſat. Hoc enim, inquit, non meum, ſed *Invidiae*, ſeu *invidi Fati* facinus eſt, à quo ferri diutius non poterat adoleſcens ipſis ſenibus praeſtantior.

Οὐκ ἔϛθ' ὁ τύμβος αἴτιος. *Non eſt tumulus in cauſſa.* Metrum diverſum indicare videtur Epigramma diverſum. Sed quia imperfectum hoc foret, omnia conjungere placuit. Haec autem verba ſi quiſquam contendat, non à tumulo, ſed ab alio quopiam pronunciata, me contradicentem non habebit.

Ἄλλο.

Γρηγόριε, θνητῶν μὲν ὑπείροχον ἔλλαχες υἷα
  Κάλλεϊ, καὶ σοφίῃ, καὶ Βασιλῆϊ φίλον.
Κρείσσονα δ' οὐκ ἔτι πάμπαν ἀπηλεγέος θανάτοιο
  Οὐ μὴν ᾠιόμην. Ἀλλὰ τί φησι τάφος;
Τέτλαθι: Καισάριος μὲν ἀπέφθιτο: ἀλλὰ μέγιϛον
  Υἱέος εὖχος ἔχεις, υἱέος ἀντὶ φίλου.

ALIUD. LIII.

O Gregori, mortalium quidem ſortitus es filium praeſtantiſſimum
  Forma, & ſapientia, & Imperatori carum.
Fortiorem verò crudeli morte profectò
  Nequaquam arbitrabar. Sed quid ait Sepulcrum?
Suſtine. Caeſarius quidem interiit; ſed maximam
  Filii gloriam habes pro dilecto filio.

N O T A E.

PAtrem alloquitur Poëta, aut quiſquam alius. Tum Caeſarii tumulum loquentem inducit.

Ἦ μὴν. *Profectò*. Particula jurandi, eadem ac ἀμὴν. Amen & ipſa jurandi particula eſt, & idem ac μὰ τὴν ἀλήθειαν. Et in Codicibus quidem Ambr. & Med. ἦ μὴν legitur; at in Regio Pariſienſi οὐ μὴν. Quae lectio ſi magis placeat, referendum erit ad Gregorium patrem illud οὐ μὴν ᾠόμην, ut dicat: *certe filium non arbitrabar Morte validiorem*. Tum reſpondet Sepulcrum, patrem ſolando, quod pro filio ſublato ingentem ejus gloriam ſuperſtitem habeat.

Ἄλλο.

Ὥριοι ἐς τάφον ἦμεν, ὅτ' ἐνθάδε τοῦτον ἔθηκαν
　　Λᾶαν ἐφ' ἡμετέρῳ γήραϊ λαοτόμοι.
Ἀλλ' ἡμῖν μὲν ἔθηκαν. ἔχει δέ μιν οὐ κατὰ κόσμον
　　Καισάριος, τεκέων ἡμετέρων πύματος.
Ἔτλημεν πανάποτμα, τέκος, τέκος: ἀλλὰ τάχιςα
　　Δέξαι ἐς ἡμέτερον τύμβον ἐπειγομένους.

A L I U D. LIV.

MAturi ſepulcro eramus, quum heic poſuere iſtum
　　Lapidem ſenectuti noſtrae lapicidae.
Illum nobis quidem poſuere; ſed ipſum, non ut decebat,
　　Habet Caeſarius filiorum noſtrorum noviſſimus.
Miſerrima toleravimus, fili, fili. Verùm celerrimè
　　Excipe in tumulum noſtrum nos properantes.

N O T A E.

SErmonem, gemitumque proſequuntur Gregorius, & Nonna, Caeſarii parentes grandaevi. Sibi adhuc viventibus tumulum paraverant. Verum praemortuus Caeſarius in illo compoſitus fuerat.

Πύματος. *Noviſſimus*. Tres filios ante Epiſcopatum è conjuge Nonna ſuſceperat Gregorius Nazianzi Epiſcopus, quos omnes ſanctitas mira commendavit, Gregorium videlicet noſtrum, cognomento

Theo-

Theologum, Caeſarium, de quo heic ſermo, & Gorgonium, ſive Gorgoniam. Nemini dubium eſt, quin fratre Caeſario ſenior Theologus fuerit, ſiquidem illum Caeſarius veluti parentem colebat. Dubitatum porro eſt, Gorgonia ſorore ſenioreſne, an juniores Gregorius, & Caeſarius fuerint. Et quidem Baronius in Theologi Vita Gorgoniam fratribus aetate priorem opinari videtur. Papebrochius verò in Notis ad caput primum ejuſdem Vitae *vel minimam natu fuiſſe, vel inter Gregorium, & Caeſarium mediam* ſcribit. Nunc ſaltem diſcimus, ultimum natorum, hoc eſt reliquis juniorem, Caeſarium fuiſſe. Id etiam è Gregorii Oratione X. in fine probari poteſt.

Ἔτλημεν. *Toleravimus*. In Ambr. Cod. ſcriptum eſt ἔτλη μὲν. Potior viſa eſt Regii Codicis lectio, quae utramque vocem conjungit. In illo tamen vox τέκος ſemel tantùm legitur, verſu inde claudicante. At in noſtro concinnè repetitur, atque emphaticè.

Ἄλλο.

Τόνδε λίθον τοκέες μὲν ἑὸν τάφον ἐστήσαντο,
Ἐλπόμενοι ζωῆς μοῖραν ἔχειν ὀλίγην,
Καισαρίῳ δ' υἱῆϊ πικρὴν χάριν οὐκ ἐθέλοντες
Δῶκαν, ἐπεὶ πρότερος τοῦδ' ἐλύθη βιότου.

ALIUD. LV.

Lapidem hunc parentes quidem ſibi in ſepulcrum conſtituerant,
Sperantes, ſe vitae ſortem habituros brevem.
Verùm Caeſario filio acerbam gratiam, nolentes,
Praeſtitere; nam is prior ab hac vita ſolutus eſt.

NOTAE.

Ingemunt adhuc Caeſarii parentes, ſuamque ſortem dolent; quòd nempe nolentes, atque inſcii filio tumulum pararint, in quo ſe brevi condendos eſſe ſperabant.

Ἐλύθη. *Solutus eſt*. Corruptè in Cod. Ambr. legebatur ἐλίθη, niſi fortaſſe υ cum θ connexum parum attentè legerim. Codicem idcirco Pariſienſem ſequutus ſum. Codex Med. habet τοῦδε λύθη.

Ἄλλο.

ΓΗ῏ρας ἐμὸν δήθυνεν ἐπὶ χθονί: ἀντὶ δὲ πατρὸς
Λᾶαν ἔχεις, τεκέων φίλτατε Καισάριε.
Τίς νόμος; οἷα δὲ κη; θνητῶν ἄνα, πῶς τόδ' ἔνευσας;
Ὢ μακροῦ βιότου, ὢ ταχέος θανάτου.

ALIUD. LVI.

SEnectus mea diu manſit ſuper terram. Pro patre verò
Sepulcrum habes, filiorum cariſſime Caeſari.
Quae lex? qualis juſtitia? ò hominum Rex, quei hoc permiſiſti?
O longam vitam! ò celerem mortem!

NOTAE.

GRegorius Caeſarii pater praereptum ſibi filium dolens inducitur. Poëtica elegantia ad ſupremam rerum cauſſam gemitus, & querimonias convertit. Inde Epigramma ingenioſa iſta exclamatione concludit: O longam vitam (ſcilicet meam) ò celerem mortem (ſcilicet filii.)

Ἔχεις. *Habes*. In Cod. Med. eſt ἔχειν. Quod ſi placeat, ſententia continuanda cum ſequenti verſu.

Ἄλλο.

ΟΥ῏κ ἄγαμ', οὐκ ἄγαμαι. δῶρον τόδε τύμβον ἐδέξω
Μοῦνον ἀπ' ἡμετέρων, Καισάριε, κτεάνων.
Γηραλέων τοκέων πικρὸν λίθον. ὁ φθόνος οὕτως
Ἤθελεν. ὢ ζωῆς πήμασι μακροτέρης.

ALIUD. LVII.

NOn laudo, non probo. Donum hoc tumulum accepiſti
Unum è noſtris, Caeſari, poſſeſſionibus.
O ſenum parentum triſtem lapidem! Invidia ita
Voluit. O vitam propter calamitates diuturnam.

NO-

NOTAE.

OΥ'κ ἄγαμαι. *Non laudo.* Horum verſuum ſenſus talis mihi videtur. O Caeſari, inquit Gregorius pater, tumulum hunc tibi dono dedi, quam unam rem poſt mortem poſſidere debebam. Non probo, non laudo munus. Nobis eripuiſti, quod ſpe nunc poſſidebamus, quod oſſibus noſtris brevi ante te poſſeſſuri eramus.

Α'λλο.

ΠΑ͂σαν, ὅση σοφίη λεπτῆς φρενὸς ἐν μερόπεσσι
Α'μφὶ γεωμετρίην, καὶ θέσιν ὀρανίων,
Καὶ λογικῆς τέχνης τὰ παλαίσματα, γραμματικήν τε,
Η῎δ' ἰητορίην, ῥητορικῆς τε μένος,
Καισάριος πτερόεντι νόῳ μοῦνος καταμάρψας,
Αἶ αἶ πᾶσιν ὅμως νῦν κόνις ἐς' ὀλίγη.

ALIUD. LVIII.

OMnem, quaecumque eſt, ſapientiam inter homines ſubtilis mentis,
Omnem circa Geometriam, Coelorumque poſituram,
Et omnes Logicae colluctationes, Grammaticamque,
Aut Medicinam, Rhetoricaeque vim,
Caeſarius mente velociſſima quum ſolus comprehendiſſet,
Eheu aequa cum omnibus ſorte nunc cinis eſt exiguus.

NOTAE.

ARtes varias, & diſciplinas, quibus operam Caeſarius dederat; heic habes. Et quod eſt ad Geometriam, ac Aſtronomiam, audi Gregorium ipſum in Orat. X. de funere Caeſarii in haec verba loquentem: Γεωμετρίας μένγε, καὶ Α'ςρονομίας, καὶ τῆς ἐπικινδύνυ τοῖς ἄλλοις παιδεύσεως, ὅσον χρήσιμον ἐκλεξάμενος &c. *Atque ex Geometria quidem, & Aſtronomia, & doctrina aliis periculoſa quum quidquid utile erat collegiſſet &c.* Proſequitur verò in eadem Oratione Theologus, atque Arithmeticam, Medicinamque Artes Caeſario ita perſpectas fuiſſe affirmat, ut nemo ita ineptus, ac pervicax foret, qui ſecundas illi daret, ac non benè ſecum agi duceret, ſi proximum Caeſa-

Caeſario numerum obtineret, primaſque inter ſecundos ferret. Caeterum ſub Caeſarii noſtri nomine circumferuntur publicis ſaepè typis editi Dialogi quatuor, in queis abditiſſima Theologiae arcana pertractantur. Non eſſe tamen hunc foetum S. Caeſario tribuendum, complurium eruditorum, puta Bollandi ad diem XXV. Februarii in ejus Vita, Dupinii, Cave &c. ſententia eſt. Nam, inquiunt ii, cur Gregorius ejus frater ſingulas Caeſarii laudes, Arteſque omnes, quibus inſtructus fuerat, diligenter enumerans, Theologiae ſtudiis vel leviter imbutum ipſum fuiſſe, nunquam pronunciavit? Quorſum Hieronymus in Lib. de Script. Eccleſ. Caeſarium omiſiſſet, Nazianzeni praeceptoris olim ſui fratrem, ſiquidem is tam eruditi Operis Auctor fuiſſet? Quod igitur in reliquis Gregorii de Caeſario ſcriptis animadverterunt doctiſſimi viri, id ego in his Carminibus clariùs etiam conſidero. Geometriae, Aſtronomiae, Logicae, Grammaticae, Medicinae, ac Rhetoricae mentionem Gregorius facit, quibus Caeſarius vacaverat: cur, ſi Theologiae quoque operam dedit, de illa ne verbum quidem habet? Quis ergo non videat, levibus illos argumentis niti, qui Caeſario noſtro Dialogos hoſce adjudicant? Diſſimulandum tamen non eſt, Lambecium in Tom. IV. Bibliothecae Caeſareae Codice 107. eruditam hac de re diſquiſitionem inſtituiſſe, ubi non abjudicandos Caeſario Dialogos iſtos omnibus nervis contendit. Potior fortaſſe ratio in iis Nazianzeni verbis eſt ſita, quibus de Caeſario agens memorat *τὺς περὶ ἀληθείας ἀγῶνας, καὶ λόγυς, ὓς πολλάκις, καὶ πρὸς πολλὺς συνεςήσατο, ὐ λογικῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐυσεβῶς τε, καὶ διαπύρως. Certamina, quae pro Veritate* (hoc eſt pro Fide Chriſti) *ſuſcepit, & SERMONES, quos multos, & frequentes, & cum multis habuit, non argutos ſolum, ſed etiam admodum pios, & ardentes.* Certè haec ita quaeſtionem incertam, dubiamque faciunt, ut Caeſarium Dialogorum illorum Auctorem ſuſpicari non temere quis poſſit.

Ἄλλο.

ΠΆντα κασιγνήτοισι τεοῖς λίπες, ἀντὶ δὲ πάντων
Τύμβον ἔχεις ὀλίγον, κύδιμε Καισάριε.
Ἡ δὲ Γεωμετρίη, καὶ ἀςέρες, ὧν θέσιν ἔγνως,
Ἥ τ᾽ ἰητορίη, ὐδὲν ἄκος θανάτυ.

ALIUD.

ALIUD. LIX.

OMnia fratribus tuis dereliquiſti, & pro omnibus
Tumulum habes exiguum, illuſtris Caeſari.
Geometria verò, & Aſtra, quorum poſituram noviſti,
Et Medicina, remedium nullum mortis attulere.

NOTAE.

TΕοῖς. *Tuis*. In Cod. Ambr. legebatur *νέοις*, h. e. *juvenibus*. Diu vox iſta me torſerat, quippe Caeſario ſenior erat Gregorius noſter, & grandem jam attigerat aetatem. Opem tulit Codex Regius, in quo *τεοῖς* habetur.

Ἄλλο.

ΚΑ'λλιμον ἐν πάτρης σε, μεγακλέα, τηλεφανῆ τε,
Ἄκρα φέροντα πάσης, Καισάριε, σοφίης,
Πέμψαντες Βασιλῆϊ τὸν ἔξοχον ἰητήρων,
Φεῦ κόνιν ἐν Βιθυνῶν δεξάμεθ' αὖτε πέδου.

ALIUD. LX.

PUlchrum è patria te, inclytum, conſpicuumque,
Omnis ſapientiae primas, Caeſari, ferentem,
Quum miſiſſemus ad Imperatorem, Medicorum praeſtantiſſimum;
Heu cinerem è Bithyniae ſolo te rurſum ſuſcepimus.

NOTAE.

THλεφανῆ. *Conſpicuum*. Ita in Pariſienſi Codice. In Ambr. habetur *τῆλε θάνοντα*, h. e. *procul à patria mortuum*. Cur priorem lectionem lubentius retinuerim, in cauſſa fuit magis concinnus ſenſuum ordo. Non enim ſeceſſum è patria, tum obitum, deinde gloriam, inde Medici munus à Caeſario geſtum, ac iterum ejus mortem commemorari ſatis eleganter arbitror. Cod. Med. habet *τηλεθέοντα*, pro quo ſuſpicatur Salvinius legendum *τῆλοθ' ἐόντα*.

Φέρον-

Φέροντα πάσης. Quum circumflexum accentum amet dictio πᾶσα, notavit Boivinius, metrum ſibi non coſtare, ac legendum fortaſſe ἄκρα φέρων πάσης, &c. ut ſit conſtructio: ὦ Καισάριε φέρων ἄκρα πάσης σοφίης, *ò Caeſari, qui culmen totius ſapientiae attigeras*. Attamen quum in omnibus Codicibus MSS. φέροντα legatur, mutare non auſim, & praecipuè quum ſuperioribus accuſandi caſibus medius cohaerere videatur. Graecorum autem Poetarum quae ſit libertas in corripiendis vocalibus natura longis, ſexcenta oſtendunt exempla, & praecipuè apud Gregorium, qui heic etiam corripit ſecundam in Βιθυνῶν ab aliis productam. Gregorius quidem Helleniſmi auctor conſpicuus; ſed quid vetat originis vitio nonnunquam ad aliquem Cappadociſmum trahi? Inſignis hanc in rem eſt locus Philoſtrati Lib. II. de Vit. Sophiſt. Inquit enim de Pauſania Sophiſta Caeſareae Cappadociae, ipſum Extemporaneè loquentem *producenda breviaſſe, brevianda produxiſſe, ita ut coquus à multis appellaretur*.

Ἔξοχον ἰητήρων. *Medicorum praeſtantiſſimum*. Conſtantius Imperator, ubi ſingulares ingenii dotes, quibus Caeſarius reliquis praeſtabat, animadvertit, illum in Aulam accerſitum Medicis Palatinis accenſuit, ſuorumque amicorum in numero habuit. Haec in Orat. X. narrat Gregorius: Τάττεται μὲν γὰρ τὴν πρώτην ἐν ἰατροῖς τάξιν, τοῖς φίλοις τοῦ Βασιλέως εὐθὺς ἀριθμούμενος τὰς μεγίστας καρποῦται τιμάς. *Primum ſtatim inter Medicos dignitatis locum obtinuit, atque in amicorum numero apud Imperatorem habitus, ampliſſimis bonoribus affectus eſt*.

Ἐκ Βιθυνῶν. *E Bithyniae ſolo*. Caſtigatiùs in MS. Ambr. habetur hic verſus, quàm in Regio, ubi legitur: ἐκ Βιθυνῶν δεξάμεθά σε πέδου. Quaeſtoris munere, ſive Theſaurorum Praefectura ornatus ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis fuerat S. Caeſarius, atque ideò Bithyniam incolebat. Illic igitur degentem acerba mors rapuit. Inde verò aſportati Nazianzum cineres. Quapropter à ſententia Baronii diſcedendum videtur, qui in Annal. ad A. C. 368. ait: *Obiit verò Caeſarius in patria &c. Mortuus eſt, inquam, apud Sanctos parentes Gregorium Epiſcopum, atque Nonnam, eorumdemque pio funere ſepultus*. Bollandus verò in S. Caeſarii Vita die 25. Febr. haec ſcribit: *Ubi porro mortuus ſit Caeſarius noſter, nuſquam exprimitur*. Carminum horum beneficio conſtare nunc poteſt, ubi è vivis Caeſarius exceſſerit, nempè dum in Bithynia ageret. Certè extra patriam id illi accidiſſe Gregorius ipſemet in Carm. de Vita ſua ſignificare videtur, quum ait de Caeſario; ἐν ἀρχῇ μέσῃ θνήσκει. *in medio munere*

nere moritur. Quibus perſpectis, Codicis Ambroſiani lectio ſuperiùs neglecta, potior nunc cenſeri poſſit, ubi fratrem τῆλε θανόντα, *procul à patria extinctum*, verbis diſertis refert.

Α῎λλο.

ΣΕισμῶν μὲν κρυερῶν ἔφυγες ςονόεσσαν ἀπειλὴν,
Ἡνίκα Νικαίης ἄςυ μίγη δαπέδῳ.
Νύσῳ δ' ἀργαλέῃ ζωὴν λίπες. ὦ νεότητος
Σώφρονος. ὦ σοφίης, κάλλιμε Καισάριε.

ALIUD. LXI.

HOrridorum terrae motuum effugiſti funeſtas minas,
Quum Nicaena Civitas ſolo aequata fuit;
Morbo verò crudeli vitam deſeruiſti (ò juventutem
Temperatam! ò ſapientiam!) optime Caeſari.

NOTAE.

NΙκαίης ἄςυ. *Civitas Nicaena*. Auctor eſt idem Gregorius in Orat. X. Caeſarium feliciter evaſiſſe ruinas, quibus Nicaeam, praecipuam Bithyniae urbem, ingens terrae motus impleverat. Eadem nunc repetit. Quo autem Anno urbis illius calamitas contigerit, à S. Hieronymo diſcimus, qui in Chronico ad Annum quinctum Valentiniani, ac Valentis haec narrat: *Nicaea quae ſaepè ante corruerat, terrae motu eſt funditus everſa*. In eandem ſententiam loquitur Socrates Lib. II. Cap. X. Hiſt. Eccleſ. *Valentiniano*, inquit, *ac Valente II. Coſſ. V. Id. Octobris terrae motus in Bithynia factus Nicaeam urbem deturbavit*. Erat hic vulgaris Epochae Annus 368. Quum verò addat Gregorius, Caeſarium ope divina tantae cladi ereptum, vim poſteà ingruentis morbi ſuſtinere non potuiſſe, veri videtur ſimile, ejus mortem An. Ch. 369. contigiſſe, ut Baronius, Bollandus, aliique praeclariſſimi Scriptores opinantur.

Ἄλλο.

ΓΡηγορίȣ, Νόννης τε θεȣδέος ῦια φέριστον
Τύμβος ὅδ᾽ εὐγενέτην Καισάριον κατέχω,
Ἔξοχον ἐν λογίοισιν, ὑπείροχον ἐν Βασιλῆος,
Ἀστεροπὴν γάιης πείρασι λαμπομένην.

ALIUD. LXII.

GRegorii, Nonnaeque piae praeſtantiſſimum filium
Tumulus, quem videtis, nobilem Caeſarium complector,
Eximium in oratione, eminentem in Imperatoris Aula,
Et fulgur ad terrae fines uſque ſplendens.

NOTAE.

PRo *κατέχω* Med. Codex habet *κατέχων*. Pro ἐν λογίοισιν Pariſienſis legit ἐν λογίοις, καὶ ὑπείροχον.

Ἐν Βασιλῆος. *In Imperatoris*. In hanc lectionem MSS. omnes conſentiunt. Quamobrem ſubintelligo ἐν αὐλῇ, *In Aula*.

Ἄλλο.

ΚΑισαρίȣ φθιμένοιο, κατήφησαν Βασιλῆος
Αὐλαί. Καππαδόκαι δ᾽ ἤμυσαν ἐξαπίνης.
Καὶ καλὸν εἴτι λέλειπτο μετ᾽ ἀνθρώποισιν, ὄλωλεν:
Οἱ δὲ λόγοι σιγῆς ἀμφεβάλοντο νέφος.

ALIUD. LXIII.

CAeſario extincto, dolore correpta eſt Imperatoris
Aula. Cappadoces verò ſtatim cecidere animis.
Et pulchrum ſi quid ſuperfuerat inter homines, periit;
Sermones verò ſilentii nube involuti ſunt.

NO-

Digitized by Google

NOTAE.

DOlorem nimium in fratris morte conceptum lugubribus hiſce imaginibus exprimit Gregorius; dolentibus enim, omnia ſecum dolere videntur. Quum autem ait, *ſermones ſilentii nube involutos*, Eloquentiam, ſive Rhetoricam intellige, quae unà cum Caeſario viro eloquentiſſimo periiſſe videbatur.

Ἄλλο.

Εἴ τινα δένδρον ἔθηκε γόος, καὶ εἴ τινα πέτραν:
 Εἴ τις καὶ πηγὴ ῥεῦσεν ὀδυρομένη:
Πέτραι, καὶ ποταμοὶ, καὶ δένδρεα λυπρὰ πέλοισθε,
 Πάντες Καισαρίῳ γείτονες, ἠδὲ φίλοι.
Καισάριος πάντεσσι τετιμένος, εὖχος ἀνάκτων,
 Αἲ αἲ τῶν ἀχέων, ἤλυθεν εἰς ἀΐδην.

ALIUD. LXIV.

SI quem in arborem, ſi quem in lapidem dolor commutavit,
 Et ſi quis fons lugens fluxit,
Lapides, & fluvii, & arbores moeſtae facti eſſetis,
 Omnes quicumque Caeſario propinqui, & amici eſtis.
Caeſarius, ab omnibus honoratus, Auguſtorumque votum,
 Heu, heu, proh dolor, ivit ad Inferos.

NOTAE.

Εἴ τινα. *Si quem*. Ad fabulas Poëtarum alludit, inquiens: Si quem hominem luctus effecit arborem. Si quis in lapides, ſi quis in fontes converſus eſt prae nimio dolore: Caeſarium lugeat. Pro πέτραν Cod. Med. habet πέτρην. Pro πηγὴ, πήγην. Quod ultimum ita verti poſſet: *Si qua in fontem fluxit triſtata.*

Ἄλλο.

Χεὶρ τάδε Γρηγορίοιο. χάςιν ποθέων τὸν ἄριςον,
    Κηρύσσω θνητοῖς τόνδε βίον ςυγέειν.
Καισαρίω τίς κάλλος ὁμοῖιος ἢ. τίς. ἁπάντων
    Τόσσος ἐὼν τώσσης εἷλε κλέος σοφίης;
Οὔτις ἐπιχθονίων. ἀλλ᾽ ἔπτατο ἐκ βιότοιο,
    Ὡς ῥόδον ἐξ ἀκανθῶν. ὡς δρόσος ἐκ πετάλων.

ALIUD. LXV.

Manus haec Gregorii. Fratrem optimum deſiderans,
    Denuncio mortalibus, ut hanc vitam odio habeant.
Caeſario quis forma par? quiſve è cunctis hominibus,
    Ea aetate, tantae gloriam ſapientiae obtinuit?
Nemo terreſtrium. Nihilominus iſte avolavit è vita,
    Tanquam è ſpinis roſa, ceu ros ex arborum foliis.

NOTAE.

Χεὶρ τάδε Γρηγορίȣ. *Manus haec Gregorii*, ſupple, *ſcripſit*. Ita & Theognis nomen ſuum verſibus ſuis inſeruit. Fecit iterum Gregorius ipſe in Carm. *ad Sacerdotes Conſtantinopolis*, & alibi. Heic autem exemplo Caeſarii ſingulis mortalibus ſuadet, ut vitae hujus caducae amorem ponant, quando corporis venuſtas, animique ſapientia prohibere non potuerunt, quominus citò à morte Caeſarius ſurriperetur.

Ποθέων. *Deſiderans*. Ita legitur in Codicibus Ambr. & Med. Pariſienſis habet ποθέοντος ἄριςον: quae etiam lectio ſuſtineri poteſt. Subſequitur κηρύσσω in eodem Cod. Pariſ. melius profectò, quàm in Ambr. ubi κηρύσσων.

Ἐξ ἀκανθῶν. *E ſpinis*. In Codicibus Ambr. & Regio legitur ἐξ ἀνθέων, *è floribus*: quod parum elegantiae habet; nam reliqui ferme flores, non ſecus ac roſa, citò pereunt. Placuit igitur lectio Codicis Medicei, ubi ἐξ ἀκανθῶν, *è ſpinis*. Durum fortaſſe videatur, quòd ſyllaba ſecunda hujus vocabuli brevietur; ſed Graeci plures quàm Latini liquidas habent, & hujus licentiae exempla non pauca occurrunt. Quod ſi legere malis ἐξ ἀνθέων: Dic, Gregorium hoc lo-

co ſi-

eo ſignificare tantùm velle pulchritudinem Caeſarii comparatione Roſae *inter flores*, ſimulque brevitatem ejus vitae.

Ἄλλο.

ΓΕίτονες εὐμενέοιτε, καὶ ἐν κόλποισι δέχοισθε
Μάρτυρες ὑμετέροις αἷμα τὸ Γρηγορίȣ,
Γρηγορίȣ, Νόννης τε μεγακλέος, εὐσεβίητε,
Καὶ τύμβοις ἱεροῖς εἰς ἓν ἀγειρομένȣς.

ALIUD. LXVI.

PRopinqui Martyres ſitis propitii, & ſinu excipite,
Martyres, veſtro, prolem Gregorii,
Gregorii, & Nonnae inclytae, tum pietate,
Tum ſacris tumulis in unum collectos.

NOTAE.

SAnctos Martyres Gregorius alloquitur, eoſque rogat, ut Caeſarium benignè excipiant, ac foveant; ut enim alibi animadvertimus, Chriſtianorum cineres apud SS. Martyrum ſepulcra perquam religiosè componi ſolebant.

Ὑμετέροις. *Veſtris*. Vitiatus heic aliquantulum eſt Ambr. Codex; nam pro ὑμετέροις habet ὑμετέρης; pro τύμβοις verò habet τύμβος. Opem tulit Pariſienſis Codex.

Ἀγειρομένȣς. *Collectos*. In Ambr. & Regio Codicibus ita legitur. Quae lectio ſi germana eſt, τὸ ἀγειρομένȣς referendum erit ad αἷμα Γρηγορίȣ, Νόννης τε, *ſanguinem*, ſive *prolem Gregorii*, & *Nonnae*, ut ſit plurale participium cum nomine collectivo copulatum. Sed mihi parum arridet haec dicendi formula, atque illius exempla deſiderarem. Deinde cur plurali numero Poëta utatur? Num alios affines unà cum Caeſario in eadem urna ſepultos ſignificat? At heic de Caeſario tantùm eſt ſermo, qui verè *Gregorii*, & *Nonnae proles* erat. Quamobrem mihi placeret legere ἀγειρόμενοι, *collecti:* quae vox pertineret ad Martyres, & ad Caeſarium in unum collectos, ſive conjunctos, tum propter pietatem, tum propter ſacratos tumulos. Nicolao Comnino videtur legendum ἀγειρομένοις, ut referatur ad τύμβοις, & Gregorius ac Nonna inclyti ſint etiam ob collectos in unum tumulos ſacros.

Ἄλλο.

Κλῦθι, Ἀλεξάνδρεια: Φιλάγριος ὤλεσε μορφὴν
  Τῆς λογικῆς ψυχῆς οὔτι χερειοτέρην.
Καισάριον δὲ νέον φθόνος ἥρπασεν. οὔποτε τοῖα
  Πέμψεις εὐίπποις ἄνθεα Καππαδόκαις.

ALIUD. LXVII.

Audi, Alexandria: Philagrius perdidit formam corporis
  Anima ratione praedita minimè deteriorem.
Caeſarium verò juvenem Invidia rapuit. Numquam hujuſmodi
  Ad equeſtres Cappadocas flores mittes.

NOTAE.

Deſiderantur in Cod. Regio hi quatuor verſus, quos in Ambroſiano infrà repetitos aſpicies, ubi ad Carmina *in Philagrium* veniemus. Inter intimos S. Gregorii amicos numerabatur iſte Philagrius, cujus calamitates, aut mortem, unà cum Caeſarii fato noſter nunc jungit, ac deplorat. Cur verò Alexandriam alloquatur, illud in cauſſa eſt, quod Alexandriae meliorum diſciplinarum ſtudio operam Caeſarius dederat, uti in Orat. X. auctor eſt Gregorius ipſe. Ibi etiam literis inſtitutum fuiſſe amicum Philagrium, veriſimile eſt. Eapropter inquit Poëta: O Alexandria, poſtquam Philagrius, & Caeſarius Cappadoces periere, nunquam ſimiles, adeoque praeſtantes viros, Cappadociae reſtituere poteris.

Οὔτι χερειοτέρην. *Minimè deteriorem*. Egregias corporis dotes, quibus ornatus erat Philagrius, iis haudquaquam inferiores appellat, quibus ejus animus fulgebat.

Εὐίπποις. *Equeſtres*, h. e. *equis praeſtantes*. Cappadoces ab equorum praeſtantia celebres non Gregorius tantùm, verum etiam alii Scriptores nominarunt. Dionyſius Perieg. v. 973.

Τῆς δ' ἤτοι μέσσῃς μὲν ἐπ' ἠπείροιο βαθείης
Καππαδόκαι ναίουσι, δαήμονες ἱπποσυνάων.
Atque ejus media penitus regione repoſti
Cappadoces funduntur, equos tractare periti.

Julius

Julius Solinus Polyhiſt. Cap. XLV. *Cappadocia*, inquit, *ante alias terras altrix equorum, & proventui equino accommodatiſſima eſt.* Idcirco in Circenſibus ab ea regione interdum nomina equis indebantur, *Cappadoceſque* vocabantur. Habet etiam de Cappadociae equis mentionem Oppianus Lib. I. Cyneg. Idem Nazianzenus in Orat. XX. patriam ſuam τὸ μηδὲν ἧττον κȣροτρέφον, ἢ εὔιππον, appellat, h. e. *non minus juvenum, quàm equorum bonam nutricem.* Scripſi Καππαδόκαις, quum in Cod. Ambr. corruptè legeretur Καππαδύκες.

Εἰς Γοργόνιον.

ΓΡηγορίȣ Νόννης τε φίλον τέκος ἐνθάδε κεῖται,
Γοργόνιον ζωῆς μύςις ἐπȣρανίης.

In Gorgonium. LXVIII.

GRegorii, Nonnaeque dilecta filia heic jacet
Gorgonium, coeleſtis vitae Sacerdos.

NOTAE.

IN eximia Gregorii ſenioris Nazianzeni Epiſcopi familia non ultimum locum Gorgonia occupavit, Sanctorum Gregorii Theologi, ac Caeſarii, (quorum germana fuit) gloriam vitae ſanctitate aemulata. Atque eam quidem vivis ereptam eleganti Oratione Gregorius frater laudavit, quae undecima numero eſt inter ejus Opera. Neque illa contentus, Carminibus etiam funus, tumulumque ſanctiſſimae ſororis proſequi voluit. Gorgoniam Graeci ſubinde, ac Latini Coelitum Faſtis addidere, ejuſque memoriam die 9. Decembris colunt.

Γοργόνιον. *Gorgonium.* Ita Graecè, quod & Latinè retinere placuit, quum haec Lingua Graecarum mulierum nomina deſinentia in Jum immutare non ſoleat. Occurrunt igitur & apud Latinos *Phroneſium*, *Glycerium*, *Sophronium*, *Euſtochium*, *Philotium*, aliaque hujuſmodi, uti ex Donato, & Priſciano docui Tom. I. Anecdot. Diſquiſ. IV. (*) Idcircò pro *Melania* ſaepè *Melanium* S. Paulinus ſcripſit. Sic *Palladium* Lucretio: *Caeſia Palladium. Phroneſium* verò, *Glycerium* ſunt diminutiva à *Phroneſis*, & *Glycera*. *Gorgonium* verò diminu-

(*) Tom. XI. P. I. p. 122.

ALIUD. LXXVI.

BEatus, ſenectute bona, bonis Filiis donatus, mortuus ſum Pontificis
Pater, Pontifex & ego Gregorius. Quid ultra?
Non quidem frugiferam in vineam matutinus veni,
Attamen mercedem prioribus majorem nunc habeo.

NOTAE.

Ὄλβιος. *Beatus*. Hunc ipſum verſum in Poëmatio de calamitatibus ſuis repetit Poëta noſter.

Ἀλωὴν. *Vineam*. Ad ſacri Evangelii Parabolam alludit Matthaei XX.

Ἄλλο.

Γρηγόριος, ποιμὴν τε καλὸς, καὶ πλείονα ποίμνην
Χριςῷ ἀναθρέψας ἤθεσι μειλιχίοις,
Οὐχ ὁσίης ῥίζης μὲν ἐγὼ θάλος, εὐαγέος δὲ
Συζυγίης κεφαλὴ, καὶ τεκέων τριάδος,
Ποίμνης ἡγεμονεύσας ὁμόφρονος, ἔνθεν ἀπῆλθον
Πλήρης καὶ χθονίων, κ᾽ ὑρανίων ἐτέων.

ALIUD. LXXVII.

GRegorius, Paſtor egregius, qui potiorem gregis partem
Chriſto quum educaſſem moribus dulcibus,
Non ego quidem ſanctae radicis germen, ſed ſanctiſſimi
Conjugii, triumque liberorum caput,
Gregem quum unanimem gubernaſſem, hinc abii
Plenus & terreſtrium, & coeleſtium annorum.

NOTAE.

Ἀναθρέψας. *Quum educaſſem*. Legebatur in Ambr. Cod. ἀναθρύψας. Ut commodior ſenſus evaderet, emendavi.

Οὐχ ὁσίης ῥίζης. *Non ſanctae radicis*. Hoc eſt: non de Chriſtianis parentibus natus, quum paternos errores ſequutus olim in Ethnicorum caſtris militarim.

Ἡγεμονεύσας. *Quum gubernaſſem*. Ita malui ſcribere. Erat in MS. ἡγεμόνευσα.

Ἐτέων. *Annorum*. Hoc eſt, diu vixi mundo, & diu Coelo, Eccleſiaſticam, ſanctamque vitam ducens.

Ἄλλο.

Γρηγόριος (τὸ δὲ θαῦμα) χάριν, καὶ πνεύματος αἴγλην
Ἐνθένδ' αἰρόμενος ῥίψ' ἐπὶ παιδὶ φίλῳ.

ALIUD. LXXVIII.

GRegorius (mirabile!) gratiam, & ſplendorem ſpiritus,
Hinc ſublatus effudit in carum Filium.

NOTAE.

DIſtichon iſtud minimè Gregorio Theologo adſcribendum, erunt qui ſuſpicentur; ſuas enim laudes efferre videtur. Suſpicor & ego, & praecipuè quum à Scholiaſte ſaepius memorato praetermiſſum animadverterim.

Πνεύματος αἴγλην. *Splendorem ſpiritus*. Heliae more, qui in diſcipulum Heliſaeum gratiam, ſpiritumque ſuum effudit.

Ἄλλο.

Τυτθὴ μάργαρός ἐστιν, ἀτὰρ λιθάκεσσιν ἀνάσσει:
Τυτθὴ καὶ Βεθλέεμ, ἔμπα δὲ Χριστοφόρος.
Ὡς δ' ὀλίγην μὲν ἐγὼ ποίμνην λάχον, ἀλλὰ φερίστην,
Γρηγόριος. Τὴν σύ, παῖ φίλε, λίσσομ' ἄγοις.

ALIUD LXXIX.

PUſilla quidem eſt margarita, ſed omnibus gemmis praeit:
Puſilla quoque Bethleem, attamen fert Chriſtum.
Ita ego parvum quidem ſortitus ſum gregem, ſed optimum,
Gregorius. Hunc tu, dilecte fili, precor regas.

NO-

NOTAE.

O'Λίγην ποίμνην. *Parvum gregem*. Urbs quidem in Cappadociae provincia Nazianzum fuit, ſed nullius penè nominis. Quare ejus mentionem fruſtra apud veteres Geographos, alioſque Scriptores requiras. Gregorii, pater, ac filius gloriam loco quaeſivere, quem populi paucitas ad ea uſque tempora ignobilem fecerat, niſi idem ſit Nazianzum, ac Diocaeſarea, de qua ſupra egimus. In Orat. autem XIX. Nazianzenam Eccleſiam iterum Civitati Bethleem comparat Nazianzenus, ἣν, inquiens, ὐδὲν ἐκώλυσεν καὶ μικρὰν εἶναι πόλιν, καὶ τῆς οἰκυμένης μητρόπολιν ὡς Χριςῦ καὶ τροφὸν, καὶ μητέρα. *Quam urbem* (Bethleem) *nulla res probibuit, quo minus ſimul & parva Civitas eſſet, & totius terrae metropolis, utpote Chriſti nutricem, atque parentem*. Idem in Carm. ad Hellenium repetit, de ſua Nazianzo loquens. Pro Βεθλέεμ Cod. Med. heic habet Βηθλεεμ.

Τὴν σὺ. *Hunc tu*. Sequutus ſum eumdem Codicem Mediceum, quum in Ambr. legeretur τήν σοι.

Ἄλλο.

ΠΟιμενίην σύριγγα τεαῖς ἐνὶ χερσὶν ἔθηκα,
Γρηγόριος: σὺ δέ μοι τέκνον ἐπιςαμένως
Σημαίνειν: ζωῆς δὲ θύρας πετάσειας ἅπασιν:
Ἐς δὲ τάφον πατέρος ὥριος ἀντιάσαις.

ALIUD. LXXX.

PAſtoritium lituum tuis in manibus depoſui,
Gregorius. Tu verò, fili mi, ſcitè
Impera, vitaeque portas omnibus aperi;
In paternum autem ſepulcrum maturè veni.

NOTAE.

QUod fortaſſe, antequam ſupremum diem clauderet, ſibi ingeminabat Gregorius pater, heic repetit Poëta noſter. Nempe Nazianzenam Eccleſiam filio commendabat, eumque rogabat, ut ab hoc infelici mortalium exilio ſeſe expediret.

Ποιμενίην σύριγγα. *Paſtoritium lituum*, ſive melius dixerim, *fiſtulam paſtoritiam*. ποιμενικὴν habet Cod. Med. Ex his erunt, qui conjiciant, Patris ſucceſſorem in Eccleſia Nazianzena fuiſſe Theologum. Certè non deſunt vel inter vetuſtiſſimos Scriptores, qui ipſum ejuſdem Eccleſiae Epiſcopum fuiſſe arbitrentur. Ipſemet S. Hieronymus, eo praeceptore olim in liberalibus ſtudiis uſus, haec de illo habet in Catal. Script. Eccleſiaſt. *Gregorius primùm Saſimorum, deinde Nazianzenus Epiſcopus, vir eloquentiſſimus, praeceptor meus &c.* Cui conſentiunt Rufinus in Praef. ad Orat. XLIX. Gregorii, quam de Graeco tranſtulit, Socrates Lib. VII. Cap. XXXV. Hiſt. Eccleſ. & Sozomenus Lib. VI. Cap. XVII. Hiſt. Eccl. Idem è ſuperiori etiam Epigrammate probari poſſe videtur. Extra omnem tamen dubitationis aleam poſitum nunc eſt, nunquam Gregorium noſtrum revera Nazianzenae Eccleſiae conſtitutum fuiſſe Epiſcopum. Hoc ille tum in Carm. de Vita ſua, tum alibi affirmat. Patri quidem, viventi adhuc, ſed gravi aetate jam feſſo, opem laturus, Epiſcopalis miniſterii pondus non recuſarat; ſed tanquam collega, patriſque vices gerens, Eccleſiae curam cum illo partitus eſt. Patre humanis rebus defunĉto, nunquam adigi filius potuit, ut patriae Epiſcopum ſe conſtitui fineret. Vide, quae infra adnotavi in Epigramma CXXVI.

Ἄλλο.

ΣΤράψεν, ἐν οἷς τοπάροιθεν ἐν ὄρεϊ Χριςὸς ἀμείφθη:
Στράψε δὲ Γρηγορίȣ τȣ̃ καθαροῖο νόῳ,
Τῆμος ὅτ' εἰδώλων ἔφυγε ζόφον: ὡς δὲ καθάρθη
Ἤσι θυηπολίαις, λαὸν ὃν εἰσέτ' ἄγει.

ALIUD. LXXXI.

REfulſit eis, inter quos Chriſtus in monte transfiguratus eſt.
Refulſit puri etiam Gregorii intelleĉtui,
Tunc quum Idolorum fugit noĉtem. Ex quo verò purificatus eſt
Suis ſacrificiis, populum ſuum nunc quoque regit.

Eis

Εἰς τὴν μητέρα ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου προσλειφθεῖσαν.

Πάντός σοι μύθοιο, καὶ ἔργματος ἦεν ἔρεισμα
    Ἦμαρ Κυριακόν: πένθεϊ πένθος ἄπαν,
Μῆτερ ἐμή, τίουσα, μόναις ὑπόεικες ἑορταῖς:
    Εὐφροσύνης, ἀχέων ἴσορα νηὸν ἔχες.
Χῶρος ἅπας δάκρυσι τεοῖς σφραγίζετο, μῆτερ:
    Μούνῳ δὲ σταυρῷ πλήγνυτο καὶ δάκρυα.
Οὔποτε σεῖο τράπεζα θυηδόχος ἔδρακε νῶτα:
    Οὐ δὲ διὰ στομάτων ἦλθε βέβηλον ἔπος.
Οὐ δὲ γέλως μαλακῇσιν ἐφίζανε, μύστι, παρειαῖς.
    Σιγήσω κρυφίους σεῖο, μάκαιρα, πόνους.
Καὶ τὰ μὲν ἔνδοθι: τοῖα δ᾽ ἔκτοθι πᾶσι πέφανται.
    Τοὔνεκα καὶ θείῳ σῶμ᾽ ἀπέλειπες ἕδει.

In Matrem ex Altari aſſumtam. LXXXII.

Omnis tibi verbi, & operis firmamentum erat
    Dies Dominicus. Luctu luctum omnem,
Mater mea, honorans, ſolis cedebas diebus Feſtis.
    Laetitiae, & dolorum teſtem habebas Templum.
Omnis locus lacrymis tuis ſignatus eſt, mater:
    Sola verò Cruce configebantur & lacrymae:
Nunquam tua vidit terga menſa Sacrificii,
    Neque per ora venit profanus ſermo.
Neque riſus mollibus, ò ſacris initiata, inſedit genis.
    Occultos tuos, ò beata, ſilebo labores.
Et haec quidem intus. Quae verò foris, omnibus perſpicua ſunt.
    Quare & divino corpus reliquiſti Templo.

NOTAE.

Gregorii ſenioris Nazianzeni Epiſcopi uxor, Theologi mater Nonna fuit, foemina tot virtutibus ornata, quot in ejus ſanctiſſimis liberis, ac in ejus marito Graecia tota miratur. Ipſi, veluti ſanctitatis fonti, ſumma reliquae familiae pietas attribuenda videtur; quippe & Gregorium conjugem ab Ethniciſmi tenebris, & ab Hypſiſtariorum erroribus ad germanam Chriſti Fidem revocavit; filios

filios verò optimis formatos moribus exemplo ſuo ſanctitatem ſequi non tam docuit, quàm (ſi licet dicere) coëgit. Tantae mulieris memoriam Coelitum albo inſcriptam Graeci aeque, & Latini recolunt die V. Auguſti. Qui laudes illius fusè enarratas colligere velit, Orationes adeat, quas in funere Patris, Caeſarii, & Gorgoniae elucubravit Poëta noſter; itemque conſulat Carmina *de Vita ſua*, aliaque Gregorii Poëmata, queis Nonnae virtutes referuntur. In his autem Carminibus luculenter quoque deſcriptas habeat. Anno fortaſſe, ut Hermantus arbitratur, 373. vel 374. à Chriſto nato ultimum illa diem clauſit, jam aetate, ſanctiſque operibus plena. Certè fuiſſe illam Caeſarii, & Gorgoniae filiorum, & Gregorii viri ſui funeribus ſuperſtitem, nemo dubitat. Eruditè verò de more animadvertit Baronius in Notis ad Martyrol. Rom. die V. Auguſti, olim Sanctimoniales *Nonnas* conſueviſſe appellari, uti etiam notaverat ante Coelius Rhodiginus Lect. antiqu. Lib. V. Cap. XIII. Huc reſpexit procul dubio S. Hieronymus in Epiſt. XXII. ad Euſtochium, ubi haec habet: *Illae interim, quae Sacerdotes ſuos viderint indigere praeſidio, eriguntur in ſuperbiam; & quia maritorum expertae dominatum, viduitatis praeferunt libertatem, Caſtae vocantur, & Nonnae &c.* Vide Roſweidum in Onomaſt. ad Vitas Patrum, & Du-Freſne in Gloſſario med. & infim. Latin.

Ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου. *Ex Altari*. Dum in Templo oraret Nonna, improviſa morte correpta fuit. Hoc infra ſaepè repetitum videbis. Matrem idcircò *aſſumtam*, ſeu *elatam ex Altari* Gregorius pronunciat. Caeterum Carmina, quae ex Ambroſiano Codice damus, Scholiaſtes MS. omittit; quare ejus ope tum ſolummodo uti incipiemus, quum ad verſus è Codice Pariſienſi deſcriptos ventum erit. Heic autem nonnulla occurrunt, quae Delio natatore mihi videntur indigere.

Πένθει, *Luctu*. In Cod. Med. haec ita interpunguntur, & diſtinguuntur, ut poſui. Quum plerumque in Cod. Ambr. deſiderentur commata, & puncta, nihil inde opis mihi venit. Fortaſſe τὸ εὐφροσύνης conjungendum cum ἑορταῖς. Utcumque ſe res habeat, conjicio haec ita poſſe intelligi. O mater mea, luctum omnem, hoc eſt, dies minimè Feſtos, ſive dies jejunii, luctu honorans, ſolis cedebas Feſtis, ideſt, remittebas de luctu. Deinde gaudendi, & flendi tempora è Templo ſumebas, ſive omnibus diebus in Templo orabas, tum inquam diebus poenitentiae, tum etiam laetitiae.

Τρέσσεις. *Ceſſiſti*. Ut ſecunda perſona hoc etiam in loco ſervaretur, addidi Sigma, quum in Cod. Ambr. legatur ὑπέσσεις.

Μύστι.

Μύϛι. *O ſacris initiata*. Cur matrem ſuam Gregorius μύϛιδα, hoc eſt, *ſacris initiatam* appellet, ſumma conſideratione dignum eſt. A vero fortaſſe non aberret, qui Nonnam in Viduarum numero cooptatam fuiſſe arbitretur, quarum erat munus Altari ſacro inſervire. *Diaconiſſae* illae nuncupabantur, nomen, ac munus antiquis Patribus, Eccleſiiſque notiſſimum. Quod igitur Bellarminus, aliique eruditiſſimi viri, atque ego Tom. I. Anecdot. pag. 93. (*) animadverti, ubi quis ad Epiſcopatum evectus fuerat, carnis commercia ejurare cogebatur, quanquam legitima uxor nondum fuiſſet è vivis ſublata. Hinc S. Hieronymus in Epiſt. ad Pammachium: *Epiſcopi*, inquit, *Presbyteri*, *Diaconi*, *aut virgines eliguntur*, *aut vidui*, *aut certè poſt Sacerdotium in aeternum pudici*. Idcircò Presbyterorum, aut Epiſcoporum uxores, non *conjugis* amplius appellationem retinere ſolebant, ſed *ſororis*. Theraſiam S. Paulini Epiſcopi Nolani *de conjuge ſororem factam* ſcribebat Idacius in Chronico ad Annum Honorii XXX. Gregorius autem noſter in Epiſt. LXXXXV. S. Gregorium Nyſſenum conſolatur in morte Theoſebiae ſororis, quam appellat τὴν ὄντως ἱερὰν, καὶ ἱερέως σύζυγον, καὶ ὁμοτίμον, καὶ τῶν μεγάλων μυϛηρίων ἀξίαν, ideſt, *verè ſacram*, & *Sacerdotis conjugem*, & *honore parem*, & *magnis Myſteriis dignam*. De ſancta hac muliere nobis infra ſermo erit. Nunc vides, aliter haec verba explicari non poſſe, niſi affirmando, Diaconiſſarum munus à Theoſebia geſtum fuiſſe, quae propterea ἱερὰ, *ſacra*, & *bonore par* Gregorio marito, & *magnis* Diaconatus *myſteriis* digna pronunciatur. Gorgoniam quoque ſororem ſuam μύϛιδα, hoc eſt, *ſacris initiatam* Poëta noſter Carm. LXVIII. ſupra appellavit. Quae vox ab alio ejuſdem loco in Orat. XI. lucem accipiet, ubi haec de Gorgonia refert: Ἀλλ' ὀλίγα λειτουργήσασα κόσμῳ, καὶ φύσει, καὶ ὅσον ὁ τῆς σαρκὸς ἐβούλετο νόμος, μᾶλλον δὲ ὁ τῇ σαρκὶ ταῦτα νομοθετήσας, θεῷ τὸ πᾶν ἑαυτὴν καθιέρωσεν. *Sed quum mundo*, & *naturae aliquantum miniſtraſſet*, & *quantum carnis lex volebat*, *ſeu potius qui iſtam carni legem indixit*, *totam ſeſe Deo conſecravit*. En ut Gorgonia & ipſa, vivente marito, carnis commercia ſcidit, ac matrimonio functa ſe Deo conſecravit, Diaconiſſarum, ut reor, numero addita. Nonna igitur, ubi ejus vir Gregorius Sacerdotium, & Epiſcopatum Nazianzenum conſequutus eſt, caſtitatem Deo voverat, ſacraeque Diaconiſſarum militiae nomen dederat. Illae verò unius viri uxores deligebantur, ut his verbis Conſtit. Apoſtolic. Lib. VI. Cap. XVII. probatur.

Διακό-

(*) Tom. XI. P. I.

Διακόνισσα δὲ γενέσθω παρθένος ἁγνή; εἰ δὲ μήγε, κἂν χήρα μονόγαμος. Ideſt, *Diaconiſſa verò eligatur virgo pudica: ſin minus, ſaltem vidua, uni viro nupta.* Infra eamdem ſuam parentem alloquens Gregorius, σὺ δὲ, inquit, ἔδωκας ἁγνὸν βίον. *Tu verò caſtam Deo vovisti vitam.* Altari quoque illam miniſtraſſe, non ſemel ſcribit Gregorius, ut infra patebit, quemadmodum Diaconiſſae ſolebant. Quum verò per manuum impoſitionem hae mulieres ſacrarentur, hinc *ſacris initiatae* ac μύστιδες appellabantur.

Οὔ ποτε. *Numquam &c.* A ſacro Altari nunquam dimoveri Nonna poterat; non enim ejus pietas ferebat, ut alio in loco, quàm in Templo, cujus miniſterio ſe addixerat, moraretur. Similia de eadem parente ſua habet Gregorius in Orat. XIX. Πῶς, inquit, οὐχὶ καὶ παρ' ἐκείνης μέγα τὸ μή ποτε νῶτα δοθῆναι τῇ σεβασμίῳ τραπέζῃ; *Cur non illi quoque ad laudem magnam ſit, quod venerandae menſae numquam terga obverteris?*

Ἄλλο.

ΠΩς ἐλύθη Νόννης καλὰ γούνατα; πῶς δὲ μέμυκε
 Χείλεα; πῶς ὄσσων οὐ προχέει λιβάδας;
Ἄλλοι δ' αὖ βοόωσι παρ' ἠρίον: ἥδε τράπεζα
 Οὐκέτ' ἔχει καρπὸς τῆς μεγάλης παλάμης.
Χῶρος δ' ἐστὶν ἔρημος ἁγνοῦ ποδός: οἱ δ' ἱερῆες
 Οὐκετ' ἐπὶ τρομερὴν κρατὶ βαλοῦσι χέρα.
Χῆραι δ' ὀρφανικοί τε τί ῥέξετε; παρθενίη δε,
 Καὶ γάμος εὐζυγέων κέρσατ' ἄπο πλοκάμους.
Τοῖσιν ἀγαλλομένη, κάρτος φέρε πάντα χαμάζε,
 Τῆμος ὅτ' ἐν νηῷ ῥικνὸν ἀφῆκε δέμας.

A L I U D. LXXXIII.

QUei ſoluta ſunt Nonnae bona genua? Quei occluſa
 Ejus labia? Quei ab oculis non fundit lacrymas?
Alii verò clamant circa tumulum: Menſa iſta
 Non habet amplius dexterae magnae fructus.
Locus ille puro pede caret. Hi verò Sacerdotes
 Non amplius ad ejus caput tremulam admovent manum.
Viduae autem, & orphani, quid facietis? Virginitas quoque,
 Et proborum conjugum nuptiae ſibi comas totonderunt.

His

ALIUD. LXX.

CEnſum ſuum, carnes, & oſſa, omnia quum ſacraſſet
Gorgonium Chriſto, ſolum reliquerat ſponſum,
Verumtamen non diù ſponſum. Sed profectò & ipſum
Illuſtrem Alypium ex improviſo rapuit.
Beatiſſimae conjugis marite beate, in lavacro
Sordibus abjectis, vivite renati,

NOTAE.

QUum Gorgonia opes, carnemque ſuam vivens, oſſa verò poſt mortem Chriſto ſacraſſet, unum terris reliquerat Alypium, ſuum olim conjugem. At hunc etiam brevi ad Superos evocavit. Talem iſtorum carminum eſſe arbitror ſenſum.

Ἀλύπιον. *Alypium*. Baronius in Vita Nazianzeni, quam publici juris fecit Papebrochius die 9. Maji, Cap. XV. brevem de propinquis S. Gregorii deſcriptionem texit, atque inter caetera ait: *De Vitaliano quod vir fuerit Gorgoniae ſororis, invenies in Carm. ad ipſum Vitalianum inſcripto &c.* Verùm feliciùs hac in re Baronius ſenſiſſet, ſi noſtra conſulere potuiſſet. Non Vitalianus, ſed Alypius Gorgoniae maritus fuit. Neque in Carm. filiorum ad Vitalianum quae Baronius retulit, aliter ſuadent. Contra verò in Epiſt. CL. Alypium Gregorius ad ſe invitat, unaque cum illo *Sororem*, quo nomine *Gorgoniam* deſignatam fuiſſe nunc intelligimus. En verba: ὑπὲρ δὲ τῆς ἀδελφῆς ἡμᾶς ὐδεὶς εὐθύνει μὴ παραγενομένης: ἀλλ' ἐκ τῦ ἐναντίυ κἀκείνην, καὶ ἡμᾶς, εἰ παραγένοιτο. ὥςε ἡμὲν αὐτόκλητος ἡκέτω. *De SORORE autem, quod ea minimè advenerit, nemo nos crimínetur, quin potius & illam, & nos, ſi accedere volueris* (ſubintelligo *invitata*.) *Itaque ipſa ſanè ultro, ac ſponte veniat.* Nempe cum Alypio Gorgonia ſoror vivebat. Invitato Alypio, ſororem Gregorius minimè invitarat, etenim ſponte illa ad paternam domum, non invitata, accedere poterat, imo debebat. Atque hic germanus eſt, ni mea me fallit opinio, Epiſtolae illius ſenſus, à quo & noſtra ſententia clariùs probatur. Accedit & aliud argumentum, quod videlicet S. Gorgoniae filia natu major *Alypiana* appellaretur. Hoc nomen à patre Alypio in filiam tranſierat. Caeterum exſtant adhuc S. Gregorii Epiſtolae quaedam ad Alypium noſtrum, ſcilicet 148.

& quatuor ſequentes. Epiſtola quoque LXXX. ad eumdem, & ad Aërium ejus fratrem perſcripta eſt. In Epiſtola verò CXLVI. *τὸν καλὸν, καὶ ἀγαθὸν Α'λύπιον, τὸν κόσμον πάσης ἡμῶν πατρίδος, probum, atque honeſtum virum Alypium totius patriae noſtrae ornamentum* appellat. Ubi etiam prodit, eum Simpliciae quondam fuiſſe maritum. Non diu mortuae conjugi Gorgoniae ſuperfuiſſe videtur Alypius, ut hinc diſcere licet. Tandem neſcio, an cum Alypio noſtro convenire poſſit Alypius ille Caeſarii frater, ad quem Juliani Auguſti Epiſtola exſtat; vox enim *ἀδελφὸς* ibi uſurpata *proximum* etiam, & *affinem* ſignificare poteſt.

Τοῖς ῥα λοετροῖς. *In lavacro*. Cod. Med. ita monuit corrrigendum Ambroſianum, in quo *τοί ῥα*. Sed quid hoc *lavacrum* ſit, non niſi per conjecturam intelligas. Arbitror igitur Baptiſmum heic deſignari, quo Gorgonia, atque Alypius, de more illorum temporum, dum ſupremo correpti morbo vicinam mortem opperirentur, ſe purgandos curarunt. Certè Gorgonia ſalutare illud lavacrum ſerò acceperat, ut ſcribit in ejus funere Nazianzenus Orat. XI.

Εἰς τὸν Πατέρα.

ΕΝΘ' ἑκατονταέτης ζωῆς βροτέης καθύπερθεν
Πνεύματι, καὶ θώκῳ τεσσαρακονταέτης,
Μείλιχος, ἡδυεπὴς, λαμπρὸς Τριάδος ὑποφήτης,
Νήδυμον ὕπνον ἔχω Γρηγορίοιο δέμας,
Ψυχὴ δὲ πτερόεσσα Θεὸν λάχεν. Α'λλ' ἱερῆες
Ε'ζόμενοι κείνῳ καὶ τάφον ἀμφέπετε.

In Patrem. LXXI.

HEic ſuper humanae vitae curſum centum annos habens,
Et quadraginta in Cathedra, & ſpiritu exactos,
Dulcis, ſuaviloquus, clarus ſacrae Triadis interpres,
Corpore dulcem ſomnum carpo Gregorius.
Anima verò evolans Deum invenit. At Sacerdotes
Habentes illius ſepulcrum colite.

NO-

NOTAE.

POſtquam Caeſario fratri, & Gorgoniae ſorori Poeta noſter parentavit, alioſque tum neceſſitudine, tum ſanguine ſibi conjunctos laudavit, Patri quoque è vivis ſublato extrema perſolvit officia. Erat hic, ut alibi ſignificavimus, Gregorius, vir Ethnicis olim ſuperſtitionibus devotus, inde Chriſti ſectator, Nazianzique Epiſcopus, & ob vitae ſanctitatem in Eccleſiaſticos Faſtos relatus. Deſiit autem vivere Anno 372. ut Baronius cenſet, vel 373. ut Hermantus. Illum etiam, praeſente Baſilio Magno, laudaverat Gregorius filius ſingulari Oratione, quae inter ejus Opera eſt XIX. Quare, ut Gregorii res geſtae, ejuſque praecipuae virtutes percipiantur, illuc ſe conferant eruditi. Nunc Graecis Graegorii hujus memoria colitur die prima Januarii, uti Menaea teſtantur. Caeterum Gregorius ipſe pater haeic loquens inducitur. Pro ἔχω tamen legere mallem ἔχει, *carpit*.

Ἑκατονταέτης. *Centum annos habens*. Ultra communem vitae curſum centum annorum aetatem Gregorius attigerat, quum ad Superos morte beatiſſima ſublatus fuit. Idem iterum à Gregorio filio diſcas in Orat. XIX. ubi haec habentur: *ζήσας δὲ σχεδόν τι περὶ τὰ ἑκατὸν ἔτη, πέρα τῶν Δαυιδικῶν ὅρων, περὶ τῦ καθ' ἡμᾶς χρόνυ, καὶ τύτων αὐτῶν ἐν τῇ ἱεροσύνῃ πέντε καὶ τεσσαράκοντα. Quum autem centum fermè annos vixiſſet, hoc eſt ultra Davidicos de temporis noſtri ſpatio terminos, eu iiſque in Sacerdotio quinque, & quadraginta.* Centum itaque annos vixit Gregorius pater, atque ex iis quinque, & quadraginta Eccleſiaſticae vitae mancipatus. Cur verò quadraginta ſolùm in Carmine hoc memorentur, nulla alia ratione id factum eſt, niſi ut abſolutus numerus poneretur. Ita divinorum Librorum Interpretes LXX. appellamus, tametſi omnium conſenſu LXXII. fuerint. Quod & aliis exemplis probari facilè poteſt.

Δέμας, *Corpore*. Vertendum erat: *Dulcem ſomnum carpo Gregorii corpus*. Sed ut Latinis auribus ſatisfacerem, quibus male ſonarent tot Nomina adjectiva maſculini generis conjuncta cum δέμας ſubſtantivo generis neutrius, verti *corpore*. Caeterum in ſyntaxi Graeca neutrum genus interdum cum maſculino componitur, reſpiciendo non ipſum nomen, ſed id, quod per illud nomen ſignatur, quaſi illud neutrum ſubſtantiam maſculinam ſignando vim poſſideat maſculini. Sic alibi eſt κόριον καλλίστη, *Nympha pulcherrima*, τέκνον φίλε, *care fili*, & ſimilia. Heic autem *Gregorii Corpus* pro ipſo *Gregorio mortuo* ponitur.

Ἐ'ξόμενοι. *Habentes*. Ita Cod. Ambr. Ego libenter legiſſem ἀζόμενοι, *venerantes*.

Ἀ'μφέπετε. *Colite*. In Cod Med. legitur ἀμφιέπετε. Sed verſus ſibi non conſtat. Cl. Salvinius legendum putaret ἀμφιέπειν infinitivum pro imperativo; nam ἀμφέπετε pro ἀμφιέπετε duriuſculum ſibi videtur.

Ἄλλο.

ἘΚ με πικρῆς ἐκάλεσσε θεὸς μέγας ἀγριελαίης:
Ποίμνης ἡγεμόνα θῆκε τὸν ὐδ' ὀΐων
Ἔσχατον. Ἐ'κ πλευρῆς δὲ θεόφρονος ὄλβον ἔνειμε.
Γῆρας ἐς λιπαρὸν ἱκόμεθ' ἀμφότεροι.
Γρὸς ἐμῶν τεκέων ἀγανώτατος. Εἰ δὲ τελευτὴν
Ἔτλην Γρηγόριος, ὐ μέγα: θνητὸς ἔην.

A L I U D. L X X I I.

ME ex amaro oleaſtro Deus magnus vocavit:
Gregis ductorem fecit, qui neque ovium
Eram noviſſima. E coſta verò pia felicitatem tribuit.
In ſenectam beatam ambo devenimus.
Deo ſacer fuit è filiis meis mitiſſimus. Quod ſi mortem
Obii ego Gregorius, nil mirum: mortalis eram.

NOTAE.

ἘΚ με πικρῆς. *Me en amaro &c.* Verborum inverſionem, Poëtis conceſſam, pro μὲ ἐκ πικρῆς, hanc eſſe arbitror. Quid verò ſit *amarum illud oleaſtrum*, nobis idem Nazianzenus explicet. Auctor ille eſt in Oratione ſupra laudata, Patrem Gentilium ſuperſtitioni addictum olim fuiſſe. ῥίζης ἐγένετο, inquit de patre filius, βλάστημα ὐκ ἐπαινετῆς, ὐδὲ (*) εὐφυῦς εἰς εὐσέβειαν. *E radice ortus eſt minimè laudabili, nec ad pietatem rectè comparata &c.* Proſequitur Gregorius, ſuumque parentem oſtendit erroribus Sectae cujuſdam fuiſſe devinctum, quae ex duabus rebus maximè contrariis, hoc eſt ex Gentilium errore, & Hebraeorum Ritibus conflata erat. Sub *oleaſtri* nomine Secta hujuſmodi ſignificatur, à qua Deus arborem ſibi cariſſimam,

(*) εὐφυῶς legendum videtur, quod adverbium eſt.

mam, fructuſque optimos eduxerat, cujuſmodi Gregorius pater, ejuſque filii fuere. Hinc in Orat. XIX. patrem itidem ἐκ τῆς ἀγριελαίυ, *ex oleaſtro* in olivam inſertum Nazianzenus ait. Elias verò Cretenſis in Comment. ad Orat. X. *Per agreſtem*, inquit, *olivam Hypſiſtariorum haereſin ſignificavit*. Haec apertius ab ipſo Gregorio filio illuſtrantur in Carm. de rebus ſuis, ubi de Patre ait:

> Αὐτὰρ ὅγ' ἀγριέλαιος ὑπ' εἰδώλοις πάρος ἦεν
> Ζώων: ἀλλ' ἐπάγη καλῆς ὑπὸ πυθμένι ἐλαίης.
> *At verò ille antea Oleaſter erat ſub Idolis*
> *Vivens: ſed inſitus eſt pulchrae ſub radice Olivae.*

Hanc autem Allegoriam, qua & alii Patres uſi ſunt ad ſignificandum tranſitum è Gentilitate ad Chriſti Fidem, hauſit ille ex Apoſtolo ad Rom. Cap. XI. Cod. Med. habet ἀγριελαίυ pro ἀγριελαίης: quae lectio reſpondet Paulino verbo, & reliquis ſupra allatis.

Ἐκ πλευρῆς. *E coſta*. Sub *coſtae* vocabulo piam conjugem intelligit Gregorius pater, ad Hevam reſpiciens. Ejus autem uxor, ut alibi diximus, Nonna erat, mulier ſanctitate clariſſima, è cujus contubernio mirum in modum ille profecerat, quippe ejus monitis ex Ethniciſmo in Chriſti gremium tranſlatus, filiis ditatus, atque ideo ſummam conſequutus felicitatem. Uxorem *coſtae* nomine Poëta noſter ſignificavit in Carm. ad Hellenium, ita canens.

> Πλευρᾶς ὐ χατέοντες ἑὸν δέμας ἀμφαγαπώσης:
> Οὐδὲ νέῃ παλάμῃ παισὶν ἐρειδόμενοι.

Nempe, ut Billius vertit:

> *Qui coſtam haud quaerunt, ſua quam caro diligat ardens:*
> *Nec ſobolem, cujus ſuſtineantur ope.*

Caeterum videamus, quid Scholiaſtes Ambroſianus MS. in hos verſus habeat. Sic ille interpretatur: Ἐκ τῆς θεοφιλῦς δὲ μυ συζύγυ πλῦτόν μοι παρέσχε παίδων πολύτιμον, ὧν τὸ κεφάλαιον ὁ ἱερώτατος, καὶ θαυμαςότατος παῖς Γρηγόριος. Ἀμφότεροι δὲ, ἐγὼ, καὶ σύζυγος εἰς γῆρας λιπαρὸν κατηντήσαμεν. Εἰ δὲ τάνατον ὑπέςην ἐγὼ ὁ Γρηγόριος, ὐδὲν θαυμαςόν: θνητὸς γὰρ ἄνθρωπος ἦν. Ideſt: *En mea verò ſanctiſſima conjuge theſaurum mihi praebuit* (Deus) *filiorum, ſummo honore dignum, quorum caput ſacratiſſimus eſt, & maximè admirandus*

dus filius Gregorius. Ambo verò, ego, & uxor ad gravem ſenectutem devenimus. Quod ſi ultimum ego Gregorius diem clauſi, nil mirum: mortalis enim homo eram. Ita hic Scriptor, nondum evulgatus, cui debeo explicationem verborum illorum τὸν ἐδ᾽ ὀΐων ἔσχατον, *ovium non ultimam*, conjuncto Pentametro cum ſequenti Hexametro.

Α᾽λλο εἰς τὸν αὐτόν.

Ε῎Ι'τις ὄρευς καθύπερθεν ἁγνῆς ὀπὸς ἔπλετο μύστης
Μωσῆς, καὶ μεγάλε Γρηγορίοιο νόος,
Ο῎υποτε τηλόθ᾽ ἐόντα χάρις μέγαν Α᾽ρχιερῆα
Θήκατο, νῦν δ᾽ ἱερῆς ἐγγὺς ἔχει Τριάδος.

Alind in eumdem. LXXIII.

SI quis ſuper monte purae vocis arcanae auditor fuit
Moſes, magni quoque Gregorii mens,
Quem olim, procul quum eſſet, Epiſcopum gratia
Fecit, nunc verò apud ſacram Triadem tenet.

NOTAE.

Ε῎Ι'τις. *Si quis.* Ambroſianum Scholiaſtem ſequutus ſum, ita haec explicantem: εἴτις ἐπὶ τῦ ὄρευς Μωσῆς τῆς καθαρᾶς τῦ Θεῦ φωνῆς ἤκυσεν. Hoc eſt: *Si quis in monte Moſes puram Dei vocem audivit.* At in his quoque obſcuritas. Conjiciendo itaque interpretor: ſi quis, uti Moſes, Dei vocem audivit, audivit quoque Gregorius; ideſt, ſi quem Deus ad ſe vocavit, ſacris initiavit, ducemque, & caput populi conſtituit, hoc quoque Gregorio contigit, qui è medio Ethniciſmo ad Deum vocatus eſt, ſacris initiatus, ſummuſque Sacerdos, & ductor populi conſtitutus.

Τηλόθ᾽ ἐόντα. *Quum procul eſſet.* Ideſt à Veritate, ac Fide Chriſti remotum, & alienum.

Α᾽λλο εἰς τὸν αὐτόν.

ΑΥ'τὸς νηὸν ἔρεψα Θεῷ, καὶ δῶχ᾽ ἱερῆα
Γρηγόριον καθαρῇ λαμπόμενον Τριάδι,
Α῎γγελον ἀτρεκίης, ἐριηχέα ποιμένα λαῷ,
Η῎ϊθεον σοφίης ἀμφοτέρης πρύτανιν.

Τέκνον ἐμόν, τὰ μὲν ἄλλα πατρὸς καὶ φέρτερος εἴης,
Τὴν δ' ἀγανοφροσύνην ἄξιος. ὅτι πλέον
Εὔξασθαι θέμις ἐστί. καὶ ἐς βαθὺ γῆρας ἵκοιο
Τοίου κηδεμόνος, ὦ μάκαρ, ἀντιάσαις.

Aliud in eumdem. LXXIV.

IPſe Templum Deo ornavi, & Sacerdotem dedi
Gregorium illuſtrem purae Triadi,
Nuncium veritatis, magniſonum Paſtorem populo,
Adoleſcentem Sapientiae utriuſque conſiliarium.
Fili mi, in aliis patre quoque ſis praeſtantior,
Manſuetudine par. Nec quicquam amplius
Precari fas eſt; & ad maturam ſenectutem,
Hac duce, felix pervenias.

NOTAE.

GRegorius pater loquens inducitur, & laudes filii recenſens. Hujus Carminis ſi auctor eſt Gregorius Theologus, mirum videri poteſt, quei ſemetipſum is laudet. Verum juſtam laudem ne vir quidem humilis ſibi neget, & potiſſimùm in alieno ore poſitam.

Ἔρεψα. *Ornavi.* Sequutus ſum Scholiaſten MS. qui hanc vocem ita reddit κατεσκεύασα, h. e. *ornavi*, *inſtruxi*, *conſtruxi*. Templum autem Deo O. M. excitatum à Patre, teſtis eſt Nazianzenus in Orat. XIX. Hinc ejus laudem arceſſit.

Ποιμένα λαῷ. *Paſtorem populo*. Ita in Cod. Med. Ego, quum in Ambroſiano tantum ποιμένα legeretur, addendum putabam λαῶν, Homerum prae oculis habens ſaepè hac phraſi uſum. Inquit autem pater, ſe Gregorium Theologum procreaſſe, qui ad Saſimenſem Epiſcopatum ante evectus fuerat.

Σοφίης ἀμφοτέρης. *Utriuſque Sapientiae*, divinae ſcilicet, & profanae, vel novi, & veteris Teſtamenti.

Ἀγανοφροσύνην. *Manſuetudine*. In ſaepè laudata Orat. XIX. pluribus oſtendit Nazianzenus, quanta in Gregorio patre manſuetudo fuerit: Scholiaſtes Ambr. Pentametrum cum Hexametro ſequente conjungens, haec ſcribit: Τὰ μὲν ἄλλα καὶ τοῦ πατρὸς γένοιο βελτίων, καὶ ὑψηλότερος, τὴν δὲ πραότητα πλέον ἐκείνου γενέσθαι οὐκ ἄξιον εὔξασθαι. Hoc eſt: *In aliis quidem utinam patre & melior, & ſublimior*

His illa ornata erat, ſed omnia in terram tulit,
Tunc quum in Templo rugoſum corpus reliquit.

NOTAE.

ΠΩς ἐλύθη. *Quei ſoluta ſunt*. Phraſis ex Homero petita, apud quem in uſu. λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ. Horatius contra: *Dumque virent genua*. Sed proprio quodam modo Nonnae genua ſoluta ſunt; nam genibus flexis obiit in Templo.

Προχέει. *Fundit*. Ita ſcripſi, quum in Ambr. MS. eſſet προχέι, & in Med. προχέεις.

Ἧδε τράπεζα. *Menſa iſta*. Venuſtioris ſenſus gratia placuit conjungere ἡ δέ. *Menſa* autem per Antonomaſiam eſt Altare ſacrum, quod Nonnae miniſterio, & oblationibus, non amplius fruebatur.

Οἱ δ' ἱερῆες. *Hi verò Sacerdotes*. Saepe, ut arbitror, Sacerdotes huic ſanctae mulieri benedicere ſolebant. Hinc ait Gregorius, non amplius eos tremulam Nonnae capiti manum admoturos. *Tremulam* autem vocat Sacerdotum manum, vel ob eorum aetatem, vel quia in benedicendo mulieri adeò piae, illorum dextra prae reverentia tremeret.

Κέρσατ' ἄπο. *Totonderunt*. Anaſtrophe Poëtis Graecis non rarò uſurpata pro ἀπεκείρσατο. Poëtica item elegantia dictum eſt, Virginitatem, ac Nuptias in funere Nonnae ſibi comas totondiſſe, ut ſignificetur luctus, in quo quum Virgines, tum nuptae mulieres verſabantur, quum ab hac luce ſublata eſt Nonna. Crinem verò in luctu ab antiquis deponi ſolitum, ſupra oſtendimus ad Carmina *in Martinianum*.

Τοῖσιν ἀγαλλομένη. *His ornata erat*. In Cod. Ambr. haec ita diſtinguuntur, ut poſui. Τὸ κάρτος, quod in verſu ſubſequitur, habetur in Mediceo, pro quo Ambr. Codex habet κράτος. Sed qui ſit hoc in loco hujus verbi uſus, intelligere neſcio; nam aut eſt *capitis*, aut *vis*, *potentia*, *imperium*, & hujuſmodi, quorum nullum reddere poteſt commodum ſenſum, niſi intelligatur *potentia* Mortis. Neque conjungere auſim κράτος cum πάντα.

Ἄλλο.

ΣΑ'ῤῥα σοφὴ τίεστα φίλον πόστιν: ἀλλὰ σὺ μῆτερ
Πρῶτα Χριστιανὸν, εἶθ' ἱερῆα μέγαν
Σὸν πόστιν ἐσθλὸν ἔθηκας ἀπόπροθι φωτὸς ἐόντα.
Ἄννα σὺ δ' υἷα φίλον καὶ τέκες εὐξαμένη,
Καὶ νηῷ μιν ἔδωκας ἀγνὸν θεράποντα Σαμυήλ.
Ἡ δ' ἑτέρη κόλποις Χριστὸν ἔδεκτο μέγαν.
Νόννα δ' ἀμφοτέρων ἔλαχε κλέος: ὕστατιον δὲ
Νηῷ λιστομένη πάρθετο σῶμα φίλον.

ALIUD. LXXXIV.

SAra ſapiens dilectum coluit maritum. Sed tu, mater,
Primò Chriſtianum, deinde Sacerdotem magnum
Tuum ſponſum bonum effeciſti, quum procul eſſet à lumine.
Anna tu per preces filium carum peperiſti,
Eumque Templo dediſti purum famulum, Samuelem.
Altera verò Chriſtum magnum ſinu complexa eſt.
At Nonna utriuſque ſortita eſt decus. Poſtremò autem,
Dum oraret, Templo dilectum corpus commendavit.

NOTAE.

INter matrem ſuam, Saram Abrahami conjugem, duaſque celebres in ſacris literis Annas, comparationem Gregorius inſtituit. Et Sarae quidem Nonnam praeferre videtur; illa enim ex amore tantùm; quo maritum proſequebatur, famam conſequuta eſt; haec autem Gregorium conjugem ſuum è Gentilium tenebris ad Chriſti Religionem tranſtulit.

Πόστιν. *Sponſum*. Habebatur in MS. Ambr. πόστι, vitiosè, ut arbitror.

Ἄννα. *Anna*, Samuelis matrem Annam ſignificat, quae filium precibus à Deo impetratum ſacro deſtinavit Altari, ut habetur I. Reg. Cap. I.

Σαμυήλ. Pro hoc nomine, quod in Cod. Med. legitur, habet Ambroſianus γαμοῦστα, hoc eſt *nupta*.

Ἡ δ'

Ἡ δ' ἑτέρη. *Altera verò*. Scilicet altera Anna, Propheti*ſ*a, Phanuelis filia, quae Chriſtum Dominum infantem in Templo ſuis complexa eſt ulnis. Vide Evang. Lucae Cap. III.

Νόννα. *Nonna*. Quum prole careret Nonna, à Deo enixè petiit, vovitque, ſe Templo maſculum, ſi impetraſſet, dicaturam. Nato Gregorio noſtro, votum complevit. Haec Poëta noſter in Carm. de Vita ſua memorat.

Ἄλλο.

Ἐμπεδόκλεις σὲ μὲν αὐτίκ' ἐτώσια φυσιόωντα
Καὶ βροτὸν Αἰτναίοιο πυρὸς κρατῆρες ἔδειξαν.
Νόννα δ' οὐκ ἐκρατῆρας ἐσήλατο: καὶ δὲ τραπέζῃ
Τῇδέ ποτ' εὐχομένη, καθαρὸν θύος, ἔνθεν ἀέρθη.
Καὶ νῦν θηλυτέρῃσι μεταπρέπει εὐσεβέεσσι
Σωσάννῃ, Μαριάμ τε, καὶ Ἄνναις. ἕρμα γυναικῶν.

ALIUD. LXXXV.

EMpedocles, te quidem improviſo fruſtra ſuperbientem
Aetnaei ignis crateres mortalem oſtenderunt.
Nonna verò crateres non inſiluit. Sed Altari
Huic olim ſupplicans, pura hoſtia, hinc ſublata eſt.
Et nunc inter mulieres pias excellit,
Suſannam, Mariamque, & Annas, columen mulierum.

NOTAE.

Ἐμπεδόκλεις. *Empedocles*. Priores hos duos verſus iterum legas in Poëmate LXI. ad Nemeſium inter Gregorii Opera edita, ac iiſdem planè verbis, niſi quod in MS. Ambr. legebatur, Αἰτναίῃ, pro quo poſui, ut in editis, Αἰτναίοιο. Empedoclis autem hoc in loco memorati mors notiſſima eſt, qui, ut pro Deo haberetur, in Aetnae caminum ſe praecipitem dedit, ne quod corporis veſtigium ſupereſſet. Verùm ferreae illius crepidae, per flammam rejectae, dementis Philoſophi fraudem prodidere. Hinc Horatius ad Piſones.

——— Deus immortalis haberi
Dum putat Empedocles, ardentem frigidus Aetnam
Inſiluit. ———

Digitized by Google

Nonna igitur, non Empedoclem imitata eſt, ut inanem, & fictam apud homines divinitatis famam ſibi compararet, neque per hujuſmodi illuſionem hominibus impoſuit; ſed in Coelum, verè & ipſa coeleſtis, ex Altari aſſumta eſt.

Κρατῆρας. *Crateres*. Hoc praecipuo nomine donabatur caminus, ſive montis Aetnae foramina, per quae ignis, ac cinis evomi ſolent. Plinius Lib. III. Cap. VIII. *Mons*, inquit, *Aetna nocturnis mirus incendiis. Crater ejus patet ambitu ſtadiorum viginti*. Haec Latinus Scriptor, cui conſonat & Graecus, nempe Strabo Lib. VI. Υ῾πέρκειται δὲ μάλιςα τῆς Κατάνης ἡ Αἴτνη, καὶ τῶν περὶ τὺς κρατῆρας παθῶν πλεῖςον κοινωνεῖ. *Maximè Catanae ſupernè imminet Mons Aetna, & urbs ea maximam partem eorum motuum ſentit, qui circa crateras Aetnae efficiuntur*. In Orat. III. quae eſt prima in Julianum, Empedoclem Gregorius memorat, qui τοῖς Σικελικοῖς κρατῆρσιν, *Siculis crateribus*, ut divinitatem conſequeretur, ſe tradidit. Caeterum laudatus Strabo eodem in libro ad fabulas hanc de Empedocle narrationem amandat. Vide, ſi lubet.

Μαρίαμ τε. Ita Hebraeorum ad inſtar. In Cod. Med. eſt Μαρία τε.

Α῎λλο.

Η῾Ρακλῆς, Ε᾽μπεδότιμε, Τροφώνιε, λήξατε μύθυς,
Καὶ σύγ᾽ Α᾽ριςαίυ κενεαυχέος ὀφρὺς ἄπιςε:
Υ῾μεῖς μὲν θνητοὶ, καὶ ὐ μάκαρες παθέεσσιν
Θυμῷ δ᾽ ἄῤῥενι Νόννα βίυ τμήξασα κέλευθον,
Χριςοφόρος, ςαυροῖο λάτρις, κόσμοιο περίφρων,
Η῎λατ᾽ ἐπυρανίην εἰς ἄντυγα, ὡς ποθέεσκεν,
Τρὶς μάκαρ ἐν νηῷ σῶμ᾽ ἀποδυσσαμένη

A L I U D. LXXXVI.

HErcules, Empedotime, ac Trophonie, fabulis temperate,
Tuque Ariſtaei vana jactantis ſupercilium infidum:
Vos quidem mortales, & nequaquam beati ob animi morbos.
Maſculo autem animo Nonna vitae ſecans viam,
Chriſtifera, Crucis cultrix, mundi contemtrix,
Inſiluit coeleſtem in currum, quemadmodum optabat,
Ter beata, in Templo corpore exuta.

NO-

NOTAE.

FRaudulentam nonnullorum Gentilium dementiam, qui ſe Coelo redditos credulo popello venditarunt, cum vera Nonnae parentis ſuae felicitate comparat Gregorius. Illos mortales, imo infeliciſſimos mortalium appellat; hanc verò beatiſſimam revera depraedicat. Qui fuerint hi Ethnici, inſpiciamus.

Ἡρακλεῖς. *Hercules*. Verſus hic unà cum duobus ſequentibus in ſupra laudato Poëmate ad Nemeſium rurſus legitur. Herculem porro in monte Oeta, veſte veneno illita coopertum, miſerrimè interiiſſe, nemo eſt in antiquitate adeò hoſpes, qui neſciat. Creditus tamen vulgo ille Heros in Coelum raptus, Superiſque immixtus. Fabellam hanc ridet Gregorius.

Ἐμπεδότιμε. *Empedotime*. In Cod. Ambr. legebatur Ἐμπεδόστιμε. De Empedocle, Trophonio, Ariſtaeo, ac Empedotimo alibi mentionem fecit Theologus, nempe in Orat. III. quae eſt prima in Julianum, ubi gloriae cupiditatem, ſtultitiamque Ethnicis exprobrat, inquiens: Ταῦτα μὲν παιζέτωσαν παρ' ἐκείνοις Ἐμπεδοκλεῖς, καὶ Ἀρισταῖοι, καὶ Ἐμπεδότιμοί τινες, καὶ Τροφώνιοι, καὶ τοιούτων δυστυχῶν ἀριθμός. *Haec ſanè apud illos* (Ethnicos) *veluti luſus cauſſa faciant Empedocles, & Ariſtaei, & Empedotimi quidam, ac Trophonii, atque hujuſmodi miſerorum hominum chorus*. Tum notata Empedoclis dementia, reliquos ait in abditiſſimos quoſdam ſpecus ſe recepiſſe, ut Coelum petiiſſe crederentur, ſed fraude poſtea deprehenſa non plus honoris ex hujuſmodi furtivo ſeceſſu retuliſſe, quàm contumeliae ob compertam fraudem. Rem clariùs prodit Elias Cretenſis in Comment. ad eamdem Nazianzeni Orationem. Hos perditiſſimos homines *patria Thebanos*, *arte vates* fuiſſe primò affirmat. Deinde ait: *Quum igitur hi quoque divinitatis famam apud mortales quaererent, atque in eam opinionem venire, ut in Coelum rapti eſſe exiſtimarentur, in ſubterraneos quoſdam ſpecus ſeſe injecerunt, & illic fame oppreſſi, atque extincti ſunt*. Nonnus itidem Graecus Gregorii Scholiaſtes Trophonium, Ariſtaeum, ac Empedotimum *Lebadia Boeotiae urbe* ortos eſſe, artemque vaticinandi exercuiſſe tradit. Neſcio an idem cum hoc Empedotimo fuerit ille, quem Suidas veluti Phyſicae cultorem refert, uti & alter ejuſdem nominis vir, quem Clemens Alexandrinus in Adhort. ad Gentes vatibus accenſet, patriaque Syracuſium fuiſſe teſtatur. Sed cur hoc hominum genus pa-

rentis

Digitized by Google

rentis ſuae Epitaphio Gregorius immiſcet? Quia illis temporibus nebulones iſti apud Ethnicos magno in pretio erant, & Heroibus Chriſtianis fortaſſe praeferebantur. Audi Julianum Apoſtatam in fragmento Orationis, Epiſtolaeve cujuſdam: Ἆρ' οὐκ ἀνθρώπους χρηστοὺς ἀπέκτειναν πολλοί, καθάπερ Σωκράτη, καὶ Δίωνα, καὶ τὸν μέγαν Ἐμπεδότιμον; Hoc eſt. *An non multi viros bonos interfecerunt, velut Socratem, & Dionem, & magnum illum Empedotimum?* En quae Juliani de Empedotimi virtute ac morte foret opinio. Suidas autem in voce Ἰουλιανὸς hanc de Empedotimo ejuſdem Juliani ſententiam refert. περὶ τοῦ Ἐμπεδοτίμου λέγει ὁ παραβάτης οὕτως ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Κρονίοις: ἡμεῖς δὲ Ἐμπεδοτίμῳ, καὶ Πυθαγόρᾳ πιστεύοντες. *De Empedotimo in Saturnalibus ſic ſcribit Apoſtata: Nos Empedotimo, & Pythagorae fidem adhibentes &c.*

Τροφώνιε. *Trophonie.* Quis hic impoſtor fuerit, jam adnotavimus. Celebre adagium eſt *è ſpecu Trophonii redire*, uti etiam ἐς Τροφωνίου μεμάντευται, *in Trophonii antro vaticinatus eſt.* Ariſtophanes in Nubibus, Herodotus Lib. I. Cic. Lib. III. de Nat. Deorum, Euripides in Jone, Lucianus in Dialogis mortuorum, aliique Trophonium commemorant. Ejus tamen hiſtoria, ſeu fabula, diverſimodè à Scriptoribus refertur. Vide Eraſmum in Adagiis, & Nonnum in Scholiis ad Nazianzeni Orat. III.

Λήξατε μύθους. *Fabulis temperate.* Cl. Salvinius legendum cenſet μύθου; nam λήγω ſemper cum genitivo.

Ἀρισταίου. *Ariſtaei.* Corruptè in MS. Ambr. Αἰδισταίου ſcriptum eſt. Quinam hic Ariſtaeus fuerit, in ſuperioribus notis diximus. *Ariſtaeum* quemdam *Cyrenaeum* cum falſis Ethnicorum vatibus connumerat Clemens Alexandr. in Adhort. ad Gentes. Eumdem cum hoc impoſtore illum fuiſſe, credere par eſt.

Κέλευθον. *Viam.* Ita ſcribere malui, quam κέληθον, uti habet Ambr. Codex.

Χριστοφόρος. *Chriſtifera.* Quandoquidem ſaepe hujuſmodi voce utitur Gregorius, exploremus quid per illam ſignificetur. Pro *Chriſtiano*, ſeu *Chriſti ſectatore* veteres uſurparunt, & praeſertim Poëtae, vocabulum nempe commodius carmini. Solebant autem Chriſtiani non Χριστοφόροι tantùm, ſive *Chriſtiferi*, ſed etiam θεοφόροι, ſive *Deiferi*, ac πνευματόφοροι, ſive *Spiritophori* interdum nuncupari. Quum, ut Apoſtolus ajebat, Chriſti ſectatores *Templum Dei* ſint, hinc *Deum portare*, ac θεοφόροι dicebantur. Pari quoque ratione, quod *Chriſtum ferrent*, Χριστοφόροι poterant appellari. A S. I-

gnatio

Digitized by Google

gnatio Martyre Epheſii vocantur Χριστοφόροι. Phileas vetuſtiſſimus Scriptor, apud Euſebium Lib. X. Cap. VIII. in Epiſt. ad Thmuitas: Διὸ, inquit, ζηλώσαντες τὰ μείζονα χαρίσματα οἱ Χριστοφόροι Μάρτυρες. *Proinde Chriſtiani Martyres meliora chariſmata ſectantes.* Pro voce Χριστοφόροι Gregorius in Carm. VI. εἰς Μαρτινιανὸν uſurpavit οἱ Χριστὸν φορέοντες; *qui Chriſtum fertis.* Vide & Cyrillum Hieroſolymitanum Catech. Myſtag. 4. docentem, quo ſenſu Chriſtiani appellentur *Chriſtiferi*, nempe quòd Corpus, & Sanguinem Chriſti guſtent.

Σῶμ' ἀποδυσσαμένη. *Corpus exuta.* Ita Cod. Ambr. in quo tamen per unicum Sigma ſcriptum eſt ἀποδυσαμένη. Codex Mediceus habet πάντ' ἀποδυσαμένη, *omnibus rebus expedita.*

Ἄλλο.

Γρηγόριον βοόωσα παρ' ἀνθοκόμοισιν ἀλωαῖς
Ἤντεο μῆτερ ἐμὴ ξείνης ἄπο νευσομένοισιν,
Χεῖρας ἀμπετάσασα φίλας τεκέεσσι φίλοισι
Γρηγόριον βοόωσα. τὸ δ' ἔῤῥεεν αἷμα τεκούσης
Ἀμφοτέροις ἐπὶ παισὶ, μάλιστα δὲ θρέμματι θηλῆς.
Τοὔνεκα καί σε τόσοις ἐπιγράμμασι μῆτερ ἔτισα.

ALIUD. LXXXVII.

Gregorium inclamans per vineas floribus ornatas
Occurrebas, mater mea, peregre redeuntibus,
Et manus extendens dilectas ad dilectos filios,
Gregorium clamore vocans. Fluxit verò maternus ſanguis
Super utrumque filium, & potiſſimum ſuper quem lactaſti.
Idcirco te his quoque carminibus, mater honoravi.

NOTAE.

Somnium fortaſſe Gregorius narrat, quo ſibi viſus eſt matrem intueri, filios ad Coelum invitantem. Aut illam potius exhibet adhuc vivam, eoſdemque filios, Gregorium praeſertim majorem natu, ab hujus mundi aerumnis ſecum advocantem ad Coelos. Forſitan etiam heic latet aliquod mendum. In Ambr. Cod. non ſatis apparebat, num ἤλτεο, an ἤντεο μῆτερ, ſcriptum foret. Ego legendum

dum potius cenſui ἤντεο. In eodem Codice, ac eodem verſu legitur ξείνισσα πονησομένοισιν. Sequutus ſum Codicem Mediceum, ubi ξείνης ἄπο νευσομένοισιν.

Ε῎ρρεεν. *Fluxit*. In MSS. tam Ambr. quàm Medic. erat ἔξεεν: quae vox quid heic ſignificet, non video, nam ἀπλῶς ſignificat *raſit*, *expolivit*. Aliud itaque vocabulum vicinum per conjecturam adhibui, ut quis ſenſus eſſet verbis. Attamen quei haec cum ſuperioribus aptè conſentiant, difficile apparet. Ε'πὶ γράμμασι ſcriptum erat in MS. Ambr. Rectiùs Codex Mediceus conjunxit.

Α῎λλο.

ΤΕ'κνον ἐμῆς θηλῆς, ἱερὸν θάλος, ὥς σε ποθεῦσα
Οἴχομαι εἰς ζωὴν, Γρηγόρι οὐρανίην.
Καὶ γὰρ πολλ' ἐμόγησας ἐμὸν κομέων πατέρος τε
Γῆρας, ἃ καὶ Χριστοῦ βίβλος ἔχει μεγάλη.
Α'λλὰ φίλος τοκέεσσιν ἐφίσπεο, καί σε τάχιστα
Δεξόμεθ' ἡμετέροις φάεσι προφρονέως.

ALIUD. LXXXVIII.

FIlli mei uberis, ſacrum germen, quantum te deſiderans
Abeo in vitam, Gregori, coeleſtem.
Etenim multa toleraſti, meam curans, patriſque
Senectutem: quae omnia Chriſti magnus liber habet.
Verum, dilecte, parentes ſequere, teque ſtatim
Excipiemus in lucem noſtram libentiſſime.

NOTAE.

ΤΕ'κνον ἐμῆς θηλῆς. *Fili mei uberis*. Hoc eſt, quem ego lactavi. Unum fortaſſe Gregorium lacte ſuo paverat Nonna; Gorgoniam verò, ac Caeſarium nutricibus lactandos dederat. Quare illum etiam ſupra caeteros diligebat. Idem quoque in ſuperiori Epigrammate innui videtur.

Α῎λλο.

Ἄλλο.

Ἄλλη μὲν κλεινῆτις ἐν οἰκιδίοισι πόνοισιν,
Ἄλλη δ' ἐκ χαρίτων ἢ δὲ σαοφροσύνης.
Ἄλλη δ' ευσεβίης ἔργοις καὶ σαρκὸς ἀνίαις
Δάκρυσιν, εὐχωλαῖς, χερσὶ πενητοκόμοις.
Νόννα δ' ἐν πάντεσσιν ἀοίδιμος. Εἰ δὲ τελευτὴν
Τȣ̃το θέμις καλέειν, κάτθανεν εὐχομένη.

ALIUD. LXXXIX.

ILla domum pulchro veneranda labore gubernat;
Haec dulci Charitum flore pudica nitet.
Carnis tormentis, lacrymis, prece nobilis illa eſt,
Et qua larga inopes curat amica manu.
Una hiſce in cunctis Nonna immortalis: & orans,
Si fas mortem iſtud dicere, mortem habuit.

NOTAE.

CArmen iſtud, & reliqua *in Matrem*, deſiderantur in Ambroſiano Codice, pagellis aliquot inde abſtractis. Deſiderabatur & poſtremus praecedentis Carminis verſus. Sed Cl. V. Antonius Maria Salvinius, cujus humanitati, ac eruditioni me plurimum debere fateor, cum illum verſiculum, tum alia Carmina in S. Nonnam uſque ad numerum CVII. è Codicibus Mediceae Bibliothecae deſcripta ſuppeditavit. Duò autem prae caeteris Nazianzeni Codicibus MSS. in inſigni illa Bibliotheca habentur. Horum unus è conjectura Cl. V. P. Bernardi Montfauconii Saeculo Chriſti XII. conſcriptus fuit, alter XI. Carminibus primi Codicis, quem olim pertinuiſſe ad Manuelem Chryſoloram ejus nomen prefixum teſtatur, Graeca Paraphraſis adnectitur. In fronte Libri legitur hic Jambicus Ἔπη τὰ θεῖα τȣ̃ σοφȣ̃ Θεολόγȣ. *Carmina divina ſapientis Theologi*. Ejuſdem Salvinii eſt metrica hujus Epigrammatis verſio, uti & aliae, quae interdum occurrent.

Ἄλλο

ΝΟ'ννναν ἐπϐρανίοισιν ἀγαλλομένην φαέσσιν;
Καὶ ῥίζης ἱερῆς πτόρθον ἀειθαλέα,
Γρηγορίϐ ἱερῆος ὁμόζυγα, καὶ πραπίδεσσιν,
Εὐαγέων τεκέων μητέρα τύμβος ἔχω.

ALIUD. XC.

NOnnam exultantem coeleſtis luminis imbre,
Sacrae & radicis germen inocciduum,
Gregorii & menti conſortem Antiſtitis, atque
Sacratae prolis matrem, habeo Tumulus.

Ἄλλο.

ΕΥ'χαί τε ςοναχαί τε φίλαι, καὶ νύκτες ἄϋπνοι;
Καὶ νηοῖο πέδον δάκρυσι δευόμενον,
Σοὶ, Νόννα ζαθέη, τοίην βιότοιο τελευτὴν
Ὤπασαν ἐν νηῷ ψῆφον ἑλεῖν θανάτϐ

ALIUD. XCI.

PErvigiles noctes, cari gemituſque, preceſque,
Atque ſolum Templi, fletibus irriguum;
Nonna, tibi talem vitae, divina, tulere
Finem; atque in Templo ſors tibi mortis iit.

Ἄλλο.

ΨΥχὴ μὲν πτερόεσσα πρὸς ϐρανὸν ἤλυθε Νόννης;
Σῶμα δ᾽ ἀῤ ἐκ νηϐ Μάρτυσι παρθέμεθα.
Μάρτυρες ἀλλ᾽ ὑπόδεχθε θύος μέγα, τὴν πολύμοχθον
Σάρκα, καὶ ὑμετέροις αἵμασιν ἑσπομένην.
Αἵμασιν ὑμετέροισιν, ἐπεὶ ψυχῶν ὀλετῆρος
Δηναιοῖσι πόνοις κάρτος ἔπαυσε μέγα.
Οὐ μόσχων θυσίην σκιοειδέα, ϐδὲ χιμάῤῥων,
Οὐδὲ πρωτοτόκων, Νόνν᾽ ἀνέθηκε θεῷ.

Ταῦ

Digitized by Google

Ταῦτα νόμοις προτέροισιν, ὅτ' εἰκόνες. ἥδ' ἄρ ἑαυτὴν
Δῶκεν ὅλῳ βιότῳ, μάνθανε, καὶ θανάτῳ.

ALIUD. XCII.

NOnnae ſpiritus evolans in Coelum aſcendit,
Ejus verò corpus è Templo Martyribus apponimus.
Igitur, Martyres, magnam hoſtiam ſuſcipite, & fatigatum
Corpus veſtro ſanguini ſociatum.
Veſtro, inquam, ſanguini; nam animarum perditoris
Vires ingentes illa perpetuis laboribus repreſſit.
Non umbratilem vitulorum victimam, neque hircorum,
Neque primogenitorum Nonna obtulit Deo.
Haec prima ſub lege fiebant, tanquam figurae. Sed ſe ipſam
Nonna dedit (diſcito) in totâ vitâ, & morte.

Ἄλλο.

Ἄλλος μὲν Νόννης τὶς ἀγνῶν ἐσθλοῖσιν ἐρίζοι,
Εὐχωλῆς δὲ μέτροισι ἐριζέμεν' οὐ θέμις ἐςίν.
Τέκμαρ καὶ Βιότοιο τέλος λιτῆσι λυθέντος.
Ὦ ςοναχῶν δακρύων τε καὶ ἐννυχίων μελεδώνων:
Ὦ Νόννης ζαθέης τετρύμμενα γυῖα πόνοισι.
Πῦ ποτ' ἔην, νηὸς μόχθων λῦσε γῆρας ἄκαμπτον.

ALIUD. XCIII.

NOnnae quidem virtutes aliquis probus aemuletur,
Sed ejus precum aemulari menſuram nequeat,
Quum metam, exitumque vitae inter precandum attigerit.
O ſuſpiria, & lacrymae, curaeque nocturnae!
O admirandae Nonnae attrita laboribus membra!
Templum, ubi tunc erat, ſolvit ſenectutem laborum patientiſſimam.

NOTAE.

PRo ἄλλος fortaſſe legendum ἄλλοις, ut ſit ſenſus: Alias quidem Nonnae virtutes aemulari aliquis poterit, at non ejus in oratione fervorem, atque conſtantiam.

Ἄλλο.

Ἐυχομένη βοόωσα παρ' ἁγνοτάτῃσι τραπέζαις
Νόννα λύθη, φωνὴ δ' ἐδέθη, καὶ χείλεα καλὰ
Γηραλέης. Τί τὸ θαῦμα; θεὸς θέλεν ὑμνητείραν
Γλῶσσαν ἐπ' εὐφήμοισι λόγοις κληῖδα βαλέσθαι.
Καὶ νῦν ὀρανόθεν μέγ' ἐπεύχεται ἡμετέροισιν.
Εὐχωλαῖς καὶ πόντον ἐκοίμισε Νόννα θεοδὴς
Οἷς τεκέεσσι φίλοις, καὶ ἐκ περάτων συνάγειρεν
Ἀντολίης δύσιός τε μεγακλέας, ὀ δοκέοντας
Μητρὸς ἔρως, νοσόν τε πικρὴν ἀποέργαθεν ἀνδρός.
Λισσομένης, τὸ δὲ θαῦμα, λίπεν βίον ἔνδοθι νηῦ.

ALIUD. XCIV.

ORans, exclamans apud menſam ſacram
Nonna diſſoluta eſt. Vox verò in anus honeſtis labiis
Devincta eſt. Quid mirum? Voluit Deus hymnis deditam
Linguam poſt ſanctos ſermones obſignare.
Et nunc in Coelo multum illa pro noſtris orat.
Et precibus pontum ſedavit Nonna pia
Suis caris liberis. Eos è finibus Orientis, atque Occidentis
Fama claros, & nil tale expectantes congregavit
Matris amor; & à conjuge ſuo difficilem avertit morbum.
Orans verò (mirum) in Templo vitam reliquit.

NOTAE.

ΠΟ'ντον ἐκοίμισε. *Pontum ſedavit.* Se, dum adoleſcens Athenas peteret, graviſſima tempeſtate maris agitatum, atque ex illa evaſiſſe, non uno in loco Nazianzenus commemorat, & praeſertim in Carm. de Vita ſua. Hoc autem precibus Nonnae matris impetratum, heic ipſe affirmat, & fuſiùs in ea Oratione, quam habuit in funere Patris ſui. Id etiam in ipſius Gregorii Vita enarrat Gregorius Presbyter. Quum enim filium in vitae diſcrimen adductum per ſomnium Nonna intellexiſſet, orationibus, & lacrymis ejus ſalutem à Deo poſcere ſibi videbatur.

Οἷς τεκέεσσι. In MS. legitur ὡς τεκέεσσι. Viſum eſt ſcribere οἷς ut ſenſus conſtet.

Ἐκ περάτων. *E finibus*. Peracto Athenis ſtudiorum curriculo, ſe Conſtantinopolim navi contulit Nazianzenus, eodemque tempore illuc ab Alexandria inſperato per minorem Aſiam venit Caeſarius illius frater. Ambo exinde patriam repetentes parentibus ſuis duplicatum attulere gaudium. Contigiſſe id non fortuito Nazianzenus ipſe opinatur Orat. in funere Caeſarii fratris.

Νȣσόν τε. *Et morbum*. De hoc patris morbo prodigiosè ſublato mentionem facit ipſemet Gregorius in Oratione habita in illius funere. Ibi populi, heic verò S. Nonnae precibus miraculum adſcribitur. Et quidem par eſt credere, à piiſſimae potiſſimum parentis orationibus impetratam fuiſſe laborantis viri ſalutem.

Λισσομένη. Videtur legendum vel λισσομένη λίπεν βίον: vel λισσομένης λίπεν βίος.

Ἄλλο.

ΠΩς θάνεν, ἢ περίβωτον ἐμῆς τέλος ἔπλετο μητρός;
Εὐχομένης ψυχὴ πρὸς θεὸν ἧλατ' ἄνω.

ALIUD. XCV.

QUomodo obiit? vel expletus eſt clarus meae parentis exitus?
Orantis anima ad Deum avolavit.

Ἄλλο.

ἜΝθα ποτ' εὐχομένης ψυχὴ δέμας ἔλλιπε Νόννης.
Ἔνθεν ἀνηέρθη Νόννα λιπȣ̃σα δέμας.

ALIUD. XCVI.

HEic olim orantis Nonnae ſpiritus corpus deſeruit;
Hinc, deſerens corpus, Nonna ſublata eſt.

Ἄλλο.

ΠΟλλάκις ἔκ με νόσωντε καὶ ἀργαλέων ὀρυμαγδῶν
Σεισμῶντε κρυερῶν καὶ ἄγρια κυμαίνοντος
Οἴδματος ἐξεσάωσας, ἐπεὶ θεὸν ἵλαον εἶχες.

Ἀλλὰ

Α'λλὰ σάω καὶ νῦν με, πάτερ, μεγάλῃσι λιτῇσι,
Καὶ σὺ, τεκῦσα μάκαιρα, ἐν εὐχωλῇσι θανῦσα.

ALIUD. XCVII.

ME ſaepe è morbis, gravibuſque turbis,
Et horribilibus terrae motibus, & immane undantibus
Procellis liberaſti, quoniam placaſti Deum.
Igitur & nunc me ſalva, pater, potenti prece,
Tuque, mater beata, inter precandum mortua.

Α'λλο.

ΝΟ'ννα, σοὶ φωνὴ περιλείπετο, Νόννα φαεινή,
Πάνθ' ἄμυδις ληνοῖς ἐνθεμένη μεγάλοις,
Ε'κ καθαρῆς κραδίης ἁγνὸν θύος. ἀλλ' ἄρα καὶ τὴν
Υ'ςατίην νηῷ λεῖπες ἀειρομένη.

ALIUD. XCVIII.

NOnna, tibi vox ſuperfuerat, Nonna illuſtris,
Omnia promiſcuè lacubus imponens magnis,
E puro corde puram hoſtiam. Sed tandem hanc etiam
Ultimam Templo reliquiſti, inde ſublata.

NOTAE.

ΛΗνοῖς μεγάλοις. *Lacubus magnis.* Ληνὸν eſt lacus torcularii praeli, ubi muſtum exprimitur. Ita allegorice in ſacris Literis vocari Ε'κκλησίαν, auctor eſt Suidas. Vox Nazianzeno familiaris ad ſignificandam plerumque coeleſtem beatitudinem, Ληνῶν ὀρανίων, *Lacuum*, ſeu *torcularium coeleſtium* meminit ille in Carm. ad Hellenium, & in Carm. de diverſis vitarum Beatitudinibus. Eodem ſenſu vocabulum uſurpatum heic videtur, quaſi dicat, Nonnam obtuliſſe, & ſacraſſe Deo omnia, & ut ita dicam, in coeleſtes lacus intuliſſe. Poteſt & intelligi ſacrum Templum.

Α'λλο.

Ἄλλο.

ΟΥδ᾽ ἔθανεν νηοῖο θυώδεος ἔκτοθι Νόννα,
Φωνὴν δὲ προτέρην ἥρπασε Χριστὸς ἄναξ
Λισσομένης: πόθεεν γὰρ ἐν εὐχωλῇσι τελέσσαι
Τόνδε βίον πάσης ἁγνότερον θυσίης.

ALIUD. XCIX.

EXtra odoroſum templum non obiit Nonna,
Vocem verò prius rapuit Rex Chriſtus
Orantis: optavit enim illa, ut inter preces deficeret
Vita ſibi, omni purior ſacrificio.

NOTAE.

PRaeſens Epigramma à ſuperiore dividendum ſum arbitratus. Cl. Salvinius pro Νόννα prima illius voce legendum ſuſpicatur Μονή. In iſto pro ἔθανεν dubitat an legendum ἔθανες, & conſequenter pro πόθεεν πόθεες. Utrumque autem Epigramma conjunctum ita ille reddidit Latinis verſibus.

Sermo tibi tantùm ſuperaverat, inclyta Nonna,
Imponens magno cuncta premenda lacu,
Puro è corde ſacrum. Liquiſti ſedula tandem
Sermonem, in templo rapta: nec ipſa tamen
Mortua, Nonna, extra templi pia limina odori.
Orantis Chriſtus ſed Dominus rapuit
Verba prius; namque optabas finire precando
Hanc vitam, cunctis quae mage ſancta ſacris.

Ἄλλο.

ΝΟνν᾽ ἱερή, σὺ δὲ πάντα θεῷ βίον ἀντείνασα
Ὕστατιον ψυχὴν δῶκας ἁγνὴν θυσίην.
Τῇδε γὰρ εὐχομένη ζωὴν λίπες: ἡ δὲ τράπεζα,
Μῆτερ ἐμὴ τῷ σῷ δῶκε κλέος θανάτῳ
Τῆσδε πατὴρ μὲν ἐμὸς λάτρις μέγας ἦε τραπέζης,
Μήτηρ δ᾽ εὐχομένη πὰρ πόσι λῆξε βίου.

ALIUD. C.

NOnna religioſa, tu quum totam Deo vitam obtuliſſes,
Spiritum tandem ei dediſti puram hoſtiam.
Heic autem orans vivendi finem feciſti: menſa verò ſacra
Tuae, mater mea, gloriam dedit morti.
Hujus ſacrae menſae magnus cultor fuit meus parens,
Mater verò apud conjugem orans vivere deſiit.

NOTAE.

POſtremi duo verſus à ſuperioribus ſejungendi videntur. Pro ποσί, quod erat in Cod. MS. ſcripſi πότι, i. e. πότιϊ.

Ἄλλο.

Γρηγόριος Νόννα τε μεγακλέες. Εὔχομ' ἄνακτι,
Τοίην μοι ζωὴν καὶ τέλος ἀντιάσαι.

ALIUD. CI.

GRegorius, & Nonna celebres. Deum rogo,
Ut mihi talis vita, & mors contingant.

Ἄλλο.

ΠΟλλὰ τράπεζα φίλη Νόννης καὶ δάκρυ' ἐδέξο,
Δέχνυσο καὶ ψυχὴν τὴν πυμάτην θυσίην.
Εἶπε, καὶ ἐκ μελέων κέαρ ἔπτατο, ἓν δ' ἄρα μοῦνον
Παῖδ' ἐπόθει τεκέων τὸν ἔτι λειπόμενον.

ALIUD. CII.

PLurima tu Nonnae, & lacrymas, pia menſa, tuliſti;
Nunc animam, extremum tu cape, menſa, ſacrum.
Dixit, & è membris aufugit ſpiritus: unum
In voto, gnatus nempe ſuperſtes erat.

NO-

NOTAE.

PRriores verſus Nonnam loquentem inducunt. In ſequentibus inquit Poëta, matrem è vita diſcedentem hoc unum exoptaſſe, ut ſecum traheret ſuperſtitem filium, Gregorium videlicet ipſum, qui unus è reliquis Nonnae filiis ſuperſtes erat.

Ἄλλο.

ἜΝθα πότ' εὐχομένης τόσσον νόος ἔπτατο Νόννης
 Μέσφ' ὅτε καὶ ψυχὴ ἔσπετ' ἀειρομένῳ.
Εὐχομένη δὲ νέκυς ἱερῇ παρέκειτο τραπέζῃ.
 Γράψατ' ἐπερχομένοις θαῦμα τόδ' εὐσεβέες.

ALIUD. CIII.

HEic olim orantis Nonnae mens tantùm volavit,
 Ut mentem vita quoque ſequuta fuerit.
Orans autem mortua ante ſacram jacet menſam.
 Ad poſteros ſcribite monſtrum hoc, homines pii.

Ἄλλο.

ΤΙ'ς θάνεν, ὡς θάνε Νόννα, παρ' εὐαγέεσσι τραπέζαις
 Τῶν ἱερῶν σανίδων χερσὶν ἐφαπτομένη:
Τίς λύσεν εὐχομένης Νόννης τύπον; ὡς ἐπιδηρὸν
 Ἤθελεν ἔνθα μένειν καὶ νέκυς εὐσεβέων.

ALIUD. CIV.

QUis mortuus eſt, ut Nonna, apud piam menſam
 Sacras manibus contingens tabulas?
Quis orantis Nonnae formam diſſolvit? perinde ac diu
 Voluerit heic manere, & mortua pietati vacare.

Digitized by Google

Ἄλλο.

ΕΝθα πότ' εὐχομένῃ Νόννῃ θεὸς εἶπεν ἄνωθεν,
    Ἔρχεο. ἡ δ' ἐλύθη σώματος ἀσπασίως.
Χειρῶν ἀμφοτέρων τῇ μὲν κατέχουσα τράπεζαν,
    Τῇ δ' ἐπιλισσομένη. ἵλαθι Χριστὲ ἄναξ.

ALIUD. CV.

HEic olim oranti Nonnae Deus infit ab axe:
    Sponſa veni; & membris illa ſoluta libens.
Ambarum manuum menſam tenet altera ſacram;
    A Chriſto Rege aſt altera poſcit opem.

Ἄλλο.

ΣΑ'ῤῥα φίλη πῶς τὸν σὸν Ἰσαὰκ λίπες, ἡ ποθέουσα
    Τῶν Ἀβραὰμ κόλπων, ὡς τάχος, ἀντιάσαι,
Νόννα Γρηγορίοιο θεόφρονος; ἦ μέγα θαῦμα
    Μηδὲ θανεῖν νηοῦ ἔκτοθι καὶ θυέων.
Μάρτυρες ἱλήκοιτε, μόγις μὲν, οὔτι χερείων
    Νόννα φίλη, κρυπτῷ καμφαδίῳ πολέμῳ.
Τοὔνεκα καὶ τοίης κύρσεν βιότοιο τελευτὴν,
    Εὐχῆς καὶ ζωῆς ἓν τέλος εὑρομένη.

ALIUD. CVI.

DIlecta Sara, quomodo tuum liquiſti Iſaac, cupiens
    Quam celerrimè in Abrahae ſinum deferri,
Nonna Gregorii Sacerdotis? ingens certè prodigium,
    Ne extra quidem templum, & ſacra mori.
Parcite, Martyres: aegrè quidem dicam: non vobis inferior
    Dilecta Nonna, propter occulta, & patentia bella.
Idcirco talem etiam vivendi finem ſortita eſt,
    Unum precis, & vitae exitum inveniens.

NO-

NOTAE.

NOn malè forſitan Epigramma hoc in duo diſtinxiſſem, alteri priores quatuor verſus, alteri ſubſequentes tribuens.

Λίπες. *Liquiſti*. Ita ſcripſi, quum in MS. eſſet λίπε. Si quis concludere malit ſenſum priore diſticho, neque in ſequentem differre, ego non contendam. Ita quoque benè erit.

Μόγις μὲν. *Aegrè quidem*. Obſcura mihi iſtius verſus verba: Ego ſupplevi *dicam*, & *vobis*. Pro his fortaſſe legendum μογεύσασα, aut quid ſimile, ſuſpicatur Cl. Salvinius.

Κρυπτῶ. *Propter occulta &c.* Hoc eſt, quia tum patentes, tum occultas victorias retulit de Chriſtiani hominis hoſtibus, ideoque virtute, ac merito non concedit vobis, ò Martyres.

Τοίης κύρτευ βιότοιο, videtur legendum τοίυ, ut reſpondeat βιότοιο.

Ἄλλο.

ΡΊζης εὐσεβέος γενόμην, καὶ σάρξ ἱερῆος,
Καὶ μήτηρ. Χριςῷ σῶμα, βίον, δάκρυα,
Πάντ' ἐκένωσα φέρυσα. τὸ δ' ἔσχατον ἔνθεν ἀέρθην,
Νηῷ γεραλέον Νόννα λιπῦσα δέμας.

ALIUD. CVII.

E Radice pia ſum orta, & caro Sacerdotis fui,
Ac mater. Chriſto corpus, vitam, lacrymas,
Omnia offerens, exhauſi. Poſtremò hinc ſublata ſum,
Templo annoſum Nonna relinquens corpus.

NOTAE.

CArmen hoc, & quae ſequuntur ad numerum uſque CXXXIX. impetravi à Cl. Viro Joanne Boivinio. Depromſit ille è MSS. Codicibus Regiae Pariſienſis Bibliothecae, cui praeeſt. Ut ſuperioribus attexerem, fecit idem argumentum. Eſt idem titulus in Regio Codice 2891. ac in Ambroſiano, ſcilicet εἰς τὴν μητέρα ἐκ τῦ θυσιαςηρίυ προςληφθεῖσαν: i. e. *in matrem ex altari aſſumtam*. Neque

verò humaniſſimo Boivinio ſat fuit hos mecum verſus communicaſſe; ſed & Latinam ille nonnullorum interpretationem à ſe elaboratam addidit unà cum brevibus Scholiis è MSS. Codicum margine deſcriptis. Reperta ſunt poſteà ab accuratiſſimo Salvinio eadem Carmina in Codice Mediceo, cujus variantes lectiones ſubinde attexam.

Ρ'ίζης εὐσεβέος. *E radice pia.* Hoc eſt, è Chriſtianis parentibus, quod & in Carm. de Vita ſua Gregorius noſter repetit, matrem appellans ἐξ εὐσεβῶν τοπρόσθεν εὐσεβεστέραν, *prognatam ſanctis ſanctiorem parentibus.* Codex Med. habet ῥίζης εὐγενέος.

Καὶ σάρξ. *Et caro.* I. e. uxor Gregorii ſenioris, uti etiam interpretatur, Boivinio teſte, Pariſienſis Scholiaſtes MS. ſcribens: *καὶ σύζυγος ἱερέως, & uxor Sacerdotis:*

Α'έρθην. *Sublata ſum.* In Cod. Med. legitur ἀέρθη, ſed parùm congruè cum ſuperioribus.

Νηῷ. *Templo.* Regius Codex νηὸν praefert, quod explicare poſſes: *templum annoſum*, i. e. *corpus*, quum revera *Templum Dei* ſint Chriſti fideles. At longe nimis petita ſolutio: propterea que legendum νηῷ. Lectionem hujuſmodi firmat MS. Scholium ita ſe habens: *ἐν ἁγίῳ τῷδε ναῷ: in hoc ſancto Templo.*

Α'λλο.

ΠΙ'στις Ε'νὼχ μετέθηκε, καὶ Η'λίαν: ἐν δὲ γυναιξὶ
Μητέρ' ἐμὴν πρώτην. οἶδε τράπεζα τόδε,
Fort. ἀναιμάκτοισι. Ε'νθεν ἀναιμάκτησιν ὁμοῦ θυέεσσιν ἀέρθη
Εἰσέτι λισσομένη σώματι, Νόννα φίλη.

ALIUD. CVIII.

FIdes Enochum tranſtulit, & Eliam: inter mulieres autem
Matrem meam primam. Novit hoc Menſa,
Unde incruentis cum victimis ſublata eſt
Adhuc orans corpore, Nonna dilecta.

NOTAE.

ΠΙ'στις. *Fides &c.* Quomodo prima inter mulieres, Enochum, & Eliam imitata, ab humanis Nonna translata abierit, non facilè intelligas; illi ſiquidem unà cum corpore viventium oculis erepti

repti ſunt, quod S. Nonnae profecto non contigit. Hanc tamen Sanctiſſimis illis Prophetis ea fortaſſe ratione comparat Gregorius, quod cum haec, tum illi ſine morbo, & orantes, inter vivos apparere deſierunt.

Α'ίρθη. *Sublata eſt*. In Regio Codice ſcriptum erat ἀίρθην. Ut contextus, ac tertia perſona ſervetur, ἀίρθη legendum cenſui. Non aliter Scholiaſtes ipſe legit, ſic interpretans: ἐντεῦθεν γάρ τελεμένων τῶν ἱερῶν θυσιῶν ἀνέπτη πρὸς ὀυρανόν. *Hinc enim ſacris completis in Coelum avolavit*. Pro ἀναιμάκτησιν. Salvinio legendum videtur ἀναιμάκτοισιν.

Α'λλο.

ΟΥ' νόσος, ὀυδέ σε γῆρας ὁμοίιον, ὀυ σέ γ' ἀνίη
Καί περ γηραλέην, μῆτερ ἐμὴ, δάμασεν.
Α'λλ' ἄτρωτος ἄκαμπτος ἁγνῆς ὑπὸ ποσσὶ τραπέζης
Ευ'χομένη, Χριστῷ, Νόνν', ἀπέδωκας ὄπα.

ALIUD. CIX.

NOn morbus, non te ſenectus alter morbus, non te moeror
Quamquam longaevam, o mater mea, domuit.
Sed illaeſa, neque curvata, ſanctae ſub pedibus Menſae
Orans, Chriſto, Nonna, reddidiſti vocem.

NOTAE.

ΟΜοίιον. *Alter morbus*. Scholiaſtes hanc vocem interpretatur ἀνθρώπινον, hoc eſt *humanum*, reſpiciendo ad τὸ γῆρας generis neutrius. Mihi videtur Poëta ſenectutem appellare ſimilem morbo, atque adeo morbum alterum. *Senectus ipſa eſt morbus*.

Τραπέζης. *Menſae*. Ubicumque hoc nomen vel ſine adjuncto *ſacrae*, apud Nazianzenum occurrit, Altare ſacrum ſignificari ſcito, ut aliàs notavimus. Quod non ab hoc tantùm Scriptore, ſed ab aliis non paucis Patribus uſurpatum invenias.

Α'λλο.

Digitized by Google

Ἄλλο.

ΔΩ͂κε θεῷ θυσίην Ἀβραὰμ παῖν, ὥς δέ θύγατρα
Κλεινὸς Ἰεφθάε, ἀμφότεροι μεγάλην.
Μῆτερ ἐμή, σὺ δ᾽ ἔδωκας ἁγνὸν βίον, ὑςάτιον δὲ
Ψυχὴν εὐχωλῆς, Νόννα, φίλου σφάγιον,

ALIUD. CX.

OBtulit Deo Abrahamus filium; ita & filiam
Inclytus Jephtes; ambo magnum ſacrificium.
Tu verò, mater mea, obtuliſti caſtam vitam, & noviſſimè
Animam precis, Nonna, gratam hoſtiam.

NOTAE.

Ἰεφθάε. *Jephtes*. Ita quoque legitur in MS. Med. Forſitan ſcriptum olim fuit Ἰεφθάη, vel Ἰεφθαῖος. Immutare tamen non ſum auſus.

Εὐχωλῆς. *Precis*. Habebatur in Cod. Regio εὐχώλαις. Conjecturâ locum emendavit doctiſſimus Boivinius, monens legendum fortaſſe εὐχώλης φίλον σφάγιον, i. e. *precum ſuarum victima*, nempe victima, quae ſemetipſam per proprias preces Deo obtulit. Sic infra legitur φίλης εὐχῆς ἱερήιον, *ſuae precis victima*. Certè apud Poëtas φίλος idem non rarò ſignificat atque ἴδιος, *ſuus*, *proprius*. In Cod. Medic. reipſa ſcriptum εὐχώλης, poſteà deprehendi.

Ἄλλο.

Ἡ Τριάς, ἣν ποθέεσκες, ὁμὸν σέλας, ἕν τε σέβασμα,
Ἐκ νηῦ μεγάλοιτε πρὸς οὐρανὸν ἥρπασε, Νόννα,
Εὐχομένην, ζωῆς δὲ τέλος καθαρώτερον εὗρες.

ALIUD. CXI.

TRinitas illa, quam deſiderabas, unum jubar, & una majeſtas,
E Templo ſublime ad Coelum te rapuit, Nonna,
Orantem; vitae autem exitum puriorem nacta es.

NO-

NOTAE.

O'Μὸν σέλας. *Unum jubar*. Scholiaſtes Ambroſianus MS. ita haec verba interpretatur: τὸ ὁμοούσιον φῶς, τὸ ἓν, καὶ ὁμότιμον σέβασμα, i. e. *conſubſtantiale lumen*, *unitas*, & *ejuſdem bonoris majeſtas*. Similem dicendi formam habemus in tribus iis verſibus, quos Tollius à Gregorio noſtro animam efflante pronunciatos opinatur. Juvat ipſos rurſus referre, quippe non ſatis rectè ab eodem Tollio Latinè redditos.

Ἄγγελοι αἰγλήεντες ἀπειρέσιον κατὰ κύκλον
Τρισσοφαοῦς θεότητος, ὃ μὸν σέλας, ἀμφιέποντες,
Γρηγόριον δέξασθε ἀνάξιον, ἀλλ' ἱερῆα.

Ita vertit ille.

Angeli fulgentes in immenſo Coeli gyro,
Trilucidae Trinitatis, quod meum jubar eſt, miniſtri,
Recipite Gregorium, indignum quidem, attamen Sacerdotem.

Ubi vides, male Tollium partiri in duo verbum unum, nempe ὁμὸν in ὃ μόν. Vertendum igitur: *Triluminis Deitatis unum iubar*. In priore etiam verſu pro *in immenſo Coeli gyro* libentius verterem *immenſum in gyrum*, vel *immenſo in orbe*.

Ἄλλο.

Οὔποτε χείλεα μίξας ἀνάγνοις χείλεσιν ἁγνά
Οὐδ' ἀθέῳ παλάμῃ καθαρὴν χέρα μέχρις ἐδωδῆς,
Μῆτερ ἐμή, μισθὸς δὲ λιπεῖν βίον ἐν θυέεσσι.

ALIUD. CXII.

NUmquam labra miſcuiſti inceſtis labiis caſta,
Neque impiae manui puram manum uſque ad cibum,
O mater mea: merces autem liquiſſe vitam inter Sacra.

NO-

N O T A E.

AUſtor eſt Gregorius ipſe in Orat. XIX. quam in Patris funere habuit, adeo S. Nonnam ab Ethnicorum conſuetudine, & communione abhorruiſſe, ut nullius unquam Gentilis foeminae, tametſi honeſtiſſimae, & ſanguine propinquiſſimae, manibus manum junxerit, aut labra labris miſcuerit. Eadem in Carmine hoc repetit. Praemium verò tam eximii zeli Nonnam retuliſſe ait, quòd in Templo, Sacris peractis, finem vivendi fecerit.

Ἀθέῳ. *Impiae*, ſive *Infideli*, & *ἀπίςῳ*, uti Scholiaſtes interpretatur. In ſupra laudata Oratione S. Gregorius affirmat, numquam cum impura, ac profana Ethnicorum menſa Nonnam communicare voluiſſe, ita ut ne illorum quidem domos ingredi, aut conſpicere ſuſtineret.

Λιπεῖν. *Liquiſſe*. Cod. Med. habet λίπεν, pro quo fortaſſe ſcribendum λίπες. Ibidem etiam in priore verſu pro *μίξας ἀνάγνοις*, ſcriptum eſt, *μίξασ᾽ ἀνάγνοις*. Quae lectio ſi magis placeat, Epigramma hoc à ſuperiori ſejungendum forſitan non videatur.

Ἄλλο.

ΑΓγελος αἰγλήεις σε φαάντατος ἥρπασε, Νόννα,
Ἔνθα ποτ᾽ εὐχομένην καθαρὸν μελέεσσι νόῳ τε,
Καὶ τὸ μὲν ἥρπασε σεῖο: τὸ δ᾽ ἐνθάδε κάλλιπε νηῷ.

A L I U D. CXIII.

ANgelus radians lucidiſſimus te rapuit, ò Nonna,
Heic quondam orantem purè membris, ac mente:
Et hoc quidem Tui rapuit, illud autem reliquit Templo.

N O T A E.

KΑθαρὸν. *Purè*. Verti per adverbium. Fortaſſe legendum *καθαρὰν*. i. e. *puram*.

Καὶ τὸ μὲν. *Et hoc quidem*. Ad *νόῳ* praecedens refertur haec particula, hoc eſt ad *mentem*, quod nomen pro ψυχῇ, ſeu *anima* heic uſurpatum eſt. Τὸ δὲ verò ad *μελέεσσι*, qua voce *corpus* heic ſigni-

ſignificatur. Anima ab Angelo ad Coelum rapta; Corpus verò relictum in Templo. Quod & in ſequenti Carmine repetitur.

Ἄλλο.

Νηὸς ὅδ᾽, ὐ γὰρ ὅλην Νόνναν θέμις ἦεν ἐρύξαι,
Ψυχῆς οἰχομένης μῦνον ἐπέσχε δέμας.
Ὥς πάλιν ἐργομένη καθαρώτερον ἔνθεν ἀερθῇ,
Σώματι τῷ μογερῷ δόξαν ἐφεσσομένη.

ALIUD. CXIV.

Templum hoc, non enim totam Nonnam fas erat retinere,
Animâ egreſſâ, ſolum retinuit corpus.
Ut rurſus excitata puriùs inde attollatur,
Corpore laborum conſorte gloriam indutura.

NOTAE.

Nonnae corpus in Templo, ubi animae ſupremum vale dixerat, fuiſſe relictum, atque humatum, ex his verſibus erui poteſt, ni mea me fallit opinio. Quare, ut in Diſquiſitione infra ponenda probabo, hinc etiam diſcimus, Chriſtianorum cadavera intra aedes ſacras conſueviſſe componi.

Οἰχομένης. *Egreſſa*. Cod. Medic. habet Ψυχῆς δ᾽εὐχομένης, & pro ἐφεσσομένη legitur ibi ἐφεσσαμένη.

Ἐργομένη. *Excitata*. Ita cum doctiſſimo Boivinio ſcribendum; non autem ἐργομένην, ut Pariſ. Codex praeferebat. Eſt Syncope pro ἐγειρομένη.

Ἄλλο.

Νόννη Φιλτατίυ. Καὶ πῦ θάνε; τῷδ᾽ ἐνὶ νηῷ.
Καὶ πῶς; εὐχομένη. πηνίκα: γηραλέη.
Ὢ καλῦ βιότοιο, καὶ εὐαγέος θανάτοιο!

A L I U D. CXV.

NOnna Philtatii. Et ubinam obiit? Hoc in Templo.
Quomodo? orans. Quando? anus.
O pulchram vitam, & piam mortem!

N O T A E.

NEque breviori, neque elegantiori Epitaphio parentare matri ſuae Gregorius poterat.

Νόννη Φιλτατίυ. *Nonna Philtatii*. Νόννα legitur in Cod. Mediceo. Supple, *filia heic jacet*. Supra edidimus quoddam Gregorii Carmen *in Philtatium*. At is adoleſcens erat, neque propterea Nonnae parens. Alterum Philtatium in Carm. XXXIII. Nazianzenus memorat, eumque Amphilochii patrem, & Gorgoniae cujuſdam (non enim Gregorii noſtri ſororem illam affirmare auſim) virum appellat. Sed ne is quidem cum Philtatio Nonnae parente confundendus, niſi aliqua gravis conjectura ſuccurrat. Caeterum cur Philtatios alibi Gregorius laudarit, ex hoc verſu intelligere poſſumus; ejus enim neceſſarii erant, quippe ſuae matri ſanguinis communione proximi.

Α῎λλα.

1. Α῎ρματι μέν πυρόεντι πρὸς ὐρανὸν Ἠλίας ἦλθεν:
Νόνναν δ' εὐχομένην πνεῦμ' ὑπέδεκτο μέγα.

A L I A. CXVI.

1. CUrru quidem igneo in Coelum Elias abiit:
Nonnam verò orantem Spiritus ſuſcepit magnus.

2. Ε'νθάδε Νόννα φίλη κοιμήσατο τὸν βαθὺν ὕπνον,
Γ'λαος ἑσπομένη ᾧ πόσι Γρηγορίῳ

2. Heic Nonna cara obdormivit profundum ſomnum,
Libens ſequuta virum ſuum Gregorium.

3. Τάφ.

3. Τάρβος ὁμȣ̃, καὶ χάρμα: πρὸς ȣ̓ρανὸν ἔνθεν ἀέρθη
Εὐχῆς ἐκ μεσάτης Νόννα λιπȣ̃σα βίον.

2. Terror ſimul, & gaudium: in Coelum hinc ſublata eſt
Prece è mediâ Nonna, vitam deſerens.

4. Εὐχῆς καὶ βιότȣ Νόννη τέλος: ἥδε τράπεζα
Μάρτυς, ἀφ' ἧς ἤρθη ἄπνοος ἐξαπίνης.

4. Precis unà & vitae finis fuit Nonnae: ſacra haec Menſa
Teſtis, unde ſublata eſt repentè exanimis.

NOTAE.

PRo εὐχῆς Cod. Pariſ. habet εὐχή: quod & ſuſtineri poteſt. Sed praeferre placuit lectionem Codicis Medicei.

5. Νόννης ἠρίον εἰμὶ σαόφρονος, ἧρα πύλῃσιν
Ἔχριμψ' ȣ̓ρανίαις, πρὶν βιότοιο λυθῆ.

5. Nonnae tumulus pudicae, quae ad fores
Appulit coeleſtes, antequam vitâ ſoluta eſſet.

6. Δακρύετε θνητȣ̀ς, θνητῶν γένος: εἰ δέ τις ȣ̃τως
Ὡς Νόνν' εὐχομένη κάτθανεν, ȣ̓ δακρύω.

6. Reliquos mortales deflete, mortalium genus: ego verò, ſi quis,
Ut Nonna, orans obiit, non defleo.

NOTAE.

ALiquid ſimile huic habet Ennianum Epitaphium.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. Cur? volito vivu' per ora virum.

7. Νόννης ἁζόμενος ἁγνὸν βίον, ἅζεο μᾶλλον
Καὶ τέλος. Ἐν νηῷ κάτθανεν εὐχομένη.

Digitized by Google

7. Nonnae venerans caſtam vitam, venerare magis
Et obitum. In Templo mortua eſt orans.

8. Ἔνθα ποτ' εὐχομένη πρηνὴς θάνε Νόννα φαεινή.
Νῦν δ' ἄρ' ἐν εὐσεβέων λίσσεται ἱσαμένη.

8. Heic quondam orans prona occubuit Nonna Illuſtris.
Nunc autem inter pios ſtans precatur.

9. Στήλη σοι θανάτου μελιηδέος ἧδε τράπεζα,
Νόννα, παρ' ᾗ ἐλύθης εὐχομένη πύματα.

9. Cippus tibi mellitae mortis haec Menſa,
O Nonna, juxta quam exſoluta es poſtremum orans.

N O T A E.

ΠΑρ' ᾗ ἐλύθης. In Regio Cod. legebatur παρ' ἧς λύθης εὐχομένης. Germanam lectionem reſtituit Boivinius, ſenſu verborum poſcente. Pro πύματα habet Cod. Medic. πύματον.

10. ΜΙκρὸν ἔτι ψυχῆς ἦν τὸ πνέον: ἀλλ' ἄρα καὶ τὸ
Νόνν' ἀπέδωκε θεῷ ἔνθα ποτ' εὐχομένη.

10. EXiguus reſtabat animae ſpiritus; ſed & illum
Nonna Deo reddidit, heic olim orans.

11. Πέμψατε ἐκ νηοῦ θεοειδέα Νόνναν ἅπαντες,
Πρέσβειραν μεγάλην πέμψατ' ἀειρομένην.

11. Proſequimini è Templo divinam Nonnam omnes,
Patronam magnam proſequimini ſurſum ſublatam.

12. Ἔκ με θεὸς καθαροῖο πρὸς οὐρανὸν ἥρπασε νηοῦ
Νόνναν ἐπειγομένην οὐρανίοις πελάσαι.

12. Me Deus è puro ad Coelum rapuit Templo
Nonnam properantem ad coeleſtes accedere.

13. Νόνν'

13. Νόνν᾽ ἀπανισαμένη νηῦ μεγάλȣ τόδ᾽ ἔειπεν:
Τῶν πωλλῶν καμάτων μείζονα μισθὸν ἔχω

13. Nonna ſurſum ſublata è Templo magno, hoc dixit:
Multis laboribus majorem mercedem habeo.

14. Νόννα φίλης εὐχῆς ἱερήιον ἐνθάδε κεῖται.
Νόννα ποτ᾽ εὐχομένη τȣ̃δ᾽ ἐλύθη βιότȣ.

14. Nonna, ſuae precis victima, heic jacet.
Nonna quondam orans ex hac vita evaſit.

NOTAE.

VIdelicet Nonna, quae ſemetipſam per continuatas preces victimam Deo obtulit, hoc in tumulo ſita eſt. Vide Carmen CX. Pro τȣ̃δ᾽ ἐλύθη Cod. Medic. legit. τȣ̃δε λύθη, quod ποιητικώτερον.

15. ἘΚ νηῦ μεγάλοιο θύος μέγα Νόνν᾽ ἀπανέστη.
Νηῷ Νόνν᾽ ἐλύθη. χαίρετε εὐσεβέες.

15. E Templo magno, victima magna, Nonna ſurſum ſublata eſt.
In Templo Nonna ſoluta eſt. Gaudete pii.

16. Ἥδε τράπεζα θεῷ θεοειδέα Νόνναν ἔπεμψεν.

16. Haec ſacra Menſa divinam Nonnam ad Deum tranſmiſit.

Parentum mortuorum Proſopopoeia. CXVII.

ΕΓη σοι βίος ἐσθλὸς ἐπ᾽ εὐλογίαισιν ἁπάσαις,
Ὁσσάτιαι τοκέων υἱέσι γηροκόμοις.
Καὶ κȣ́φης βιότοιο τυχεῖν, ὁσίης τε τελευτῆς,
Οἵην ἡμετέρῳ γήραϊ δῶκεν ἄναξ.
Ἠϊθέων, λογίων τε μέγα κράτος, ἠδ᾽ ἱερήων,
Καὶ πολιῆς σκήπτων, Γρηγόρι, ἡμετέρης.

Sit

SIt tibi vita proſpera per omnes benedictiones,
 Quaecumque à parentibus ſunt filiis ſeneẞutem colentibus.
Et commodum ſortiaris, & ſanctum vitae finem,
 Qualem ſenectuti noſtrae dedit Rex.
Juvenum, & eruditorum ingens praeſidium, & Sacerdotum,
 Et canitiei noſtrae columen, ò Gregori.

NOTAE.

GRegorium filium, Poëtam nempe noſtrum, alloquuntur Gregorius, ac Nonna, illius parentes, aut ſaltem S. Nonna. Hoc autem Epigramma unà cum ſequenti an ſit Nazianzeno tribuendum, dubitat Cl. Boivinius. Neque immerito; ſiquidem veriſimile nequaquam videtur, virum pium, in quo cum reliquis virtutibus Modeſtia certabat, ſe ipſum appellaſſe *ἠϊθέων, λογίων τε μέγα κράτος*, *juvenum, ac eruditorum ingens praeſidium*. Animadvertendum tamen eſt, id Gregorio noſtro in more fuiſſe, ut neque ſuis parceret laudibus, modò alios loquentes induceret. In Carm. ad Vitalianum ita filii patrem alloquentes de Nazianzeno ajunt.

Γρηγορίῳ πρώτιστον ὁμωνυμίῃ τε, βίῳ τε
Συζυγέα στομάτεσσιν ἐρευγομένῳ θεότητα.

Hoc eſt:

Gregorio primum vitaque, & nomine talem,
Qui Triadem ſancto eructat firmiſſimus ore.

Supra verò in Carm. *εἰς τὸν πατέρα*, *in Patrem*, inquit Gregorius, parentem ſuum in ſe gratiam, ſplendoremque ſpiritus ſui transfudiſſe. Imo ita eum loquentem facit.

———————— καὶ δῶκ' ἱερῆα
Γρηγόριον καθαρῇ λαμπόμενον Τριάδι.

I. e. *Et dedi Sacerdotem Gregorium illuſtrem purae Triadi.*

Quare

Quare mirum fortaſſe heic non videbitur, ſi ſe juſtis efferat laudibus Nazianzenus, alieno uſus ore. Niſi igitur alia accedant argumenta, non deerunt qui arbitrentur, abjudicanda ipſi non eſſe gemina haec Epigrammata.

Ὅσσάτιαι. *Quaecumque &c.* Scholiaſtes Ambroſ. ita haec vertit: ὅσαι γίνονται παρὰ τῶν γονέων. i. e. *quae à parentibus praeſtantur &c.*

Κῦφης. *Commodum*. Mihi legere placeret κύρυ. Tunc ſenſus foret: ut commodam vitam ſortiaris, & ſanctam mortem.

Ἄναξ. *Rex*. Videlicet *Deus*, vel *Chriſtus*. Alibi vocem hanc pro *Chriſto* Nazianzenus uſurpat, quemadmodum & veteres pro *Jove*. Apud alios antiquos Patres per eamdem σωτῆρα *Salvatorem* ſignificari videas.

Καὶ πολιῆς σκήπτων. *Et canitiei columen*. Nos Itali communiter vernaculo ſermone dicimus *Baſtone della mia vecchiaja*. Similem dicendi formam habemus in Carm. de Vita ſua.

Ἄλλο.

Ἀσπάσιοι χθόνα τήνδε φίλαις ὑπὸ χείρεσι παιδὸς
 Ἑσσάμεθ' εὐσεβέες Γρηγορίου τοκέες
Ὃς καὶ γῆρας ἔθηκεν ἑοῖς μόχθοισιν ἐλαφρὸν
 Ἡμέτερον, καὶ νῦν ἀμφιέπει θυσίαις.
Ἄμνεε γηροκόμων καμάτων, μέγα φέρτατε παίδων,
 Γρηγόρι', εὐαγέας Μάρτυσι παρθέμενος
Σοὺς τοκέας. μισθὸς δὲ μέγαν πατέρ' ἵλαον εἶναι,
 Πνευματικῶν τε τυχεῖν εὐσεβίων τεκέων,

ALIUD. CXVIII.

ALacres terram hanc caris ſub manibus filii
 Induimus, nos pii parentes Gregorii,
Qui & ſenectutem reddidit ſuis laboribus levem
 Noſtram, & nunc proſequitur nos ſacrificiis.
Reſpira à laboribus ſenectutem ſuſtentantibus, filiorum praeſtantiſſime
 Gregori, pios Martyribus apponens
Parentes tuos. Merces autem, magnum Patrem propitium tibi eſſe,
 Spiritaleſque tibi obtingere pios liberos.

NO-

NOTAE.

GRegorius, & Nonna filium Theologum alloqui pergunt. Labores ab eodem devoratos, ut parentum ſenectuti opem ferret, commemorant, eique Deum propitium, & gregem pium precantur. Codex Mediceus titulum hujus Carminis praefert *παρὰ τῶν γονέων*, h. e. *ex perſona parentum*. Ibi etiam in ſecundo verſu pro *εὐσεβέες* legitur *εὐσεβέως*.

Ἑσσάμεθ'. *Induimus*. Simile apud Homerum λᾶινον ἕσσο χιτῶνα, ubi *lapideam induere tunicam* idem ac lapidibus contegi, & lapidari, ſicuti heic *terram induere* ſignificat humari, terra tegi.

Θυσίαις. *Sacrificiis*. Non obſcurus, ni fallor, locus, quo Chriſtianorum preces, ac Sacrificia pro iis, *qui deceſſerunt in ſigno Fidei, & dormiunt in ſomno pacis*, apud veteres viguiſſe, probari poſſit. Scilicet inquiunt Gregorius, & Nonna: Filius noſter ita amborum ſenectuti praeſtò ſemper fuit, ut eam levem nobis effecerit; nunc verò nos rebus humanis defunctos incruentis hoſtiis proſequitur, ac juvare pergit: *καὶ νῦν ἀμφιέπει θυσίαις*. Verbum *ἀμφιέπειν* etiam quid melius in Greco ſonat, quippe *ſervare*, ac *tueri* ſignificat. Itaque, ut ſupra itidem animadvertimus, dum Carmen *εἰς Λιβίαν*, *in Liviam* commentaremur, non tantùm preces, verum etiam incruentum Sacrificium pro mortuorum animabus offerebatur. Ἔτυς τιμάς τε, καὶ μνήμας appellat Gregorius Orat. X. in funere Caeſarii *anniverſarios honores*, *atque commemorationes*. Haec igitur pia Chriſtianorum in Oriente conſuetudo fuit, pro mortuis tremendum offerre Sacrificium, quam tamen noſtrorum temporum Novatores ab Eccleſia Dei eliminare contendunt. Quid Eccleſia Mediolanenſis, & Occidentalis hac in re praeſtaret, ſaepè S. Ambroſius monuit, ſed potiſſimum in Epiſt. XXXIX. ad Fauſtinum, ubi ait: *Itaque non tam deplorandam, quàm proſequendam orationibus* (quae vox reſpondet τῷ ἀμφιέπειν Poëtae noſtri) *nec moeſtificandam lacrymis tuis, ſed magis OBLATIONIBUS animam ejus Domino commendandam arbitror*. At de his non plura, quum de iis jam plures.

Εὐαγέας. *Pios &c.* Juxra ſacros Martyrum tumulos compoſita fuere Gregorii, & Nonnae oſſa. Morem hunc pluribus illuſtrare exemplis & ego ſum conatus Tom. I. Anecdot. Diſſert. XVII. (*). Alia addidi in Diſquiſ. III. quam ad calcem Carminum Nazianzeni habebis.

Εἰς

(*) Tom. XI. P. I. hujus Edit.

Εἰς τὸν πάντων αὐτῶν τάφον.

ΛΑ͂ας ὁ μὲν γενέτην τε, καὶ υἱέα κυδήεντας
Κεύθω Γρηγορίους εἷς λίθος, ἶσα φάη,
Α᾿μφοτέρους ἱερῆας. Ο῟δ᾿ εὐπατέρειαν ἐδέγμην
Νόνναν σὺν μεγάλῳ υἱέϊ Καισαρίῳ.
Τὼς ἐδάσαντο τάφους τε, καὶ υἱέας. Η῾ δὲ πορεία,
Πάντες ἄνω. Ζωῆς εἷς πόθος οὐρανίης.

In ipſorum omnium ſepulcrum. CXIX.

LApis unus patrem, & natum inclytos
Tego Gregorios; unus, inquam, lapis, aequalia lumina,
Ambos Sacerdotes. Alter nobilem excepi
Nonnam cum magno filio Caeſario.
Sic partiti ſunt tumulos, & liberos. Quod eſt ad profectionem,
Omnes ſurſum. Unus iis amor vitae coeleſtis.

NOTAE.

POſitum eſt hoc Epitaphium utrique Gregorio, item Nonnae, atque Caeſario. Si quis contendere velit, Nazianzenum & hujuſce foetus Auctorem fuiſſe, inquiat, à vero non abhorrere, Sanctum Poëtam, viventem adhuc, hujuſmodi verſus lucubrare potuiſſe, uſui poſt ſuam mortem futuros. Jam quippe conſtitutum ipſi fuerat, ut in paternum tumulum corpus ſuum inferretur. Sed aliis non facilè perſuadebit; parùm enim ſanctum virum decuiſſet in poſtremo verſu edicere, ſe in coeleſtem patriam receptum propter pietatem ſuam. Duo autem tumuli heic memorantur. In altero ambo Gregorii, in altero Nonna, & Caeſarius claudebantur. Cur ſoror Gorgonia omittatur, ea eſſe videtur ratio, quod illa cum Alypio viro ſuo ſepulta fuerit.

Κυδήεντας. *Inclytos*. Ita legere placet, potius quàm κυδήεντα ſingulari numero, ut Codex Pariſ. praeferebat; quippe non Theologo ſolùm, ſed & ejus patri laus iſta communis erat, & conſentit Scholiaſtes MS. dictionem illam ſic interpretatus περιβοήτους, h. e. *celeberrimos*.

Digitized by Google

Γερῆας. ***Sacerdotes.*** Saepè apud antiquos ἱερεὺς Epiſcopum ſignificat. Plura Nazianzenus exempla ſuppeditat. Neque id peculiare Graecis; nam & à veteribus Latinis *Sacerdotis* nomen ſolis tribuebatur Epiſcopis. Cujus rei documenta non pauca ſuperſunt apud Auguſtinum, Paulinum, Cyprianum, Ambroſium, & alios. Vide, quae notavi ad Nat. XIII. S. Paulini v. 568. Tom. I. Anecdot. (*).

Τὶς πρῶτος, καὶ τὶς μετέπειτα ἀπῆρε.

ΠΡῶτος Καισάριος, ξυνὸν ἄχος. αὐτὰρ ἔπειτα
Γοργόνιον. μετέπειτα πάτερ φίλε. καὶ μετὰ δηρὸν
Μήτηρ. ὢ λυτρῆ παλάμη, καὶ γράμματα πικρὰ
Γρηγορίȣ. γράψω καὶ ἐμὸν μόρον ὕςατίȣ περ.

Quis primus, & quis poſtea è vivis abierit. CXX.

PRimus Caeſarius, communis dolor. Aſt deinde
Gorgonium. Tum poſtea, Pater care. Et longè poſt
Mater. O triſtem manum, & ſcripturam acerbam
Gregorii! Scribam & meam mortem, ultimi licet.

NOTAE.

ORdinem, quo parentes, frater, ac ſoror ſublati ſunt è vivis, deſcribit Poëta. Nempe Caeſarius primus, tum Gorgonia, deinde Gregorius pater, ac tandem Nonna mater vivendi finem fecere. Poſthaec ipſe unus è familia ſua ſuperſtes Epitaphium ſibi conſcribit. Hoc autem Epigramma, cujus Nazianzenus certiſſimus Auctor videtur, argumento eſſe poteſt, ut eidem ſuperius quoque Carmen tribuatur.

Ξυνόν ἄχος. ***Communis dolor.*** Ideſt, quum ante alios Caeſarium Libitina rapuerit, ejus mortem communi dolore, ac luctu proſequuta eſt univerſa Gregorii familia.

Πάτερ φίλε. ***Pater care.*** Codex Medic. habet in nominandi caſu πατὴρ φίλος: quae lectio mihi magis arridet. Pro καὶ μετὰ δηρὸν habet idem Codex ȣ̓ μετὰ δηρὸν, h. e. pro *& longè poſt*, ſententiâ contrariâ habet *nec longè poſt*. Cum Mediceo conſentit alter Codex Regius 2945. Si quid heic opinari fas eſt, praeferenda eſt poſtre-

(*) Tom. XI. P. I.

poſtrema haec lectio; non enim diu poſt Gregorii viri ſui mortem, quae Anno, ut alibi diximus, 373. vel 374. contigit, Nonna ſupervixiſſe videtur.

Πικρά. *Acerbam*. In laudato Codice Pariſ. 2945. & in Mediceo pro hac voce habetur λυπρά, quae pulchra repetitio eſt, vim addens ſententiae. Placet heic ſubjicere metricam hujus Carminis verſionem eleganter à Salvinio factam.

Primus Caeſarius, communis luctus; & inde
Gorgonium; dein care pater; nec tempore longo
Poſt, mater. Manus ò triſtiſque, & litera triſtis!
Gregorii tandem mox fata noviſſima ſcribam.

Εἰς ἑαυτόν.

Πρῶτα μὲν εὐξαμένῃ με θεὸς πόρε μητρὶ φαεινῇ.
    Δεύτερον ἐκ μητρὸς δῶρον ἔδεκτο φίλον.
Τὸ τρίτον αὖ θνήσκοντά με ἁγνὴ ἐσάωσε τράπεζα.
    Τέτρατον ἀμφήκη μῦθον ἔδωκε λόγος.
Πέμπτον παρθενίη με φίλοις προσπτύξατ᾽ ὀνείροις.
    Ἕκτον Βασιλίῳ σύμπνοα ἱρὰ φέρον.
Ἕβδομον ἐκ βυθίων με φερέσβιος ἥρπασε κόλπων.
    Ὄγδοον αὖ νούσοις ἐξεκάθηρε χέρας.
Εἴνατον ὁπλοτέρῃ Τριάδ᾽ ἤγαγον, ὦ ἄνα, Ῥώμῃ.
    Βέβλημαι δέκατον λάεσιν ἠδὲ φίλοις.

In ſe ipſum. CXXI.

Primò quidem me Deus oranti conceſſit matri inclytae.
    Secundò à matre donum accepit gratum.
Tertiò deinde morientem me ſacra ſervavit Menſa.
    Quartò ancipitem ſermonem dedit Eloquentia.
Quintò Virginitas me amicis complexa eſt ſomniis.
    Sextò cum Baſilio concorditer ſacra tuli.
Septimò è profundis me Vitae Dator eripuit gurgitibus.
    Octavò deinde morbis purificavit meas manus.
Nonò Trinitatem advexi, ò Rex, juniori Romae.
    Percuſſus ſum denique lapidibus & amicis.

NOTAE.

Εἰς ἑαυτόν. *In ſe ipſum.* Ita ſe habet hujus Epigrammatis titulus in Regio Codice 2945. At in altero alius exhibetur, i. e. ὅτα ἐποίησέ μοι ὁ δυνατός: *quaecumque mibi fecit, qui potens eſt.* Quae verba hauſta videntur è Cantico *Magnificat.* Praeclariora igitur vitae ſuae facinora iſto in Carmine Gregorius recenſet. Alterum quoque Epigramma, in quo rerum ſuarum Epitomen dedit, vide inter ejus Opera edita Carm. XXX. Ibi verò multa his, quae nunc producimus, ſimilia reperias. Quod reliquum eſt, quaedam heic ſunt praepoſterè dicta, quae perſuadere cuiquam poſſint, Nazianzenum Carminis nequaquam Auctorem fuiſſe. Nihilominus quum munera ſibi à Deo collata verſu claudere Gregorius vellet, fortaſſe temporum, rerumque ordinem ſervare noluit, ſingula enumeraſſe contentus.

Πρῶτα. *Primò.* Non ſemel ſcriptum reliquit Poëta noſter, ſe Nonnae parentis precibus à Deo impetratum. Vide Carmen *de Vita ſua*, & in hoc Libro Carmen LXXXIV.

Δεύτερον. *Secundò.* Idem à Gregorio alibi memoratum habes, nempe in laudato Carm. *de Vita ſua*, itemque in Carm. *de rebus ſuis.* Eo igitur tempore pius apud Chriſtianos fervebat uſus, ut infantes à parentibus Chriſto ſacrarentur, quemadmodum & in Notis ad S. Paulini Natalem XIII. v. 262. Tom. I. Anecdot. antea notaveram (*). Ibi de Aſterio ita loquitur Latinus Poëta:

Quem ſimul unanimes vera pietate parentes
Infantem Chriſto conſtituere ſacrum.

Reliqua illinc pete.

Τὸ τρίτον. *Tertiò.* Quod heic narrat Gregorius, vix alibi ſcriptum invenias. In Carm. quidem *de rebus ſuis*, ſe olim faucium morbo laboraſſe tradit, ita ut penè ſuffocatus fuiſſet, ni praeſtò ſibi adveniſſet petita è Coelo medicina. Febri etiam ardentiſſima correptum, atque ope divina liberatum ſe, eodem in Carm. refert. Verum quomodo moriens à ſacra Menſa, videlicet ab incruenta Altaris hoſtia, ſervatus fuerit, nuſquam ſcriptum reperio.

Μὴ ἀγ-

(*) T. XI. P. P.

Μὲ ἁγνῇ ἱστάωσι. Ita Codices Regius, & Mediceus. In altero Codice Regio non ſatis rectè ad verſus rationem legitur μ᾽ ἁγνὰ στάωσι.

Τέτρατον. *Quartò*. Literarum ſtudiis, ac diſciplinis melioribus operam ſe dediſſe Gregorius heic narrat. Contigit hoc Athenis.

Α᾽μφήκη. *Ancipiti*. Scholiaſtes MS. ita hanc vocem interpretatur ἑκατέρωθεν ἠκονημένον, h. e. *utrinque acutum*. Doctiſſimus verò Boivinius *ancipitem* explicat, i. e. inſtar ancipitis gladii ſecantem quaeſtiones difficiles. Vel ἀμφήκη μῦθον appellat eloquentiam ſacram, & profanam, quibus Poëta noſter imbutus erat. λόγος verò, qui in eodem verſu occurrit, non *Eloquentiam* tantùm, ſed etiam *Verbum*, videlicet *Chriſtum*, ſignificare poteſt.

Πέμπτον. *Quintò*. Auctor eſt idem Gregorius in Carm. *de animae ſuae calamitatibus*, ſibi dormienti coeleſte ſomnium obtigiſſe. Nempè ejus oculis duae Virgines objectae ſunt, quarum una Caſtitas, altera Temperantia appellabantur. Utraque Gregorii animum ad virtutum ſtudia, ac Pudicitiae potiſſimum, incendit; mox in auras evanuit. Huc reſpicere noſtrum Poëtam arbitror.

Ε᾽κτον Βασιλίῳ. *Sextò cum Baſilio &c.* Cod. Medic. habet Βασιλείῳ. Quanta inter Nazianzenum, & Baſilium Magnum intercederet neceſſitudo, atque intimi amoris communio Athenis nata, ubi ſimul diſciplinis liberalibus vacaverant, pauci neſciunt. Hac, ut arbitror, de cauſſa Baſilium *Nazianzeni fratrem* interdum appellavit Eraſmus, alioqui peccaturus; non enim Nazianzenus, ſed Nyſſenus Baſilii frater fuit. Significatur heic, eodem tempore Gregorium noſtrum, ac Baſilium in Presbyterorum ordinem adſcriptos fuiſſe: quod ex aliis Nazianzeni ſcriptis manifeſtiùs diſcas.

Σύμπνοα. *Concorditer*. Scholiaſtes Ambroſianus ita haec verba explicat: σύμπνους ἐγενόμην, καὶ τὴν αὐτὴν ἐπλήτισα γνώμην Βασιλείῳ τῷ ἱερῷ. Pro τῷ ἱερῷ legendum fortaſſe τὰ ἱερά, ideſt κατὰ τὰ ἱερά. Haec autem Latinè ita ſonant. *Concors factus ſum, eamdemque cum Baſilio ſacro vitae inſtitutionem ſuſcepi*.

Ε᾽βδομον. *Septimo*. Non uno in loco narravit Gregorius, quàm ſaeva tempeſtate in mari vexatus fuerit, dum Athenas ſtudiorum cauſſâ peteret. Periculo praeſenti divinum praeſidium praeſtò fuit; quare is Rhodum appellens totum ſe Deo arctiùs ſacravit.

Ο᾽γδοον. *Octavò*. Pro ἐξεκάθηρε Codex Medic. habet ἐξεκάθηρα. Inquit autem Poëta, manus ſuas per morbum à Deo immiſſum purificatas fuiſſe; ſive, ſe ipſum purificaſſe manus ſuas. Quid innuere ve-

re velit, me ignorare liberaliter fateor; non enim quid ſimile in reliquis illius ſcriptis animadverti.

Εἴνατον. *Nonò*. Conſtantinopolim, quam *Romam juniorem* appellat, ingreſſus Gregorius, ita illam ab Haereticis occupatam reperiit, ut nullum Orthodoxis Templum praeter S. Anaſtaſiae pateret. Hinc Ariani, illinc Macedoniani, aliaeque teterrimae peſtes veram ab Urbe Regia Fidem penè exulare coëgerant. Quum verò Gregorii noſtri praedicatione factum fuerit, ut Catholica Religio ibi reſtitueretur, meritò nunc ait, ſe Trinitatem, ſcilicet germanam de Trinitate ſententiam, in Conſtantinopolim intuliſſe.

Ἤγαγον. *Adveni*. Ita legitur in Pariſ. Cod. 2995. jure potiori, quàm ἤγαγεν, quod habetur in altero Codice. Heic enim retinenda prima perſona. Scholiaſtes MS. τὴν Τριάδα φέρων παρέδωκα τῇ νεοτέρᾳ Ῥώμῃ. *Trinitatem ferens Romae juniori expoſui*.

Βέβλημαι. *Percuſſus ſum*. Ab eodem Scholiaſte haec ita explicantur. δέκατον βέβλημαι λίθοις, βέβλημαι δὲ καὶ φίλοις. *Decimo percuſſus ſum lapidibus, percuſſus ſum verò & ab amicis*. In Carm. *de Vita ſua* poſtquam Gregorius ſe Conſtantinopolim adveniſſe narravit, quantâ invidiâ, quantoque Haereticorum odio fuerit exceptus, deſcribit. Tum addit:

> Λίθους παρήσω τὴν ἐμὴν πανδαισίαν.
> *Imbres taceo ſaxeos, epulas meas*.

Haec eadem repetit in Orat. ad CL. Epiſcopos, & in alia concione Arianos alloquens.

De ſe ipſo. CXXII.

Ἑλλὰς ἐμὴ, νεότης τε φίλη, καὶ ὅσσα πεπάσμην,
    Καὶ δέμας, ὡς Χριςῷ εἴξατε προφρονέως.
Εἰ δ' ἱερῆα φίλον με θεῷ θέτο μητέρος εὐχὴ,
    Καὶ πατρὸς παλάμη, τίς φθόνος; ἀλλὰ μάκαρ
Σοῖς με Χριςὲ χοροῖσι δέχȣ, καὶ κῦδος ὀπάζοις
    Υἱέϊ Γρηγορίȣ σῷ λάτρι Γρηγορίῳ.

GRaecia mea, & juventus cara, & quaecumque poſſedi,
    Et corpus, ut Chriſto ceſſiſtis alacriter!
Quod ſi Sacerdotem carum me Deo ſtatuit matris ſupplicatio
    Et patris manus, ecqua invidia? At o beate

Tuis me Chriſte Choris accipe, & gloriam praeſta
Filio Gregorii ſervo tuo Gregorio.

NOTAE.

INvidos ſuos alloqui Gregorius videtur, qui ſe de Cathedra Conſtantinopolitana deturbaverant. Tum ad Chriſtum Regem Regum ſe convertit, atque ut mortem ſibi maturè largiatur, gloriamque coeleſtem donet, precatur.

Ἄλλο.

Γρηγορίου Νόννης τε φίλον τέκος ἐνθάδε κεῖται
Τῆς ἱερῆς Τριάδος Γρηγόριος θεράπων,
Καὶ σοφίῃ σοφίης δεδραγμένος, ἠΐθεός τε
Οἶον πλοῦτον ἔχων ἐλπίδ᾽ ἐπουρανίην.

ALIUD. CXXIII.

GRegorii, Nonnaeque carus filius heic jacet,
Sacrae Triadis Gregorius famulus,
Et qui ſapientiâ ſapientiâm apprehendit, & adoleſcens
Solas divitias habens ſpem coeleſtem.

NOTAE.

NOn eſſe Gregorio noſtro Epigramma hoc adſcribendum, & ego valdè ſuſpicor, imò penè certum habeo; non enim mihi videtur ſimile eſſe veri, Nazianzenum has ſibi tribuiſſe laudes, quamquam à vero non abhorreat, ipſum ſibimet paraſſe Epitaphium ſuum. Me confirmat in iſta ſententia Epigramma ſequens, quod alium certè à Nazianzeno Auctorem habet. Si pro ἐνθάδε κεῖται ſcribere placeret ἐνθάδ᾽ ἔθηκε, ita verſus foret vertendus: *Gregorium, & Nonnam carus filius compoſuit heic &c.* & haberemus Epitaphium parentibus ſuis à Gregorio factum. Sed praeterquam quod emendatio temeritatem ſaperet, credibile non eſt, Nazianzenum, dimiſſis laudibus parentum, unicè poſteà in ſua excurriſſe.

Ἠΐθεος. *Adoleſcens*. Ita quidem verti; ſed ut commodus ſenſus fluat, praeſtat vertere *innuptus*, *virgo*, ſeu ut melius dicam, *coelebs*: quae omnia hoc vocabulo ſignificari poſſunt.

Οἶον. *Solas &c.* Ideſt, qui omnem ſuam felicitatem collocavit in ſpe Regni coeleſtis. Poterat & ſcribi per accentum aſperum, ut admirantis ſpecie innueret Poëta, qualis, quantaque beatitas Gregorio contigerit in Coelis.

Ἄλλο.

ΤΥτθὸν ἔτι ζώεσχες ἐπὶ χθονί. πάντα δὲ Χριςῷ
Δῶκας ἑκὼν, σὺν τοῖς καὶ πτερόεντα λόγον.
Νῦν δ' ἱερῆα μέγαν σε, καὶ ὠρανίοιο χορείης
Οὐρανὸς ἐντὸς ἔχει, κύδιμε Γρεγόριε.

A L I U D. CXXIV.

PAuliſper vixiſti in terra. Omnia autem Chriſto
Obtuliſti, & cum his volucre eloquium.
Nunc autem Sacerdotem magnum te, & intra coeleſtem
Choream Coelum habet, inclyte Gregori.

N O T A E.

EST Epitaphium Nazianzeni, ſimile ſuperiori, atque ab alio, ut veri videtur ſimillimum, quàm ab ipſo Nazianzeno compoſitum.

Μέγαν σε. Ita in Regio Codice MMDCCCCXXXXV. In altero pronomen σὲ deſideratur.

Πτερόεντα λόγον. *Volucre eloquium.* Ideſt, rapidum, torrens, aut quid ſimile. Significat, Nazianzenum divinis rebus enarrandis conſecraſſe eloquentiam ſuam.

Ἄλλο.

ἘΚ με βρέφυς ἐκάλεσσε θεὸς νυχίοισιν ὀνείροις.
Ἤλυθον ἐς σοφίης πείρατα. σάρκα λόγῳ
Ἥγνισα, καὶ κραδίην. κόσμυ φλόγα γυμνὸς ἄλυξα.
Ἔςην συναρῶν Γρηγορίῳ γενέτῃ.

ALIUD.

ALIUD. CXXV.

A Puero me vocavit Deus nocturnis ſomniis.
Perveni ad ſapientiae metas. Carnem verbo
Purificavi, & cor. Mundi flammam nudus effugi.
Steti Coadjutor cum Gregorio genitore.

NOTAE.

DE hoc etiam Carmine dictum velim, quod de duobus ſuperioribus, quanquam heic repetantur, quae in aliis certè ſuis verſibus non ſemel de ſe ipſo Nazianzenus cecinit.

Ἔϛην συνααρών. *Steti Coadjutor*. Sejunctis vocibus legitur in Regio Codice σὺν Ἀαρὼν. Codex Medic. habet ἔτην σὺν Ἀραὼν. Placuit autem *Coadjutoris* vocabulo uti ad explicandum illud *Co-Aaron*, quod eſt in Graeco. Vocem *Aaron* pro Pontifice ſaepe uſurpavit noſter. Quum ejus pater Gregorius, jam grandaevus muneri Epiſcopali ſatis non poſſet facere, filio Theologo, quem Presbyterum conſtituerat, Eccleſiae Nazianzenae curam commendavit. Prae animi demiſſione onus iſte refugiebat, vincique tandem vix potuit, ut parenti morem gereret. Hinc, ut ita dicam, *Coadjutor*, ſeu *Co-Aaron*, & Vicarius parentis eſt factus. Vide ejus Vitam à Gregorio Presbytero conſcriptam, & ipſum Nazianzenum multis in locis.

Ἄλλο.

ΠΑτρὸς ἐγὼ ζαθέοιο καὶ οὔνομα, καὶ θρόνον ἔσχον,
Καὶ τάφον. ἀλλὰ φίλος μνώεο Γρηγορίȣ,
Γρηγορίȣ, τὸν μητρὶ θεόσδοτον ὤπασε Χριϛός.
Φάσμασιν ἐννυχίοις δῶκεν ἔρον σοφίης.

ALIUD. CXXVI.

PAtris ego inclyti & nomen, & thronum habui,
Et tumulum. Tu, amice, memento Gregorii,
Gregorii, quem Matri divino munere conceſſit Chriſtus.
Nocturnis viſis tradidit amorem ſapientiae.

NOTAE.

COdex Regius 1945. hoc Epigramma cum ſuperiore conjungit; Scholiaſtes verò Ambroſianus disjungit. Heic nihil habetur, quod Nazianzenum dedeceat, ſi ipſum Carminis Auctorem velimus. Imo quum nulla fiat mentio Throni Conſtantinopolitani, Gregorium ipſum ſuſpicari quis poteſt Auctorem.

Θρόνον. *Thronum*. Hoc eſt: eamdem Nazianzenam Eccleſiam rexi. His autem verbis ſignificari videtur, Gregorium noſtrum ejuſdem Eccleſiae Epiſcopum olim fuiſſe. Hoc idem arbitrati ſunt S. Hieronymus, Rufinus, Socrates, Sozomenus, atque alii non pauci, ut ſupra adnotavimus ad Carmen LXXX. *in Patrem*. Verum Emin. Baronius in Vita ejuſdem Theologi, edita Tom. II. Maji à Cl. P. Papebrochio, Cap. IX. luculentè oſtendit, nunquam Gregorium noſtrum Eccleſiae Nazianzenae revera ut Epiſcopum praefuiſſe, ſed ut *Coadjutorem*, ſeu *Vicarium*: quod & in Epigrammate ſuperiori vidimus. Certè omnem hac de re dubitandi cauſſam tollit illud, quod ipſe ad Gregorium Nyſſenum Epiſt. XXXXII. ſcribit. Audiamus: Πᾶσι, inquit, δῆλον, ὅτι μὴ Ναζιανζȣ̃, Σασίμων δὲ προεβλήθημεν, εἰ καὶ πρὸς ὀλίγον αἰδοῖ τȣ̃ πατρὸς, καὶ τῶν ἱκετευσάντων, ὡς ξένοι τὴν προστασίαν κατεδεξάμεθα. H. e. *Inter omnes conſtat, me non Nazianzi, ſed Saſimorum Antiſtitem creatum fuiſſe, tametſi in patris reverentiam, & eorum, qui ſupplices hoc à me contenderunt, ac per breve tempus, praefecturam quaſi hoſpites ſuſcepimus*. Alia ſunt hujus veritatis argumenta, quibus pateat, non Eccleſiae Nazianzenae Antiſtitem, ſed patris ſui Epiſcopi vices tantummodo Gregorium geſſiſſe. Itaque mitiùs vox illa θρόνον *thronum*, accipienda eſt, ut id ſignificet, quod reipſa Gregorius egit, nempe Eccleſiam illam ab ipſo quidem, non Epiſcopo conſtituto, ſed Vicario adminiſtratam fuiſſe.

Ὤπασε &c. Ut poſui, ita legitur in Regio Codice MMDCCCCXXXXV. & in Mediceo. Aliter interpungitur in altero Codice Regio, videlicet:

> .... ὤπασε Χριστὸς
> Φάσμασιν ἐννυχίοις: δῶκε δ' ἔρον σοφίης.

Certè aliqua particula conjunctiva in priori lectione deſiderari videtur. Ek

Εἰς Ναυκράτιον τὸν ἀδελφὸν τῦ μεγάλυ Βασιλεῖυ.

Ἰχθυβόλον ποτ' ἔλυε λίνον βυθίης ἀπὸ πέτρης
Ναυκράτιος, δινᾶις ἐν ποταμῦ βρύχιος,
Καὶ τὸ μὲν ὐκ ἀνέλυσεν ὁ δ' ἔσχετο. πῶς ἀλιῆα
Εἴρυσεν ἀνθ' ἀλίης δικτύον, εἰπὲ λόγε.
Ναυκράτιον, καθαροῖο βίυ νόμον, ὥσπερ ἔισκω,
Καὶ χάριν ἑλκέμεναι καὶ μόρον ἐξ ὑδάτων.

In Naucratium Magni Baſilii fratrem. CXXVII.

Piſcatorium rete dum profundo è ſcopulo ſolvere
Naucratius vellet, in aquarum vorticibus merſus
Et rete non expediit, & ipſe eſt captus. Quomodo
Pro piſcatione piſcatorem rete traxit, dic ſermo.
Naucratius, purae vitae norma, uti conijcio,
Tum beneficium, tum mortem ab aquis traxit.

NOTAE.

Adhuc do Carmina è Regiae Pariſienſis Bibliothecae Codicibus depromta. Haec autem habentur in Cod. MMDCCCCXXXXV. Priores quatuor verſus ſpecie interrogantis efferuntur; reliqui duo reſpondentis. Illos ita Latinè reddidit V. Cl. Boivinius.

Retia Naucratius ſcopulis haerentia dum vult
Solvere, flumineis dum caput abdit aquis,
Nec fila expediit, neque ſe. Deus optime, quei fit,
Ut dominum illaeſo retia piſce trahant?

Ad argumentum Epigrammatis veniamus. Vitae ſanctitas, quae totam Nazianzeni familiam non tantùm poſteris commendavit, ſed illuſtrem, beatamque Coelis reddidit, Baſilii quoque Magni domum ingreſſa, fecit, ut virtutes unà cum ſanguine propagari poſſe viderentur. Et ſanè dixiſſes, Virtutem duas haſce familias elegiſſe, ut Cappadociam ſanctiſſimis animabus, Orientem verò optimis Epiſcopis impleret. Baſilius Magnus Caeſareae, Gregorius Nyſſae, & Petrus Sebaſtes, Epiſcopi omnes, fratreſque germani fuere, eoſque

Coelitum Faſtis Eccleſia Chriſti addidit. Horum parentes Baſilius, ac Emmelia in Martyrologio Romano die 30. Maji coluntur. Paterna quoque Baſilii Magni avia, Macrina nomine, mulier ſanctiſſima, eidem Martyrologio inſcripta, die 14. Januarii honoratur. Acceſſere ejuſdem Baſilii magni ſorores duae, prima quarum Macrina, eximiis laudibus à S. Gregorio Nyſſeno fratre commendata, die 19. Julii in Eccleſia Catholica quotannis colitur. Ut autem & de Naucratio loquar, fuit is quoque Magni Baſilii frater, ad eamdem fortaſſe nominis, ac ſanctitatis gloriam perventurus, niſi immaturè, hoc eſt in aetatis flore vivis ereptus fuiſſet. Quum enim retia piſcibus poſuiſſet, eaque latentibus implicita ſcopulis liberare vellet, in altum gurgitem delapſus, ac merſus, vivere deſiit. Nunc audiamus, quid de illo ferat Gregorius Nyſſenus frater in Vita S. Macrinae Virginis, quae apud Surium die 19. Julii legitur. *Ex quatuor*, inquit, *fratribus, qui ſecundum Baſilium natu maximus, vocabatur Naucratius, juvenis eximius, tum ingenii, tum corporis dotibus praeditus*. Inde narrare pergit, illum vix duos, & viginti annos natum, mundi curis valedixiſſe, atque ad ſolitariam, inopemque vitam juxta fluvium Irim in Pontica Provincia ſe contuliſſe, ut ibi Deo, ſibique vacaret. Quibus enarratis, haec addit: *Quum in ea ſolitudine quintum annum exegiſſet, repente adoleſcens vitae eripitur, non morbo aliquo, aut ſolita ulla ratione, immatura morte ſublatus. Sed quum ad venationem profectus eſſet, qua induſtria ſenio confectis illis* (nempe Monachis, quibuſcum ſolitariam vitam agebat) *victui ſuppeditabat neceſſaria, mortuus domum reportatur*. Nemo erit, qui in ipſa venatione, aut à fera aliqua bellua interfectum, aut ex aliqua rupe delapſum, his auditis non arbitretur Naucratium. Verum nunc Nazianzenus nos docet, quo mortis genere, quove infortunio ereptus fuerit pius ille adoleſcens. Quin ego in ſuſpicionem adducor, non benè à Franciſco Zino, qui S. Macrinae Vitam in Latinum ſermonem convertit, Graeca verba reddita fuiſſe. Fortaſſe verbum ἀγρεύειν uſurpavit Nyſſenus, quo non *venari* tantùm, ſed etiam *piſcari* ſignificant Graeci. Interpres verò priorem ſine culpa ſignificationem retinuit, veriore relicta. Reliqua de Naucratio pete è laudato Nyſſeni Opuſculo.

Πότ' ἔλυε. Codex Medic. habet πότ' ἔλυσε, rectiùs fortaſſe, nam ſequitur ἀνέλυσεν.

Καθαροῖο βίυ. *Vitae purae &c.* Cum iis, quae de Naucratio Nyſſenus tradit in S. Macrinae Vita, iſta planè conſentiunt. Ut

enim

enim is auctor eſt, *Duplici ſtudio rectè vitam inſtituerat, ut & labore fervorem aetatis extingueret, & obſequendo matri via ad Deum per divina mandata contenderet.* En puram Naucratii vitam brevibus deſignatam. Apertiùs tamen verbo unico illam pingit Philoſtorgius, Arianus alioqui Saeculi à Chriſto nato quincti Hiſtoriarum ſcriptor, apud Suidam verbo Βασίλειος, ubi haec ait: Ο᾽ μέγας Βασίλειος ἀδελφὺς εἶχε δ΄. τόν τε Γρηγόριον τὸν Νύσσης Ε᾽πίσκοπον, καὶ Πέτρον καὶ αὐτὸν Ε᾽πίσκοπον, καὶ ἑτέρυς δύο μονάσαντας. H. e. *Baſilius Magnus quatuor ſortitus eſt fratres, Gregorium nempe Nyſſenum Epiſcopum, & Petrum itidem Epiſcopum, & alios duos Monaſticam vitam profeſſos.* Naucratium Monachum fuiſſe, Nicephorus etiam Lib. XI. Cap. XIX. affirmavit.

Ε᾽λκέμεναι. *Trahere.* Ita legendum putat Cl. Boivinius, quum in Cod. MS. habeatur ἐλθέμεναι. Hanc tamen poſtremam lectionem exhibet etiam Codex Mediceus.

Α῎λλο.

ΝΑυκράτιος στροφάλιγγι θάνε φθονερῦ ποταμοῖο,
Δεσμοῖσιν βυθίης ἄρκυος ἐνσχόμενος.
Ω῞ς κε μάθης σὺ θνητὰ τὰ παίγνια τῦδε βίοιο,
Ε῞νθεν ἀνηέρθη πῶλος ὅδ᾽ ἄκρα θέων.

ALIUD. CXXVIII.

NAucratius obiit vortice invidi fluvii implicitus,
Et vinculis demerſi retis captus.
Ut tu diſcas, caducas eſſe delicias hujus vitae,
Ex qua ſublatus eſt pullus hic velox.

Α῎λλο.

ΝΑυκράτιος πλεκτοῖο λίνυ δεσμοῖσιν ἐλυσθεὶς,
Δεσμῶν τῦδε βίυ ἐξ ἀλίης ἐλύθη.

ALIUD. CXXIX.

NAucratius torti lini vinculis involutus
Dum piſcium praedae inhiat, è vinclis hujus vitae abiit.

Idem

Idem ex verſione Boivinii.

IMp!icitum ſub aquas quem linea vincla trahebant,
Corporis abrupit vincula Naucratius.

Εἰς Ἐμμελίαν τὴν μητέρα τȣ̃ μεγάλȣ Βασιλείȣ.

Ἐμμέλιον τέθνηκε. τίς ἔφρασεν; ἥγε τοσȣ́των
Καὶ τοίων τεκέων δῶκε φάος βιότῳ,
Υἱέας, ἠδὲ θύγατρας ὁμόζυγας ἀζυγέας τε,
Εὔπαις καὶ πολύπαις ἥδε μόνη μερόπων.
Τρεῖς μὲν τῇδ' ἱερῆες ἀγακλέες. ἠδ' ἱερῆος
Σύζυγος. Οἱ δὲ πέλας ὡς ςρατὸς ȣ̓ρανίων.
Θάμβος ἔχει μ' ὁρόωντα τόσον γόνον Ἐμμελίοιο,
Καὶ τοῖον, μεγάλης νηδύος ὄλβον ὅλον.
Ὡς δ' αὐτὴν φρασάμην Χριςȣ̃ κτέαρ, εὐσεβὲς αἷμα
Ἐμμέλιον, τόδ' ἔφην ȣ̓ μέγα· ῥίζα τόση.
Τȣ̃τό τοι εὐσεβίης ἱερὸν γέρας, ὦ παναρίςη,
Τιμὴ σῶν τεκέων, οἷς πόθον εἶχες ἕνα.

In Emmeliam. CXXX.

OBiit Emmelium (Quis dixiſſet?) illa, quae tot
Ac talium natorum dedit orbi jubar,
Filios & filias nuptas, innuptaſque,
Sola haec mortalium foecunda ſimul, & felix.
Tres quidem huic Sacerdotes celebres. Atque ipſa Sacerdotis
Uxor. Affines verò velut coeleſtium exercitus.
Me ſtupor habet, ubi tantam Emmelii ſobolem cerno,
Ac talem, glorioſi uteri integram opulentiam.
Ut verò ipſam appellavi Chriſti poſſeſſionem, pium ſanguinem,
Emmelium, hoc dixi haud magnum; tanta eſt radix.
Hoc tibi ſit pietatis praemium, ò quam optima,
Filiorum honor, quibuſcum unum deſiderium habuiſti.

NOTAE.

SAnctae hujus mulieris mentionem ſupra fecimus, ejuſque memoriam in Martyrologio Romano die 30. Maji recoli animadvertimus. In Orat. XX. quae eſt *in S. Baſilium*, illam Nazianzenus encomiis multis, pluribus verò Gregorius Nyſſenus ejus filius in Vita S. Macrinae exornant. Cl. Papebrochio, ut in reliquis, ita & heic multum debemus, quippe Tomo VII. Maji praeclariſſimae hujus faeminae res geſtas conſueta eruditione, ac diligentia literis mandavit. Nos ſingula perſequemur, quae heic animadverſione digna videbuntur.

Ἐμμέλιον. *Emmelium*. Ita Emmeliae nomen in verſu poſuit Nazianzenus, nempe ſuae gentis ac Latinorum exempla ſequutus, quibus *Glycerium*, *Melanium*, *Sophronium*, ac hujuſmodi nomina faeminini generis uſurpantur terminatione neutra. Infra etiam nobis occurret Θεοσέβιον, *Theoſebium*, pro *Theoſebia*. Vide quae adnotavi ad Carmen *in Gorgonium*, quam alii *Gorgoniam* appellant. Titulus autem hujus Carminis praefert Ἐμμελίαν, *Emmeliam*. An ſatis ad mentem Poëtae, neſcio, quum in reliquis locis non Ἐμμελία, ſed Ἐμμέλιον dicatur. Certè in Cod. Medic. titulus ita ſe habet: εἰς Ἐμμέλιον μητέρα Βασιλείου, *in Emmelium Baſilii matrem*.

Τεκέων. *Natorum*. In MS. Codice τοκέων, *parentum*, vitio apertiſſimo ſcriptum eſt. Quare emendavi.

Θύγατρας. *Filias*. Liberos decem luci dedit S. Emmelia. Ex iis maſculos quinque novimus, nempe S. Baſilium Magnum, Naucratium, S. Gregorium Nyſſenum, & S. Petrum Sebaſtenum Epiſcopum, hoc ordine natos. Quincti nomen à Philoſtorgio, ut ſupra vidimus, memorati, & Monaſticam vitam profeſſi, nobis latet. Una duntaxat ſoror iſtorum comperta nobis eſt, videlicet S. Macrina. Reliquarum nomen nulla monumenta, quod ſciam, nos docent. Non duas autem, ut Poſſevinus in Apparatu ſacro cenſuit, ſed plures illas fuiſſe, certiſſimum arbitror. Quippe *filias* Emmeliae *nuptas*, *innuptaſque* non heic ſolùm ſed etiam in Oratione XX. de laudibus S. Baſilii, Nazianzenus memorat, ſanctamque Baſilii ſenioris, ac Emmeliae familiam veluti omnium feliciſſimam extollens, haec ait: δηλοῖ δὲ ὁ μακαριςὸς τῶν ἱερέων, καὶ τῶν παρθένων ἀριθμὸς, καὶ τῶν ἐν γαμῷ. *Quod quidem liquidò demonſtrat ille felicitatis nomine praedicandus Sacerdotum, & Virginum numerus, atque earum,*

earum, quae matrimonio ſe addixerunt. Ut igitur etiam opinatur doctiſſimus Papebrochius, quanquam unius Macrinae nomen nobis ſit cognitum, alias tamen Emmeliae filias exſtitiſſe conſtat, quarum quaedam virginitatem amplexae Chriſto ſe dicarint, aliae nuptiis ſeſe obligarint. Non affirmarem tamen, tres nuptui datas, tres verò virginitatem ſervaſſe, quod exiſtimare videtur Papebrochius. Si enim decem tantùm liberos Emmelia genuit, ut certiſſimum ponitur, ſique maſculi quinque fuere, ut ſupra Philoſtorgius nos docuit, ſupereſt, ut totidem etiam fuerint Baſilii M. ſorores. Vide quae infra notavi ad Carmen *in Theoſebiam*.

Εὔπαις. In laudata Orat. XX. Nazianzenus Baſilii Magni parentes *πολύπαιδας*, *καὶ καλλίπαιδας* appellat, h. e. *qui ſimul & multos, & probos, ſeu honeſtos filios habebant*. Idem heic repetit.

Ἱερῆες. *Sacerdotes*. Nempe, ut ſupra commemoravimus, Baſilius Magnus Caeſareae, Gregorius Nyſſae, ac Petrus Sebaſtes Epiſcopi. At non deerunt, qui vocem Ἱερῆες hoc in loco non pro *Epiſcopis*, ut ego, ſed pro *Presbyteris* accipiant; veriſimile quippe eſt, tempore illo, quo Emmelia vitam cum morte mutavit, nondum Epiſcopatus inſignia Petro fuiſſe collata. Ut ad diem 30. Maji arbitratur Papebrochius, S. Emmelia Anno 372. ex humanis abiit. At Petrus Cathedram Sebaſtenam ne anno quidem 381. fortaſſe obtinuerat, quemadmodum in ejus Vita Bollandus, & Henſchenius Tom. I. Januar. ad diem 9. ſuſpicantur, levibus quidem argumentis nixi, ſed non improbabili conjectura. Longè igitur poſt Emmeliae parentis obitum, ſi vera haec forent, S. Petro Epiſcopalis dignitas obtigiſſet. Verum, perſpectis omnibus, nihil obſtare video, quin Anno etiam 372. Petrus Epiſcoporum numero adſcriptus foret. Quaeſtionem altiùs explorare nunc non juvat. Nunc dicere ſatis eſt, Sacerdotio ſaltem donatum fuiſſe Petrum, antequam mater è vivis diſcederet; nam Anno eodem, quo S. Baſilius Epiſcopatum obtinuit, videlicet A. C. 370. Petrum quoque ſuum fratrem inter Presbyteros cooptavit. Hoc è S. Macrinae Vita diſcimus. Quod ſi Graecum ejuſdem Vitae exemplar nobis eſſet, fortaſſe non *Presbyteratu* ſolùm, ſed *Epiſcopatu* etiam à Baſilio fratre donatum fuiſſe Petrum intelligeremus. Ibi fortaſſe legitur ἱερεὺς, aut ἱερατεία, aut ἱερατεῖον, quibus vocibus non *Presbyteratus* tantummodo, ut dicebamus, ſed etiam *Epiſcopatus* ſignificatur. Fortaſſe verò ex hoc Epigrammate diſcas, longè antequam opinentur doctiſſimi illi Scriptores, Epiſcopatum Petri coepiſſe, niſi dicatur multis poſt Emmeliae mortem annis idem Epigramma à Nazianzeno elucubratum.

Digitized by Google

Ἡ δ' ἱερῆος. *Atque ipſa Sacerdotis &c.* Baſilium Baſilii Magni patrem, ac Emmeliae virum, poſtquam plures annos in carnis communione cum uxore egiſſet, Epiſcopali munere auctum fuiſſe, tradiderant quidem Poſſevinus in Apparatu ſacro Verbo *Baſilius*, Labbeus de Scriptor. Eccleſ. in Addend. ad Tom. I. aliique eruditi; nullo tamen hucuſque firmo documento ſententiam hujuſmodi tutabantur. Quamobrem Guilielmus Cave in Hiſt. Literar. de Scriptor. Eccleſ. illis ſubſcribere omnino recuſavit. At nunc certa veritatis hujus fundamenta tenes, appellante Nazianzeno Emmeliam τῦ ἱερῆος σύζυγον, *Sacerdotis uxorem*, Baſilio nempe ſeniori, qui poſtea *Sacerdos*, ſeu *Epiſcopus* fuit, olim matrimonio conjunctam. Quod ſi per vocem ἱερῆος minimè *Epiſcopatum* heic, ſed *Presbyteratum* ſignificari contendas, id tibi licet. Attamen quum alibi Epiſcopos, & in hoc eodem Carmine Baſilium Magnum, Gregorium Nyſſenum, (& fortaſſe etiam Petrum) ἱερῆας Nazianzenus nuncuparit, qui procul dubio *Epiſcopi* tunc erant, probabile nimis videtur, Baſilium quoque eorum parentem per idem vocabulum Antiſtitem deſignari.

Οὐρανίων. *Caeleſtium*. Codex Medic. habet εὐαγέων.

Οἱ πέλας. *Affines*, ſeu ut melius dicam, *propinqui ſanguine*. Qui fuerint Emmeliae ſanguine juncti, vix diſcas aliunde. Significari tamen heic arbitror ſuſceptos è filiabus nepotes; quaſdam enim Emmeliae filias matrimonio ſeſe addixiſſe, animadvertimus ſupra. Ex his fortaſſe nepotibus Gregorius ille fuit, cujus infra ſermo erit. Neptes verò memorantur à S. Gaudentio Epiſcopo Brixienſi in Serm. de Dedicat. Baſilicae XL. Martyrum, ubi haec leguntur: *In ipſa maxima Civitate Cappadociae, quae appellatur Caeſarea, reperimus quaſdam Dei famulas, Monaſterii Sanctarum Virginum digniſſimas matres, prorſus Mariae, & Marthae conſimiles, quas meritò diligat Jeſus, natura, fide, & ſtudio, & caſtitatis integritate germanas, quibus ab avunculo ſuo Confeſſore, & Sacerdote Baſilio* (en *Sacerdotem*, h. e. *Epiſcopum*, appellat) *olim traditae fuerunt horum Martyrum venerandae Reliquiae*. Haec ille eorum temporum Scriptor.

Φρασάμην. *Appellavi*. Pro φασάμην, quod in MS. legebatur, ita ſcribendum Boivinius notavit.

Οἷς πόθον εἶχες ἕνα. *Quibuſcum unum deſiderium habuiſti*. Ita verto, ſubintelligens *vitae coeleſtis*. Supra in Carm. CXIX. memoratur ζωῆς εἷς πόθος ὀρανίης. i. e. *Vitae coeleſtis unus amor*, ſeu *unicum deſiderium*.

Εἰς Μακρίναν τὴν ἀδελφὴν τȣ̃ ἁγίȣ Βασιλείȣ.

Παρθένον αἰγλήεσσαν ἔχω κόνις, εἴ τιν᾽ ἀκȣ́εις
Μακρίναν Ἐμμελίȣ πρωτότοκον μεγάλης.
Ἣ πάντων ἀνδρῶν λάθεν ὄμματα, νῦν δ᾽ ἐνὶ πάντων
Γλώσσῃ, καὶ πάντων φέρτερον εὖχος ἔχει.

In Macrinam S. Baſilii ſororem. CXXXI.

Virginem nobilem tumulus contineo, ſi quam audis
Macrinam Emmelii magnae primogenitam.
Quae omnium virorum oculis latuit, nunc verò in omnium
Ore fertur, & omnium optimam gloriam habet.

NOTAE.

Sanctae hujus Virginis laudes, quae die 19. Julii quotannis in Martyrologio recurrunt, omittere in praeſentia, quàm vel breviter delineare praeſtat; quippe luculenter eaſdem proſequutus eſt S. Gregorius Nyſſenus ejus frater in Epiſtola, ut titulus praefert, ad Olympium Monachum, quae apud Surium legitur ad diem 19. Julii. Satis igitur ad operis propoſitum fuerit, ſi curſim moneamus, illam SS. Baſilii, & Emmeliae filiam, Baſilii Magni, Gregoriique Nyſſeni ſororem fuiſſe. Inter Emmeliae liberos prima lucem vidit: quod & aliunde noveramus. Illi à parentibus impoſitum nomen eſt Macrinae, quum ejus avia paterna, mulier praeſtantiſſima, quae ſub Tyrannorum Regno pro Chriſti confeſſione pugnaverat, Macrina appellaretur. Anno vulgaris Epochae 380. S. Virginis animam ad immortalem patriam è terris abiiſſe conſtat. Ejus quoque mentionem fecit Nicephorus Calliſti Lib. XI. Cap. XIX. Fecerunt & alii, quos compendii gratia praetermitto.

Εἰς Θεοσέβιον ἀδελφὴν τȣ̃ μεγάλȣ Βασιλείȣ.

Καὶ σύγε Θευσέβιον κλεινῆς τέκος Ἐμμελίοιο,
Γρηγορίȣ μεγάλȣ σύζυγε ἀτρεκέως,
Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν ὑπέδυς χθόνα, ἕρμα γυναικῶν
Εὐσεβέων, βίοτȣ δ᾽ ὥριος ἐξελύθης.

In Theo-

In Theoſebium Magni Baſilii ſororem. CXXXII.

TU quoque, Theoſebium, inclytae Emmelii filia,
Gregorii magni verè conjux,
Heic ſacram ſubjiſti humum, columen foeminarum
Piarum; è vita verò maturè exceſſiſti.

NOTAE.

CReditum hucuſque, Theoſebiam, ſeu Theoſebium, Gregorio Magni Baſilii fratri, ac poſtea Epiſcopo Nyſſeno, fuiſſe matrimonio conjunctam; eaque in ſententia fuere Baronius in Annalibus, Henſchenius, & Papebrochius in Vita ejuſdem Nyſſeni die 9. Martii, immo reliqui Scriptores, quos ego viderim de Theoſebia ſcribentes. Singulos in hanc opinionem pertraxit una Gregorii Nazianzeni Epiſtola XCV. ubi dolorem à Nyſſeno in Theoſebiae morte conceptum amoliri contendit. At nunc, ſi fidem habere volumus hujus Epigrammatis Auctori (qui vetuſtus quidem eſſe poteſt, alius tamen eſt à Nazianzeno) aliter ſentiendum erit. Heic enim Theoſebia Emmeliae filia, Baſiliique ſoror dicitur, atque ideo non uxor, ſed ſoror Gregorii Nyſſeni fuerit. Praeterea quum dicatur *Gregorii Magni conjux*, nulluſque tum eſſet Gregorius, cui *Magni* titulus conveniret, praeter Nazianzenum, atque Nyſſenum; Nyſſeni autem, ut poſuimus, Theoſebia ſoror ſit: ſupereſt ut eam Gregorio noſtro nupſiſſe dicamus. Verum cuinam facilè perſuadebitur, Nazianzenum conjugio operam dediſſe, quum nullum hujuſce facti veſtigium habeatur apud Hiſtoricos tum antiquos, tum recentes, qui ejus Vitam literis mandarunt? Quin imo pluribus in locis teſtatur ipſemet vir ſanctus, impenſum ſibi ab adoleſcentia fuiſſe Virginitatis ſtudium. Quare mirabar olim quam maximè confidentiam Guilielmi Beveregii, viri alioquin eruditiſſimi, qui in Notis ad Can. V. Apoſtol. in haec verba ſcripſit: *Et quidem poſt Nicaenum Concilium Spiridionem, Gregorium Nyſſenum, ut & Nazianzenum tam patrem, quàm filium Theologum, matrimonio copulatos fuiſſe, nemo in antiquitate verſatus neſcit.* Immo, ajebam tum ego, nemo in antiquitate verſatus, praeter unum Beveregium, quod ſciam, adhuc affirmavit, Nazianzenum filium unquam ſeſe matrimonio obſtrinxiſſe. Nihilominus amamus verum, & quandoquidem nobis oblatum eſt hoc Epigram-

ma, ſuſpicari ſaltem in poſterum cogemur, Beveregii ſententiam cum veritate conſentire, ac Theoſebiam Gregorii Nyſſeni ſororem, Theologi verò conjugem fuiſſe. Hujus autem Carminis fidem ſuſtinere videtur eadem illa Epiſtola XCV. Nazianzeni, quam Baronius, caeterique eruditi hucuſque pro contrariae opinionis fundamento poſuere. Scilicet inquit ibi Gregorius noſter, ad Nyſſenum ſcribens: *Te admiror ob eam tolerantiam, ac philoſophiam, quam in diſceſſu beatae, ſanctaeque SORORIS veſtrae* (ſive tuae) *adhibes*, τῆς ἁγίας ἀδελφῆς ὑμῶν, καὶ μακαρίας. Quae verba interpretans Baronius, Theoſebiam ideo *Sororem* Nyſſeni appellatam conjicit, quòd illa caſtitatem Deo voverit, ac inter Diaconiſſas egerit, viro quoque Sacerdotium, & caſtitatem amplexo. At nunc non ſpiritalem, ſed germanam *Sororem* Nyſſeni piam hanc foeminam fuiſſe, ex hac etiam Epiſtola intelligeremus. Infra addit Nazianzenus: *Sed quid faciemus adverſus Dei legem ab antiquis temporibus dominantem, quae Theoſebiam meam habet* (*meam enim eam voco, quae ſecundum Deum vixit; quandoquidem ſpiritalis cognatio corpoream antecellit*) *Theoſebiam Eccleſiae decus, aetatis noſtrae utilitatem* (aut potiùs *familiae, ac proſapiae noſtrae*, ſiquidem Graecè ſcriptum eſt τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς) *foeminarum fiduciam; Theoſebiam in tanta fratrum pulchritudine formoſiſſimam, & clariſſimam; Theoſebiam verè ſacram, & Sacerdotis conjugem, & honore parem, & magnis Myſteriis dignam*. Deinde ſingulari dolore ob ejus mortem ſe affectum Nazianzenus teſtatur, adjiciens ſibi illius memoriam nunquam eſſe deponendam. Ex his igitur, nuptam quoque eidem Gregorio Theologo Theoſebiam aliquando fuiſſe, apparet. Eam autem *ſuam* Gregorius appellat, tum quòd ſibi corporea cognatione adſtricta fuerit, tum multò magis quòd ſecundum Deum vixerit, τὴν κατὰ θεὸν ζήσασαν. Hoc eſt, ut explicare poſſumus, quod illa cum viro Nazianzeno caſtitatem potiùs, quàm thori conjunctionem, ſervare voluerit. Quae ſi vera ſunt, hinc diſcimus, non diu conſtitiſſe carnis communionem inter Nazianzenum, ac Theoſebiam, ſed utrumque caſtitatem jampridem elegiſſe, ut Sacerdotium ille iniret, ut inter Diaconiſſas iſta cooptaretur. Ad haec Theoſebia dicitur *in tanta fratrum pulchritudine formoſiſſima:* quae rectè illi conveniunt, ſi Emmeliae, filiam ſtatuimus, cui quinque filii maſculi contigerant. Theoſebia verò paternam domum repetiiſſe, ſoluto matrimonio, ibique reliquum vitae videtur egiſſe, à Nazianzeno corpore ſejuncta, animo verò ac ſpiritu conjunctior, quàm ante. Poſſet etiam recenti huic opinio-

opinioni ſuffragari verſus ille Theologi ita ſcribentis in Carm. IV. *de Animae ſuae Calamit.*

> Αὐτὰρ ἔπειτα γάμοιο βαρὺν ζυγὸν ἐκτὸς ἔθηκα.
> *Deinde verò grave jugum matrimonii à me ſepoſui.*

Nihilominus haec ita ſe habere, affirmare pro certo non auſim. Cur enim Gregorius, qui tam ſaepe, ac tot verbis vel minuta vitae ſuae monimenta verſibus clauſit, hoc unum non levis momenti aut praeteriſſet, aut tam jejunus commemoraſſet? Documenta quoque produci poſſunt, quibus probetur, nunquam Nazianzenum fuiſſe conjugatum, ac praecipuè quod legitur in editis Carm. I.

> Οὔ με γάμος δ' ἐπέδησε, βίε ῥόος &c.
> *Non me conjugium ligavit, vitae fluxus.*

Quum tamen & hoc, & omnia, quae proferre liceret, aequivoca videri, & utrique ſententiae conformari poſſint, placet in re dubia reliquis poteſtatem facere judicandi. Mihi ſit ſatis, pro certo affirmare non eſſe Gregorio noſtro hujuſmodi Epigramma tribuendum. Aut enim Theoſebia Nyſſeni conjux, non ſoror, fuit: & error palmaris in eo continetur. Aut Nazianzeno nupſit, quod ſimillimum vero arbitror; ſeque Nazianzenus *Gregorium Magnum* nunquam appellaſſet.

Εἰς Γρηγόριον.

Γρηγόριον μήτρως, ἱερεὺς μέγας, ἐνθάδ' ἔθηκεν,
Γρηγόριος, καθαροῖς Μάρτυσι παρθέμενος,
Ἤϊθεον, θαλέθοντα, νεόχνοον. αἱ δὲ πάροιθεν
Τῆς γηροτροφίης ἐλπίδες εἰσὶ κόνις.

In Gregorium. CXXXIII.

Gregorium avunculus, Sacerdos magnus, heic compoſuit
Gregorius, juxta puros Martyres collocans
Adoleſcentem, florentem, impubem. Antea vero
Conceptae ſenum alendorum ſpes ſunt cinis.

NO.

NOTAE.

SI Nazianzenum poſtrema haec Epigrammata Auctorem haberent, quis iſte Gregorius fuerit, nullo negotio dignoſceretur. Maternus enim avunculus heic nominatus alius non eſſet, quàm Gregorius Nyſſenus, Baſilii Magni frater, qui μέγας ἱερεὺς, i. e. *magnus Sacerdos*, ſeu *Epiſcopus* dicitur. Supra enim animadvertimus, quaſdam ex hujus Sororibus legibus conjugii ſeſe adſtrinxiſſe; ideoque ex harum una prodiiſſet Gregorius iſte adoleſcentulus, quem in aetatis flore fato ſupremo correptum Nyſſenus avunculus tumulo mandaſſet, ſepultum Nazianzenus elogio exornaſſet. At quoniam ſuperius Epigramma fecit, ut de iſtius etiam Auctore dubitare debeamus, incertum eſt mihi, an Nazianzeni potiùs, quàm Nyſſeni, Gregorius hic adoleſcens fuerit nepos. Scilicet Gorgoniae filius is eſſe potuit, atque Alypii. In Cod. Medic. hunc titulum praefert Epigramma: εἰς Γρηγόριον τῆς μρος cum linea ſuppoſita ἀδελφόν. h. e. *in Gregorium matris fratrem*.

Παρθέμενος. *Collocans*. Juvenis Gregorii oſſa ab avunculo Gregorio juxta SS. Martyrum tumulos condita fuiſſe, intelligimus. De hujuſmodi conſuetudine ſuperiùs nonnulla adnotavi in Carmen XVII. plura verò in Differt. XVII. ad S. Paulinum Tom. I. Anecdot. Vide in hoc eodem Libro Diſquiſitionem III. (*).

Γηροτροφίης. *Senum alendorum*. H. e. in cinerem redacta eſt ſpes, quam Gregorii adoleſcentis parentes, ac majores conceperant, ſuam ab iſto nepote ſenectutem aliquando alendam, aut ut melius dicam, eſſe ſuſtentandam.

In priori verſu pro ἐνθαδ᾽ ἔθηκεν, quod legitur in Cod. Medic. habet Pariſienſis ἐνθάδε ἔθηκε. In poſtremo pro εἰσὶ κόνις, Cod. Medic. habet ἐ δὲ. Fortaſſe ἤδε.

Εἰς Μαξέντιον.

ΑΓματος εὐγενέος γενόμην. Βασιλῆος ἐν αὐλαῖς
Ἔςην. Ὀφρὺν ἄειρα κενόφρονα. πάντα σκέδασσε
Χριςὸς ἐπεί μ᾽ ἐκάλεσσε. βίῳ πολλαῖσιν ἀταρποῖς
Ἴχνος ἔρεισα πόθοιο τινάγμασιν. ἄχρις ἀνεῦρον
Τὴν ςαθερήν. Χριςῷ τῆξα δέμας ἄλγεσι πολλοῖς,
Καὶ νῦν κῦφος ἄνω Μαξέντιος ἔνθεν ἀνέπτην.

In Ma-

(*) In Tom. XI. P. I. praeſentis Edit. noſtrae.

In Maxentium. CXXXIV.
Boivinio vertente.

CLara ſtirpe ſatus, Regalem admittor in Aulam.
Grande ſupercilium attollo; mox omnia Chriſtus
Diſſipat, errantem revocans. Veſtigia flecto
Per varias incerta vias, jactantibus auris
Votorum, donec Vitae via certa reperta eſt.
Aerumnis corpus variis tibi Chriſte ſubegi.
Nunc levis alta ſuper redeo Maxentius aſtra.

NOTAE.

ILluſtri ſanguine natus Maxentius ad Aulam Conſtantinopolitanam ſe contulit, ubi ſummo in honore apud Auguſtos fuit. Verum fortunae favor, & publici alicujus muneris amplitudo, ut uſu venit, ſuperbum effecerant. Impotentiam hominis diu non tulit Coelum. Quare ab alto dejectus, ſibi vivere, meliorisque vitae inſtitutum amplecti coactus fuit. Inde Chriſto ſe dicans, felicem ad mortem venit, qui antea inter felicitatis fructus computare potuerat, quòd Nazianzenum amicum haberet. Haec ab hiſce verſibus diſcas; nihil enim aliud in veterum monimentis de hoc non infimi ſubſellii viro offendi.

Pro *σκέδασσε*, Cod. Medic. habet *κέδασσεν*. In quarto verſu *ἀνεῦρον* potiùs legendum eſſe cenſuerat Boivinius, quàm *ἂν εὗρον*, uti Regius Codex praeferebat. Ejus conjecturae conſentit Codex Mediceus. In utriſque verò Codicibus ſcriptum eſt *ἀνέπτη*, pro quo *ἀνέπτην* ſcribere placuit, ſenſu poſcente.

Ἄλλο *εἰς τὸν αὐτόν.*

ΠΆλλετ' ἐμοὶ κραδίη, Μαξέντιε, σεῖο γράφουσα
Οὔνομα, ὃς συφελὴν ἦλθες ὁδὸν βιότου
Ἄμβροτον, αἰπήεσσαν, ἀτερπέα. Σεῖο φέριστε
Ἄμμορος οὐδὲ τάφῳ Χριστιανὸς πελάσει.

Aliud

Aliud in eumdem. CXXXV.

PAlpitat mihi cor, Maxenti, tuum ſcribens
   Nomen, qui duram vitae viam confeciſti
Mortalibus inviam, excelſam, injucundam. Ad tuum, optime,
   Sepulcrum Chriſtianus ſine tremore non accedet.

NOTAE.

ἌΜβροτον. *Mortalibus inviam.* Vitae genus, quod Maxentius elegerat, & heic Nazianzenus deſcribit, Monaſticum fuiſſe videtur.

Ἄτρομος. *Sine tremore.* Aut ſignificat Poëta, non ſine reverentia, ac timore, accedere Chriſtianos debere ad ſepulcrum viri tam pii; aut potiùs timorem iis incutit, quibus religio non erat aliena expilare, aut frangere ſepulcra. Nazianzeni aevo impius iſte mos praecipuè obtinebat, ut alibi vidimus, & infra uberiùs patebit.

Πρὸς τὴν ψυχήν.

Ἄλλοι μὲν χρυσὸν, οἱ δ' ἄργυρον, οἱ δὲ τράπεζαν
   Τιμῶσι λιταρὴν, παίγνια τοῦδε βίου.
Ἄλλοι δ' αὖ Σηρῶν καλὰ νήματα, καὶ γύας ἄλλοι
   Πυροφόρους, ἄλλοι τετραπόδων ἀγέλας.
Αὐτὰρ ἐμοὶ Χριστὸς πλοῦτος μέγας, ὅν ποτ' ἴδοιμι
   Νῷ γυμνῷ καθαρῶς: τ' ἄλλα δὲ κόσμος ἔχοι.

Ad animam ſuam. CXXXVI.
Ex verſione Boivinii.

ARgentum hic, ille argento pretioſius aurum,
   Hic lautas inhiat, gaudia vana, dapes.
Eſt quem fila juvat depectere Serica: ſulcos
   Laudat frugiferos hic magis, ille greges.
Divitiae tu, Chriſte, meae, quem cernere pura
   Mente utinam liceat: caetera Mundus amet.

NO-

NOTAE.

HUic Epigrammati ſimilia habes in reliquis Nazianzeni Carminibus, & potiſſimum in Carm. *de Vita ſua*. Aldus hoc idem evulgaverat. Billius praetermiſerat. Iterum igitur damus è Regio Codice 2891. deſcriptum.

Καταρῶς. *Purè*. H. e. ſine nube utinam aliquando Chriſtum conſpiciam; non enim id homini corporeis vinculis adſtricto licet.

Ἔχοι. *Habeat*. Ita Boivinius ſcripſit, quum corruptè in MS. Codice legeretur ἐχέτω, quod gloſſema τῦ ἔχοι irrepſerat, ut puto, in textum.

Εἰς τὺς ἀνορύττοντας τάφυς προφάσει Μαρτύρων.

Τριςθανέες, πρῶτον μὲν ἐμίξατε σώματ᾽ ἀνάγνων
Ἀθλοφόροις. τύμβοι δὲ θυηπόλον ἀμφὶς ἔχυσιν.
Δεύτερον αὖ τε τάφυς τὺς μὲν διεπέρσατ᾽ ἀθέσμως,
Αὐτοὶ σήματ᾽ ἔχοντες ὁμοῖια. τὺς δ᾽ ἀπέδοσθε,
Πολλάκι καὶ δὶς ἕκαςον. ὁ δὲ τρίτον. ἱεροσυλεῖς
Μάρτυρας, ὓς φιλέεις. Σοδομίτιδες εἴξατε πηγαί.

In effodientes ſepulcra praetextu Martyrum. CXXXVII.

TEr morte digni, primùm miſcuiſtis corpora profanorum
Martyribus, & ſepulcra Sacerdotem utrinque habent.
Deinde autem tumulos, alios quidem evertiſtis nefariè,
Ipſi ſepulcra habentes ſimilia; alios autem vendidiſtis
Saepe, & bis unumquemque; aliquis & ter. Sacrilegio laedis
Martyras, quos amas. Sodomitici cedite fontes.

NOTAE.

E MS. Codice Regio 2891. fol. 240. depromti ſunt hi verſus. Eorum titulus apud Ambroſianum Scholiaſtem MS. diverſus eſt, nempe κατὰ τυμβωρύχων, *contra ſepulcrorum effoſſores*. Quinam fuerint hi perditi homines, infra diſces è Diſquiſitione, quam *de Chriſtianorum Sepulcris* inſtitui, ubi Epigramma iſtud illuſtravi; neque enim Scholiis, ac notis uberem explicationem commendare, at-

que includere, commodum videbatur. Caeterum nunc monendus eſt Lector, eoſdem hoſce verſus ab eruditiſſimo Boivinio ante aliquot annos mihi humaniſſimè communicatos, anno ſubinde MDCCV. proximè praeterito publici juris factos fuiſſe à Cl. V. Joanne Mabillonio in nova editione inſignis Opuſculi, cui titulus *Euſebii Romani ad Theophilum Gallum Epiſtola de cultu SS. Ignotorum*. Quum autem ipſe appellet *verſus Graecos Anonymi cujuſdam Poetae*, ſatis indicat, neque ſibi, neque Boivinio eorum Auctorem Nazianzenum videri. Et revera in iis fruſtra requiras conſuetam Gregorii noſtri elegantiam. Quiſquis tamen Auctor ſit, certè vetuſtus eſt; eos enim explicat memoratus Scholiaſtes ſatis antiquus, ipſique Nazianzeno tribuere videtur. Nos heic adnotabimus tantùm pauca in Graecum textum.

Ἀ'θλοφόροις. Apud Cl. Mabillonium, qui & à Boivinio accepit hos verſus, legitur *τοῖς ὁσίοις*.

Σήματ' ἔχοντες. Fortaſſe legendum *σώματ' ἔχοντες*.

Δὶς. Ita per conjecturam ſcribendum cenſuit Boivinius, quum in MS. Cod. habeatur *τρὶς*, quod ſequentibus non bene reſpondet.

Εἴξατε πηγαί. *Cedite fontes*. Ita quoque legitur in Cod. Med. Mihi placet conjectura Salvinii eruditiſſimi, cui ſcribendum videtur *ἥξατε*, h. e. *venite*, *proſilite*, ſulphurei fontes, qui Sodomam evertiſtis, & iſtorum ſcelus expiate.

Ἄλλο.

Παῖδες Χριστιανῶν, τόδ' ἀκούσατ'. οὐδὲν ὁ τύμβος.
Πῶς οὖν ὑμετέρους χώννυτ' ἀριπρεπίας;
Ἀλλ' ἔστιν καὶ πᾶσι γέρας τόδε μήτε τάφοισι
Βάλλειν ἀλλοτρίοις δυσμενέας παλάμας.
Εἰ δ' ὅτι μὴ νέκυς οἶδε τὰ ἐνθάδε, τοῦτ' ἀδίκαστον,
Πείθομαι, ἣν σὺ φέρῃς πατρὸς ὕβριν φθιμένου.
Συμβολέται, γάστρωνες, ἐρυγόβιοι, πλατήνωτοι,
Μέχρι τίνος τύμβοις Μάρτυρας ἀλλοτρίοις
Τιμᾶτ' εὐσεβέοντες ἃ μὴ θέμις; ἴσχετε λαιμοὺς,
Καὶ τότε πιστεύσω Μάρτυσιν ἦρα φέρειν.
Τιμὴ Μάρτυσίν ἐστιν ἀεὶ θ.ήσκειν βιοτητι
Αἵματος οὐρανίου μνωομένους μεγάλου.
Τύμβοι δὲ φθιμένοις. ὃς βήματα δ' ἄμμιν ἐγείρει
Ἀλλοτρίοισι λίθοις, μηδὲ τάφοιο τύχοι.

Μάρτυ-

Μάρτυρες αἷμα θεῷ μεγάλην ἐσπείσατε λοιβήν.
    Καὶ μέν τοι θεόθεν ἄξια δῶρ᾽ ἔχετε,
Βήμαθ᾽, ὕμνους, λαοὺς, ψυχῶν σέβας. ἀλλ᾽ ἀπὸ τύμβων
    Φεύγετε νεκροκόμοι Μάρτυσι πειθόμενοι.

ALIUD. CXXXVIII.

Ex interpretatione Boivinii. Eſt autem Dialogus. Interloquuntur
A. *Poeta*. B. *Sepulcrorum violatores*. C. *Martyres*.

A. FIlii Chriſtianorum, hoc audite. B. Nihil eſt Tumulus.
    A. Quare igitur veſtros tumulatis inſignes?
B. At eſt etiam omnibus (commune) hoc praemium. A. Item ne (liceat) Tumulis
    Injicere alienis hoſtiles manus.
Quod ſi ideo, quia non novit mortuus, quae heic fiunt, id inultum (credis).
    Credo (tibi) ſi tu feras patris ignominiam mortui.
Compotores, ventri dediti, quorum vita vomitus eſt, homines lato dorſo,
    Uſquequò Tumulis Martyras alienis
Honoratis, pii quatenus non licet? Compeſcite gulas,
    Et tunc credam vos Martyribus gratificari.
C. Honos eſt Martyribus (gratus) ſemper mori vitae,
    Sanguinis coeleſtis memores, magni (inquam, ſanguinis.)
Sepulcra autem mortuis (honori ſunt). Qui autem ſuggeſta nobis exſtruit
    Alienis lapidibus, is nec ſepulturam conſequatur.
A. Martyres, cruorem Deo magnam libaſtis libationem,
    Et quidem à Deo digna praemia habetis,
Suggeſta, hymnos, conventus, animarum reverentiam. Sed à Tumulis
    Fugite, mortuorum curatores, Martyribus obedientes.

NOTAE.

IDem ac ſuperius argumentum pertractatur. Aliquid etiam innuitur de Coenis ad ſepulcra Martyrum. Utramque materiem perſequutus ſum ego in geminis Diſquiſitionibus, quae ad calcem hujus Libri legentur. Horum Auctorem non auſim dicere Nazianzenum.

Παῖδες Χριςιανῶν. *Filii Chriſtianorum*. Hoc eſt, *Chriſtiani*, Graeca periphraſi, ut ἰατρῶν παῖδες, ῥητόρων παῖδες, *Medici*, *Rhetores*.

Μή τὲ τάφοισι. *Item ne Tumulis*. Addidi particulam τὲ, quae in Codice MS. deſideratur, & excidiſſe videtur propter ſimilis ſyllabae vicinitatem in voce τάφοισι. Quum ſepulcrorum violator dixiſſet ἀλλ' ἔςιν καὶ πᾶσι γέρας τόδε, quod ad illud Homericum alludit, exequias ac funeralia, honorem eſſe, ac praemium mortuorum: τὸ γὰρ γέρας ἐςὶ θανόντων: Poëta, quaſi ſermonem continuaret, ſubjicit: μή τὲ τάφοισι, i. e. Similiter praemium eſt ac honos mortuorum, ſepulcris alienis violentas non inferre manus.

Συμβολεῖται. *Compotores*. MS. Cod. Medic. habet τυμβολέται, *tumulorum everſores:* quae vox alibi à Gregorio uſurpatur. At heic de ingluvie, & ebrietate epulantium in Baſilicis Martyrum loquitur. Quare prima lectio praeſtat.

Ἐρυγόβιοι. Codex Medic. habet ἐρευγόβιοι. Pro πιςεύσω ibidem legitur πιςεύω. Pro ἄμμιν ſcriptum eſt ἥμιν accentu acuto in prima tum ibi, tum in Cod. Regio. Ego ἄμμιν reponendum cenſui.

Αἵματος. *Sanguinis*. H. e. ſanguinis Chriſti, quem idcirco *magnum* appellat. Honor eſt Chriſtianis imitari ſuum caput, à quo ſanguis effuſus eſt, & vitam dare pro Fide. Atque hactenus Carmina è Regiis Codicibus deſcripta.

Κατὰ τυμβωρύχων.

ΜΗκέτι πηκτὸν ἄροτρον ἀνὴρ ἐπὶ γαῖαν ἐλαύνοι,
Μὴ πέλαγος πλώοι, μὴ δόρυ θȣ̃ρον ἔχοι
Ἀλλὰ φέρων σκαπάνην τε καὶ ἄγριον ἐν φρεσὶ θυμὸν
Ἐς τύμβȣς πατρῶν, χρυσὸν ἴοι ποθέων.
Ὅπποτε καὶ τȣ̃τόν τις ἐμὸν περικαλλέα τύμβον
Σκάψεν ἀτασθαλέων, εἵνεκα κερδοσύνης.

In Sepulcrorum effoſſores. CXXXIX.

NE quis amplius compactile aratrum in terram agat;
Ne mari naviget, neque bellicam haſtam capiat;
Sed ligonem ferens, trucemque corde animum
In patrum tumulos, aurum ibi quaeritet.
Quandoquidem neſcio quis hoc meum ſplendidum ſepulcrum
Effodit, injuſtè agens, lucri cauſſa.

NO-

NOTAE.

CArmen hoc unà cum ſubſequentibus ad numerum uſque CXCVIII. accepi è MS. Codice Mediceae Bibliothecae S. Laurentii. Cl. V. Antonius Maria Salvinius deſcripſit, & mihi ſuppeditavit. Uti verò fuſiùs in Notis ad Carmina *in Martinianum* animadvertimus, Gregorii tempore crudelis conſuetudo invaluerat, ut dejicerentur tumuli vel ſplendidiſſimi, non alia de cauſſa, quàm quòd ibi theſauri crederentur reconditi. Qui hoc auſi ſunt, τυμβώρυχοι, i. e. *ſepulcrorum effoſſores* appellabantur. Nonnulla in eos Nazianzeni Carmina produxit Billius Tom. II. Jambico. XVI. pag. 202. Longè plura nos damus. At unde tanta Nazianzeno Carminum copia in unum idemque argumentum? Ex eo factum arbitror, quod complures Epigramma ſuo tumulo inſcribendum poſcerent, arbitrati fortè, ſe per illud miſericordiam, terroremve incuſſuros impiis tumulorum effractoribus. Unicuique foecundiſſima Nazianzeni Muſa opem tulit; & certè ſtupeas, quantum, & quam variè, atque eleganter, ſe in eodem themate Gregorius exercuerit. Si quis tamen contendat, haec omnia fere Carmina in unum aliquod illuſtre inter Cappadocas Sepulcrum conſcripta fuiſſe, quod auri conquirendi cauſſa impii homines proſtraverint; ego non moror.

Μηκέτι. &c. Ironicè haec dicit. Si aurum quaeritis, ò homines, ab arando, navigando, belloque gerendo abſtinete. Citiùs, & commodius in ſepulcris evertendis divitias comparabitis.

Ἄλλο.

Ἑπτὰ βίοιο πέλει τάδε θαύματα, τεῖχος, ἄγαλμα,
Κῆποι, πυραμίδες, νηὸς, ἄγαλμα, τάφος.
Ὄγδοον ἔσχον ἔγωγε πελώριος ἐνθάδε τύμβος
Ὑψιπαγὴς, σκοπέλων τῶνδ' ἄπο τῆλε θέων.
Πρῶτος δ' ἐν φθιμένοισιν ἀοίδιμος, ἔργον ἄπληστον
Τῆς σῆς ἀνδροφόνε μαινομένης παλάμης.

ALIUD:

ALIUD. CXL.

SEptem in orbe terrarum haec ſunt miracula: Moenia, Simulacrum,
Horti, Pyramides, Templum, Simulacrum, Sepulcrum.
Octavum ſum ego vaſtus heic tumulus
Sublime compactus, ab hiſce rupibus longè procurrens.
Sed qui primus inter mortuos decantabar, nunc ſum opus
Inſatiabile tuae, ò homicida, furentis manus.

NOTAE.

IN illuſtre aliquod ſepulcrum videntur haec ſcripta. Alibi verò animadvertimus è Servio, conſueviſſe veteres in montibus, collibus, aliiſque editis locis, ſua collocare monumenta. Infra pluries id ſignificabit Poëta noſter; atque erit repetendum, ubi *σκοπέλων*, *σκοπιῶν*, *λόφων*. i. e. *ſcopulorum*, *rupium*, *&* *ſublimium locorum* mentionem reperies.

Ἄλλο.

ΗΝ ὅπε ἦν ἀτίνακτος ἐγὼ τάφος ὄρεος ἄκρην
Πουλὺς ὑπερτέλλων τηλεφανὴς σκόπελος.
Νῦν δέ με θὴρ ἐτίναξεν ἐφέσιος εἵνεκα χρυσοῦ.
Ὧδε δ' ἐτινάχθεν γείτονος ἐν παλάμαις.

ALIUD. CXLI.

JAm olim inconcuſſum ego ſepulcrum montis è vertice
Plurimum ſupereminens, longè lateque conſpicua moles.
Nunc autem bellua me domeſtica evertit auri cauſſa,
Atque ita vicini manibus concuſſum perii.

Ἄλλο.

ΤΟῦ τύμβοιο πόσου λῃίσορα ὃν πέρι πάντῃ
Λάων τετραπέδων ἀμφιθέει σέφανος.
Ἄξιον αὐτίκ' ἔην αὐτῷ ἔνι σήματι θέντας
Αὖθις ἐπικλεῖσαι χάσματα δυσσεβεῖ.

ALIUD.

ALIUD. CXLII.

PRaedonem tanti ſepulcri, quod circum undique
Quadratorum lapidum obit corona,
Aequum ſtatim fuit, ipſum in idem ſepulcrum deponentes,
Hiatum ſuper impio rurſus claudere.

NOTAE.

TO'σ8. *Tanti*. In MS. Cod. habetur *τόσον*. Emendationem poſcere ſenſus viſus eſt mihi.

Α'λλο.

Ε῎Ργον ἀλιτρὸν ὄπωπα κεχηνότα τύμβον ὁδεύων·
Χρυσȣ̃ ταῦτα πέλει ἔργματα τȣ̃ δολίȣ.
Εἰ μὲν χρυσὸν ἔχεις, εὗρες κακόν. εἰ δ' ἄρα κενὸς
Ἔνθεν ἔβης, κενεὴν μήσαο δυσσεβίην.

ALIUD. CXLIII.

SCeleratum facinus inſpexi, tumulum hiantem, iter faciens.
Hujuſmodi ſunt fraudulenti auri opera.
Si tibi aurum contigit, malum reperiſti. Sin vacuus
Hinc receſſiſti, inutilem impietatem es molitus.

Α'λλο.

Ὀ'Στάτιον παράμειψα βροτῶν βίον. ȣ̓δ' ἂρ ἔμελλον
Ἐκφυγέειν παλάμας γείτονος ȣ̓λομένȣ.
Ὅς με καὶ αἰτὺν ἐόντα χαμαὶ βάλε νηλέϊ θυμῷ,
Οὔτε θεὸν δείσας, ȣ̓θ' ὁσίην φθιμένων.

ALIUD. CXLIV.

QUot praeterii hominum aetates! Neque potui,
Effugere manus pernicioſi vicini?
Qui me licèt ſublime poſitum fero animo disjecit,
Neque Deum, neque mortuorum ſanctitatem veritus:

Digitized by Google

NOTAE.

O'Στάτιον. *Quot &c.* Tumulus loquitur, ut alibi ſaepe. Inquit autem: Intactus per tot tempora fui, & tandem ab impio vicino mihi indictum eſt bellum.

Α'λλο.

ΤΟ'ν τύμβων κακόεργον ἀλάϛορα φεύγετε πάντες,
Εἰ δὲ τόσην σκοπίην ῥῆξατο ῥηϊδίως,
Οὐ μὲν ῥηϊδίως ἐῤῥήξατο. ἀλλ' ἀποτῆλε
Χάζεσθε. φθιμένοις ὧδ' ἂν ἀρεσσάμεθα.

fort. ἀρεσσό-μεθα.

A L I U D. CXLV.

TUmulorum depopulatorem perditiſſimum fugite omnes;
Qui quum facile tantum ruperit ſcopulum,
Non & ipſe facile diſruptus eſt. Verum hinc procul
Abſcedite. Mortuis ita rem gratam faciemus.

Α'λλο.

ΑΓ αἶ ὢ τί κακὸν προτιόσσομαι ἔγγυθεν ἤδη
Τοῖσί τε τυμβορύχοις, τοῖς τε περικτίοσιν,
Σήματος ὑψιθέοντος ὀλωλότος. ἀλλά τὸν ἐχθρὸν
Οἶδε δίκη. δακρύειν δ' ἡμέτερον φθιμένυς.

A L I U D. CXLVI.

HEu, heu, quale malum jam appropinquare praeſentio
Tum ſepulcrorum perfoſſoribus, tum conterminis,
In altum excurrente perdito monumento! Sed inimicum
Novit Poena. Mortuis illacrymare noſtrum eſt.

ALIUD.

Digitized by Google

Ἄλλο.

ΜΑυσώλȣ τάφος ἐςὶ πελώριος. ἀλλὰ Κάρεσσι
Τίμιος. ὅτις ἐκεῖ τυμβολέτης παλάμη.
Καππαδόκεσσιν ἔγωγε μέγ᾽ ἔξοχος. ἀλλὰ δέδορκας
Οἷα πάθον. ςήλῃ γράψατε νεκροφόνον.

ALIUD. CXLVII.

MAuſoli ſepulcrum ingens eſt, ſed Caribus
Verendum. Nulla illic tumulorum perditrix palma.
Enimvero inter Cappadoces valde eminens ego. Verum aſpexiſti
Qualia paſſum. Cippo inſcribite cadavericidam.

Ἄλλο.

ΤΕῖχος ἔην προπόδεσσι, καὶ ὄρθιος ἔνθεν ἔπειτα
Ὕπτιος ἐκ λαγόνων εἰς ἓν ἀγειρομένων
Τύμβος ἔην, καθύπερθε λόφȣ λόφος. ἀλλὰ τί ταῦτα;
MS. habet χρυσοφίλαις. Οὐδὲν χρυσοφίλοις, οἵ μ᾽ ἐτίναξαν ὅλον.

ALIUD. CXLVIII.

MUrus in montis radicibus erectus hinc deinceps
Supinus è lateribus in unum aggeſtis
Tumulus eram, collis ſupra collem. Sed quid hoc?
Nihil auri cupidis, qui me totum excuſſerunt.

Ἄλλο.

ΝΕκρῶν νεκρὰ πέλει καὶ μνήματα. ὅς δ᾽ ἀνεγείρῃ
Τύμβον ἀριπρεπέα τῇ κόνι, τοῖα πάθοι.
MS. habet ὅτως. Οὐ γὰρ ἂν ὅτος ἀνὴρ τὸν ἐμὸν τάφον ἐξαλάπαξεν,
Εἰ μὴ χρυσὸν ἔχειν ἤλπετο ἐκ νεκύων.

ALIUD. CXLIX.

MOrtuorum mortua quoque ſunt monumenta. Qui verò excitat
Cineri magnificum buſtum, talia patiatur.
Non enim iſte vir meum vaſtaſſet ſepulcrum,
Niſi è mortuis aurum ſe habiturum ſperaſſet.

Ἄλλο.

ΤΙ'ς τίνος; ȣ̓ κενεὴ ςήλη. πρὸ γὰρ ὤλετο τύμβȣ.
Τίς χρόνος; ἀρχαίη σήματος ἐργασίη.
Τίς δὲ ἐνήρατο, εἰπὲ, φθόνος τόδε; χεῖρες ἀλιτραὶ
Γείτονος. ὡς τί λάβοι; χρυσὸν ἔχοι σκοτίην.

ALIUD. CL.

QUis cujus? Non inanis cippus: ante enim tumulum everſus eſt.
Quodnam tempus? Antiqua eſt monumenti ſtructura.
Quis livor, dicito, hoc proſtravit? Manus ſceleſtae
Vicini. Ut quid caperet? Ut aurum tenebrionem haberet.

NOTAE.

DIalogiſmus eſt inter viatorem, & fortaſſe Poëtam. Sed corrupta non una in loco Graeca verba divinationibus locum dedere. In priore verſu MS. Codex habet τίς τίνος; ȣ̓. κενέει ςήλη. Salvinius κενεὴ legens, hunc eſſe verborum ſenſum ſuſpicatur. *Quis cujus?* i. e. quis, & cujus filius, heic tumulatus eſt? *Non inanis cippus*, h. e. cippus literatus humi jacet; ibi legere poteris. Aut fortaſſe: *Quis cujus?* ȣ̓. κενεὴ ςήλη. Non, i. e. neſcio. Inanis eſt cippus. Vel ȣ̓ κεν ἔοι ςήλη, *non profectò ineſt in columna*, disjecta enim eſt ante ſepulcrum, adeoque in ea nec ſepulti nomen apparet, nec patris ejus. Mihi legere placeret: ȣ̓κ ἐνέει, i. e. ἔνεςι, *non ineſt cippo*. In altero verſu pro ἀρχαίης ἐργασίας, quod eſt in MS. Salvinius ſcribendum putat, ἀρχαίη ἐργασία, ut ſit reſponſio ad interrogationem. Hic eſt ſenſus. Quando conditum fuit hoc ſepulcrum? Antiquitus. In ultimo verſu Codex MS. habet ἔχει, pro quo ſcribendum cenſui ἔχοι. Aurum *tenebrionem* σκοτίην vocat, h. e. aurum in tenebris conditum.

Digitized by Google

Α῎λλο.

MS. habet φέρει.

Ο῞Στις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, ἴσθιμε ταῦτα
Τȣ̃ νεοκληρονόμȣ χερσὶ παθόντ᾽ ἀδίκως.
Οὐ γὰρ ἔχον χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, ἀλλ᾽ ἐδοκήθην
Κάλλεϊ μαρμαίρων τοσσατίων λαγόνων.

ALIUD. CLI.

QUemcumque meum ad ſepulcrum pedes ferunt, ſcito me haec
Injuſtè pati novi heredis manibus.
Non enim aurum habebam & argentum; ſed viſus ſum (habere)
Tantorum parietum renidens pulchritudine.

Α῎λλο.

ΣΤῆθι πέλας, καὶ κλαῦσον ἰδὼν τόδε σῆμα θανόντος,
Εἶποτ᾽ ἔην. νῦν δὲ τάφȣ δηλήμονος ἀνδρὸς
Σῆμα τέλω. μὴ τύμβον ἐγείρειε βρότος ἄλλος.
Τί πλέον, ἢ παλάμῃσι φιλοχρύσῃσιν ὀλεῖται;

ALIUD. CLII.

GRadum propius ſiſte, & luge intuens hoc monumentum mortui,
Quandocumque fui; nunc autem ſepulcri miſeri viri
Monumentum ſum. Ne tumulum erigat alius mortalis.
Quod operae pretium faciet, niſi quod à manibus auri cupidis deſtruetur?

NOTAE.

LOquitur Tumulus, & inquit: ſe olim viri mortui fuiſſe monumentum; at nunc ſe eſſe infelicis tantùm ſepulcri monumentum. In ſecundo verſu MS. Codex habet τάφον, pro quo poſui τάφȣ. Quod ſi τὸ δηλήμονος interpretaris *perditiſſimi, ac nefarii viri*, ſenſus erit: olim teſtabar, heic hominem jacere ſepultum; nunc dejectus viatores moneo de execrabili effoſſoris facinore.

Ἄλλο.

ΑἸὼν, καὶ κληῖδες ἀμειδήτου θανάτοιο,
Καὶ λήθης σκοτίης βένθεα, καὶ νέκυες,
Πῶς ἔτλη τύμβον τις ἐμὸν ἔπι χεῖρας ἐνεγκεῖν;
Πῶς ἔτλη; φθιμένων κήδεται οὐδ' ὁσίη;

A L I U D. CLIII.

AEviternitas, & clauſtra torvae Mortis,
Et Lethes tenebroſae profunda, & vita functi,
Quo pacto auſus quis eſt meo tumulo manus violentas inferre?
Quo pacto auſus eſt? Neque ſanctitas mortuos defendit?

Ἄλλο.

MS. habet ἔτυς.

ΤΕ'τρωμαι πληγῇσιν ἀεικελίῃσιν ὁ τύμβος,
Τέτρωμ', ὡς τὶς ἀνὴρ ἐν δαῒ λευγαλέῃ.
Ταῦτα φίλα θνητοῖσι; τὸ δ' αἴτιον ὡς ἀθέμιστον!
Τὸν νέκυν, οἷον ἔχων χρυσὸν, ἀποξέομαι.

A L I U D. CLIV.

PLagis indignis ſauciatus ſum Tumulus,
Sum ſauciatus, non ſecus ac vir in funeſta pugna
Haec grata mortalibus? Cauſſa verò quàm nefaria!
Mortuum, velut aurum, habens, effringor.

Ἄλλο.

ΠΡός τε θεοῦ ξενίου σε λιτάζομαι, ὅστις ἀμείβεις
Τύμβον ἐμὸν, φράζειν: τοῖα πάθοις ὁ δράσας.

A L I U D. CLV.

PEr Deum hoſpitalem te rogo, quicumque pertranſis
Meum tumulum, dic: talia patiare, qui haec perpetraſti.

Ἄλλο.

Digitized by Google

Ἄλλο.

ΠΑ'ντα λιπὼν, γαίης τε μυχοὺς, καὶ πείρατα πόντου,
Ἦλθες ἔχειν ποθέων χρυσὸν ἐμοῦ νέκυος.
Νεκρὸν ἔχω καὶ μῆνιν ὀλωλότος. ἤν τις ἐπέλθῃ,
Ταῦτα λιλαιομένῳ δώσομεν ἀσπασίως.

ALIUD. CLVI.

OMnia relinquens, & terrae abdita, & fines maris,
Veniſti, aurum è buſto meo appetens.
Mortuum habeo, & iram extinčti. Si quis adoriatur,
Haec dabimus, deſideranti, libenter.

Ἄλλο.

ΕΙ' σοι χρυσὸν ἔδωκα μόνῳ μόνος, οὐκ ἐφύλασσες
Τοῦθ' ὅπερ εἰλήφεις; ἦ κακὸς ἦσθ' ἂν ἄγαν.
Εἰ δὲ τάφον σκάπτεις τὴν αἰδέσιμον παραθήκην,
Καὶ τόδ' ἐπὶ χρυσῷ, ἄξιος εἰπὲ τίνος;

ALIUD. CLVII.

SI tibi aurum tradidiſſem ſoli ſolus, nonne ſervares
Hoc quod accepiſſes? aut ſceleſtus nimiùm eſſes.
Si verò ſepulcrum perfodis verendum depoſitum,
Idque auri cauſâ: quid commeruiſti, edicito.

Ἄλλο.

ΤΟὺς ζῶντας κατόρυσσε. τί γὰρ νεκροὺς κατορύσσεις;
Ἄξιοι εἰσὶ τάφων, οἵ σε ζῆν εἴασαν οὕτω,
Τὸν τῶν οἰχομένων ὑβριστὴν, καὶ φιλόχρυσον.

ALIUD. CLVIII.

VIventes ſepelito. Quid enim mortuos tumulas?
Digni ſunt qui ſepeliantur, ii qui te ſic vivere paſſi ſunt;
Te, inquam, in mortuos contumelioſum, aurumque inhiantem.

Digitized by Google

Ἄλλο.

ΚΑὶ σὺ, τάλαν, παλάμῃσι τεαῖς ἢ μύστιν ἐδωδὴν
Δέξῃ θαρσαλέως, ἢ θεὸν ἀγκαλίσεις
Χείρεσιν, αἷς διόρυξας ἐμὸν τάφον; ἦ ῥα δίκαιοι
Οὐδὲν ἔχουσι πλέον, εἰ σὺ τάλαντα φύγοις,
Φησὶ δίκης. τίς πίστις, ὅτ' ὤλεσαν ὃν λαγόνεσσι
Σῇσιν ἔδωκα νέκυν, γαῖα φίλη, φθίμενον;

ALIUD. CLIX.

ET tu, infelix, palmis tuis aut myſticum cibum
Sumes fidenter, aut Deum ampleĉtèris
Manibus iiſdem, quibus meum ſepulcrum perfodiſti? Porro Juſti
Nihil iniquis amplius habent, ſi lances effugias,
(Dicet aliquis) Juſtitiae. Quae fides, quando perdiderunt, quem viſceribus
Tuis commendavi mortuum, cara Tellus, extinĉtum?

NOTAE.

ΑΓκαλίσεις. *Ampleĉteris*. Ita per conjeĉturam ſcribendum opinor, quum in MS. Cod. ſit ἀγκαλίσει. Nempe antiquus mos fuit, ut ad ſacram Menſam accedentes manibus acciperent Corpus Domini è Sacerdotis dextra, quod exinde in os ſuum immittebant. Propterea inquit: ò miſer, quomodo Chriſti Corpus, & Deum iiſdem ſumes manibus, quibus tantum ſcelus perpetraſti, meum evertens tumulum?

Ἦ ῥα δίκαιοι. *Porro Juſti &c.* H. e. Si tu ſceleſte lances Juſtitiae, ac poenam fugias poſt tam enorme facinus, ad quid Juſti tot laboribus, atque virtutibus contenderunt, ut poenas aeternas effugerent?

Φησὶ δίκης. *Dicet aliquis Juſtitiae*. Melius fortaſſe ſcribendum δίκη, ut ſit ipſa Juſtitia, quae tumuli everſorem, Telluremque alloquatur.

Ὤλεσαν. *Perdiderunt*. Nempe viri improbi. Si cui placet ſcribere ὤλεσας *perdidiſti*, per me licet.

Φθίμενον. *Extinĉtum*. Eſt in MS. Cod. φθιμένων.

Ἄλλο

Ἄλλο.

ΟΥ' γαίη μ' ἐτίναξεν. ἀτάσθαλος ὤλεσεν ἀνήρ.
Καὶ φιλοκερδείης εἵνεκα τῦτον ἔχω.
Πρόσθετα δ' ἦεν ἄσυλα, θεὸς, νέκυς. ἀλλὰ θεὸς μὲν
Ἵλαος. εἰ δὲ νέκυς, ὄψεθ' ὁ τυμβολέτης.

ALIUD. CLX.

NOn me tellus excuſſit: me vir impius perdidit.
Et avaritiae cauſſa hunc intus habeo.
Sacra ſunt Aſyla, Deus, & Mortuus. Sed Deus quidem
Propitius. An & Mortuus, tumuli deſtructor viderit.

NOTAE.

FOrtaſſe in duo dividendum eſt Carmen iſtud. Ego conjungere non dubitavi; ſenſus enim poſterioris Diſtichi rectè cum prioris ſenſu continuari videtur. Sepulcrum dixerat, ſe intus habere furem deſtructoremque ſuum; tum ſubdit: Inviolata duo ſunt loca, ad quae homines confugiunt ſalutis ſuae tuendae cauſſa, Templa nempe, & Sepulcra. Quippe in his Deus habitat, & Mortui. Sed Deus confugientibus ad Templa immunitatem praeſtat. Vereor, ut Mortuus ei praeſtiturus ſit, qui ad Sepulcrum confugerit, non ſe tuendi, ſed furandi cauſſa, illudque perfoderit.

Ἄλλα.

1. Ἦ ῥά σε δινήσυσιν Ἐριννύες. αὐτὰρ ἔγωγε
Κλαύσομ' ἀποφθιμένυς, κλαύσομ' ἄγος παλάμης.

ALIA. CLXI.

1. TE certè agitabunt Furiae. Ego verò
Mortuos plorabo, plorabo dextrae tuae ſcelus,

2. Λήξατε τυμβοχόοι, καὶ λήξατε βένθεσι γαίης
Κεύθειν τὺς φθιμένυς. εἴξατε τυμβολέταις.

2. Ceſſa-

2. Ceſſate tumulorum aggeſtores, ceſſate terrae profundis
   Occulere mortuos. Cedite ſepulcrorum perditoribus

NOTAE.

IN primo verſu metri cauſſa addidi illud καὶ, quod in MS. deſideratur. Alterum verſum emendavi ex conjectura Cl. V. Antonii M. Salvinii. Legitur enim in eodem Cod. MS. κεύθω τὺς φθιμένυς. εἴξατε τυμβολέται.

3. Νεκρῶν καὶ τάδε γ' εἰσὶ σοφίσματα. ὡς φιλόχρυσον
   Εὕρωσιν παλάμην, σήματα τοῖα χέειν.

3. Mortuorum haec quoque (mortua) commenta ſunt: ut auri cupidam
   Inveniant manum, hujuſmodi monumenta extruere.

4. Τί σ' ἀνέηκεν ἄπληστε τόσον κακὸν ἀντιγόοντος
   Κέρδεος ἀλλάξαι μηδὲ παρεστακότος;

4 Quid te induxit, avide, tantum malum cum fluxo
   Lucro, neque permanente, commutare?

Ἄλλο.

ΣΤῆλαι, καὶ τύμβοι μέγα χαίρετε, σήματα νεκρῶν.
   Οὐκέτι κηρύξω μνήματι τὺς φθιμένυς.
Ἡνίκα τὸν περίφαντον ἐμὸν τάφον ὤλετε γείτων,
   Γαῖα φίλη. σὺ δέ μοι δέχνυσο τὺς φθιμένυς.

ALIUD. CLXII.

CIppi, ac tumuli longum valete, indicia mortuorum.
   Non amplius monumentis extinctos praedicabo.
Quandoquidem illuſtre ſepulcrum meum perdidit vicinus,
   Cara Tellus, tu mihi extinctos excipe.

Ἄλλο.

Digitized by Google

Α'λλο.

ΣΤῆλαι καὶ πλακόεντες ἐν ὤρεσιν, ἔργα γιγάντων,
Τύμβοι, καὶ φθιμένων ἄφθιτε μνημοσύνη.
Σεισμὸς πάντα βράσειεν ἐμοῖς νεκύεσσιν ἀρήγων,
Οἷς ἔπι χεὶρ ὀλοὴ ἦλθε σιδηροφόρος.

ALIUD. CLXIII.

CIppi, & lapidei in montibus, opera gigantum,
Tumuli, & extinctorum inextincta memoria.
Terraemotus univerſa ſubruat, meis opem ferens mortuis,
Quos ferro adorta eſt funeſta manus.

Α'λλο.

Η'Νίκα τὸν περίβωτον ἐπ' ὤρεος, ἄγριε τιτάν,
Τύμβον ἀνερρήξω, πῶς ἐσῖδες νέκυας;
Ω'ς δ' ἐσῖδες, πῶς χεῖρες ἐπ' ὀστέα; ἦ τάχα μέν σε
Τῇ σχέθον, εἰ θέμις ἦν τοῖσδ' ἕνα τύμβον ἔχειν.

ALIUD. CLXVI.

QUum celebrem in monte, effere Titan,
Tumulum perfregiſti, quomodo inſpexiſti mortuos?
Simul ac inſpexiſti, quomodo manus tuae adverſus. oſſa? Forte te
Heic retinuiſſent, ſi fas eſſet cum hiſce unum ſepulcrum habere.

Α'λλο.

ΣΗ'ματα, καὶ στοδίη, καὶ ὀστέα, οἵ τε πάρεδροι
Δαίμονες, οἱ φθιμένυς ναίετε τόνδε λόφον,
Τόνδ' ἀλιτρὸν τίνυσθε, ὃς ὑμέας ἐξαλάπαξεν.
Τῶν δὲ περικτιόνων δάκρυον ὔμμιν ὅσον.

ALIUD. CLXV.

MOnumenta, & cinis, & oſſa, & aſſeſſores
Genii, qui extincti tumulum hunc incolitis;
Sceleſtum ulciſcimini iſtum, qui vos depopulatus eſt.
Finitimorum quot vobis lacrymae!

Ἄλλο.

ΤΎμβοι καὶ σκοπιαὶ, καὶ ὄρεα, καὶ παροδῖται,
Κλαύσατε τύμβον ἐμὸν, κλαύσατε τυμβολέτην.
Ἠχὼ δ' ἐκ σκοπέλων πυμάτης ὀπὸς ἀντιαχείτω
Τῶν δὲ περικτιόνων. κλαύσατε τυμβολέτην.

ALIUD. CLXVI.

TUmuli, & ſpeculae, monteſque, & viatores,
Meum deflete ſepulcrum, ſepulcri everſorem deflete.
Echo è rupibus extremam vocem reſonet
Finitimorum. Sepulcri everſorem deflete.

Ἄλλο.

ΚΤείνετε ληΐζεσθε κακοὶ κακοκερδέες ἄνδρες·
Οὔτις ἔτι σχήσει τὴν φιλοχρημοσύνην.
MS. habet ἐπίχει. Εἰ τάδ' ἔτλης κακόεργε κακόχροιος εἵνεκα χρυσῦ,
Πᾶσι σὴν ἔπ' ἔχεις ἁρπαλέην παλάμην.

ALIUD. CLXVII.

OCcidite, diripite, improbi; improbi lucri viri.
Nemo amplius coërcebit auri ſacram famem.
Si haec auſus es, malefice, maligni auri cauſâ;
Jam omnibus tuam injicis rapacem manum.

Ἄλλο.

Ἄλλο.

ΟὟτος ἔπερσεν ἐμὸν φίλον τάφον ἐλπίδι κούφῃ,
Οὗ μοῦνον κτεάνων ἔνθεν ἀπῆλθον ἔχων.
MS. habet λάβοι. Καὶ τοῦτόν τις ἀλιτρὸς ἑαῖς παλάμαις ὀλέσειεν
Ἐκ δ' ὀλέτας τύμβου τῆλε βάλοι πατέρων.

ALIUD. CLXVIII.

MEum dilectum tumulum iſte vaſtavit, inani ſpe ductus,
Quam ſolam poſſeſſionum habens, abii hac vita.
Hunc etiam aliquis ſceleſtus ſuis manibus interficiat;
Interfectum procul à majorum tumulo projiciat.

Ἄλλο.

ΤΊς τὸν ἐμὸν διέπερσε φίλον τάφον, οὔρεος ἄκρης
Τῆσδ' ἀναειρόμενον ἠλίκον ὁσσατίης;
Χρυσὸς ἔθηξε μάχαιραν ἐπ' ἀνδράσι. χρυσὸς ἄπληστον
Κύμασι χειμερίοις ὤλεσε ναυσιβάτην.
Καὶ μὲ χρυσὸς ἔπερσε μέγαν περικαλλέα τύμβον
Ἐλπισθείς. χρυσοῦ δεύτερ' ἄπαντ' ἀδίκοις.
Πολλάκι ναυηγοῖο δέμας κατέχωσεν ὁδίτης
Κύμασι πλαζόμενον, πολλάκι θηρολέτου,
Ἤδη καὶ πολέμῳ τὶς ὃν ὤλεσεν. Ἀλλ' ἐμὲ γείτων
Χωσθέντ' ἀλλοτρίαις χερσὶν ἔπερσε τάφον.

Aliud ex verſione Salvinii. CLXIX.

QUis noſtrum evertit tumulum, qui vertice montis
Arduus excelſo celſior erigitur?
Aurum acuit gladium miſeris mortalibus. Auri
Nautam avidumque, undis horrida merſit hyems.
Me, ſperatum aurum, perpulchrum ingenſque ſepulcrum
Rupit. Nil auro carius improbitas.
Corpus humare undis ejectum ſaepe viator,
Enectumque feris corpus humare ſolet,
Et quem quis bello occidit. Tumulum me alienis
Aggeſtum manibus, proximus eripuit.

Ἄλλο.

Ὦ Χρυσῦ δολίοιο πόσον κακὸν ἔπλετ᾽ ἀνηλῆς.
Ζῶσιν, καὶ φθιμένοις χεῖρα φέρεις ἄδικον.
Οἷς γὰρ ἐμὸν τύμβον τε καὶ ὀστέα δῶκα φυλάσσειν,
Τῶν δ᾽ ὑπὸ ταῖς ἀλιτραῖς ἐξολόμην παλάμαις.

A L I U D. CLXX.

O Auri doloſi quantum malum eſt immiſericordis!
Viventibus, atque mortuis manum violentam affers.
Quibus enim meum ſepulcrum atque oſſa ſervanda dedi,
Horum ſceleſtis manibus funditus perii.

NOTAE.

Ἀνηλῆς. *Immiſericordis*. Ita ſcripſi ex conjectura doctiſſimi Salvinii, ut aliquis ſenſus ſit verbis; legitur enim in MS. Cod. ἔπλετο ἀνηλοῖς. In altero verſu idem Codex habet ἀδίκων, quod ſuſtineri poſſet. Attamen legere placuit ἄδικον.

Ἄλλο.

Πάντ᾽ ἔθανεν. νεκύεσσιν ἐπαίζομεν. οὔτις ἔτ᾽ αἰδὼς
Ἐκ ζώντων φθιμένοις. δέρκεο τόνδε τάφον.
Ὅνγ᾽ ἐλπὶς χρυσοῖο διώλεσε τόσσον ἐόντα,
Θαῦμα παρερχομένοις, θαῦμα περικτιόσιν.

A L I U D. CLXXI.

OMnia periere. Mortuis inſultamus. Nulla amplius verecundia
Extinctis à viventibus. Intuere hunc tumulum,
Quem ſpes auri diſperdidit, quum tam ingens eſſet,
Miraculum praetereuntibus, miraculum conterminis.

NO-

NOTAE.

IN priore verſu illud ἐπαίζομεν ſuſpectum eſt, quippe in MS. Cod. corraſum ac ſuppletum fuit. Num ſcribendum ἐπαίσσομεν; *irruimus in mortuos?* An potiùs νεκύεσσ' ἐμπαίζομεν? Aliter etiam interpungi poteſt, ut ſit ſenſus. *Omnia mortuis ſunt commortua. Iis inſultamus. &c.*

Ἄλλο.

ΛΙ'σσομαι, ἤγε θάνω, ποταμῷ δέμας, ἠὲ κύνεσσιν
Ῥίψατε, ἠὲ πυρὶ δάψατε παντοφάγῳ.
Λῷιον, ἢ παλάμῃσι φιλοχρύσῃσιν ὀλέσθαι.
Δείδια. τόνδε τάφον τοῖα παθόνθ' ὁρόων.

ALIUD. CLXXII.

QUaeſo, ubi mortuus ero, corpus in fluvium, aut ad canes
Projicite, vel omnivoro igne conſumite.
Melius hoc erit, quàm ex avaris manibus perire.
Equidem timeo, hoc ſepulcrum talia paſſum intuens.

Ἄλλο.

ΔΗ'ποτε Κῦρος ἄναξ, βασιλήϊον ὡς ἀνέωξεν
Τύμβον, ἐπὶ χρυσῷ γράμμα τόδ' ἦυρε μόνον:
Οἴγειν ἀπληςοιο τάφυς χερός. ὡς δὲ σὺ τόσσον
Σῆμα τόδ' ὐχ ὁσίαις οἶξας, ἄνερ, παλάμαις.

ALIUD. CLXXIII.

OLim Cyrus Rex, quum Regium aperuiſſet ſepulcrum,
Auri cauſâ; hoc ſcriptum dumtaxat reperiit:
Avarae dextrae eſt ſepulcra recludere. Ita tu ingens
Hoc monumentum haud ſanctis, ô homo, reſeraſti manibus.

Ἄλλο.

Ἄλλο.

ΟΣ κακὸς ἐ φθιμένοισι, τάχα φθιμένοισιν ἀρήγοι.
Ὅς δ' ἐδὲ φθιμένοις, ἔποτ' ἂν ἐ φθιμένοις.
Ὡς δὲ σὺ, τοῖς φθιμένοισιν ἐπεὶ τάφον ἐξαλάπαξας.
Οὔποτ' ἂν ἐ φθιμένοις χεῖρα φέροις ὀσίην.

A L I U D. CLXXIV.

QUi viventibus nocere ſolet, mortuis fortaſſe proderit.
Qui verò neque mortuis, ne vivis quidem umquam.
Tu igitur, quandoquidem mortuorum ſepulcrum vaſtaſti,
Numquam viventibus ſancte auxiliaturus eris.

Ἄλλο.

ΜΑρτύρομ', ἐδὲν ἔχω. πτωχὸς νέκυς ἐνθάδε κεῖμαι.
Μή με τεαῖς ἀτίσης τυμβοχόοις παλάμαις.
Οὐδὲ γὰρ ἔτος ἔχεν χρυσὸν τάφος. ἀλλ' ἐδαΐχθη.
Πάντα φιλοχρύσοις ἄμβατα. φεῦγε Δίκη.

A L I U D. CLXXV.

NIl, fateor, eſt mihi. Mendicus mortuus heic jaceo.
Ne me tuis tumulicidis manibus inhonora.
Neque enim iſte aurum habebat tumulus; nihilominus direptus eſt.
Nihil auri cupidis inacceſſum. Aufugit Juſtitia.

Ἄλλο.

MS. habet λυσσώης.

ΟΙ τύμβοι φθιμένοισιν: ἀρήξατε, εἴπον ἅπαντες.
Ἡνίχ' ὁ λυσσήεις τόνδ' ἐτίναξε τάφον.
Οἱ νέκυες τύμβοισι: τί ῥέξομεν; αὖθις ἀέρθη
Ὡς ἐπὶ βυκτατίη γαῖαν ἀφεῖτα Δίκη.

ALIUD.

ALIUD. CLXXVI.

TUmuli ad mortuos: opem ferte, ajebant omnes,
Quum rabidus quidam hoc ſepulcrum concuſſit.
Mortui verò ad tumulos: quid faciemus; Rurſus ſublata eſt,
Ut in boum caede, terram deferens Juſtitia.

NOTAE.

ΩΣ ἐπὶ βουκτασίῃ. *Ut in boum caede.* Cauſſae multae ab antiquis Poëtis fictae, cur terras Aſtraea reliquerit. Ea etiam excogitata, quòd moleſtè Virgo tulerit, boves operarios, fidoſque homini miniſtros, jugulari & comedi. Aratus in Phaenomenis:

—— Πρῶτοι δὲ Βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων.
Καὶ τότε μισήσασα Δίκη κείνων γένος ἀνδρῶν
Ἔπταθ' ὑπουρανίη. ——————

Ideſt: *Primi etiam boves edere coeperunt operarios. Atque tunc exoſa Juſtitia illorum genus hominum, volavit in Coelum.*

Ἄλλο.

ΗΛυθεν εἰς ἀΐδην τίς. ὃδ' ἔπτατο, ἄλλος ὄλεσσεν
Θῆρας. ὁ δὲ πλεκτὸν υἱέι τεῦξε δόμον,
Τῶν δ' ὅτος ἀνὴρ ὐ δεύτερον ἔργον ἔρεξεν,
Τόνδε τάφον ῥήξας χείρεσιν ὐχ ὁσίαις.

ALIUD. CLXXVII.

AD inferos quidam penetravit; alter volavit; ille profligavit
Feras; hic verò plexilem filio fabricavit domum.
Hiſce operibus iſte vir minimè ſecundum opus fecit,
Sepulcrum hoc manibus ſceleratis perfringens.

NO-

N O T A E.

Ὁ Δὲ πλεκτὸν. *Hic verò plexilem &c.* Poſt commemoratum Orpheum, Daedalum, & Herculem, neſcio quem heic Nazianzenus deſignat, compactilis domus architectum filio ſuo. Num forte Vulcanum ſignificat, à quo mirabile illud rete compactum fingitur, legendumque eſt Ἄρεϊ pro υἱεῖ? At cur *domum* rete appellat? Judicent, & melius divinent alii.

Ἄλλο.

ΕΙ' τόσον ἔργον ἔγειρας ὀλωλότι, ἐ μέγα θαῦμα.
Εἰ δὲ τόσον διέπερσας, ἀοίδιμος ἐσσομένοισιν.
Καί σε τίς ἐν μεγάλοισιν ἀριθμήσει κακοεργοῖς,
Τύμβον ἀναῤῥήξανθ᾽, ὃν καὶ τρομέεσι φονῆες.

A L I U D. CLXXVIII.

SI tantum opus erexeris mortuo, haud valde mirandum.
Si tantum opus vaſtaveris, celebris eris apud poſteros.
Et te aliquis inter ſceleratos famoſos recenſebit,
Quando ſepulcrum evertiſti: quod vel homicidae verentur.

Ἄλλο.

ΧΡυσὸς μὲν Ῥοδίοισιν ἐπέκλυσε. σοὶ δ᾽ ἀπὸ τύμβε
Χρυσὸν φέρει σίδηρος, ὃς κακὸν φέρει.
Ὄρυσσ᾽ ὄρυσσε πάντας. ἦ τάχ᾽ ἄν σε τις
Τύμβος ἢ ἐξολέσειε πεσὼν, νεκύεσσι δ᾽ ἀρήγοι.

A L I U D. CLXXIX.

AUrum quidem in Rhodios pluit. Tibi verò è tumulo
Ferrum affert aurum, quod affert malum.
Effode, effode omnes. Fortaſſe te quis tumulus
Vel funditus perdat decidens; & mortuis opem ferat.

NO-

NOTAE.

P'οδιοισιν. *In Rhodios*. Hujus fabulae veſtigia ſunt apud Pindarum in Olymp. Od. VII. ubi de Rhodiis loquens Poëta haec habet:

> Κείνοισι μὲν ξαν-
> θὰν ἀγαγὼν νεφέλαν.
> Πολὺν ὗσε χρυσόν.

Ideſt: *Illis quidem* (Jupiter) *flavam adducens nubem*, *multum pluit auri*. Ut Rhodiorum opulentiam depraedicarent Poëtae, hunc aureum imbrem, ut opinor, finxere. Caeterum pro ἐπέκλυσεν, quod eſt in MS. Codice, legibus metri ſuadentibus, ſcripſi ἐπέκλυσε niſi pro P'οδίοισιν ſcribere praeſtet P'οδίοις. In eodem verſu, & Codice occurrit τύμβον, pro quo τύμβȣ, ſive τύμβων, ſubſtituendum cenſui.

Α'λλα.

1\. ΤΥ'μβος ἔην. νῦν δ' εἰμὶ λίθων χύσις. ὐκ ἔτι τύμβος.
Ταῦτα φιλοχρύσοις εὔαδε. ποῖα δίκη;

ALIA. CLXXX.

1\. TUmulus eram; nunc non amplius tumulus, ſed effuſi lapides:
Ita Avaris placuit. Qualis poena! (illis conveniret.)

MS. habet ἐκφυγον, ac τί μοι. 2. Αἶ αἶ. καί τέφρη γενόμεν, καὶ χεῖρας ἀλιτρῶν
Ούκ ἔφυγον. χρυσȣ̃ τίγε χερειότερον;

2\. Eheu. & cinis evaſi, & manus impiorum
Non fugi. Quidnam pejus auro?

3\. Α'ζομαι ἀνδρομέης γενεῆς ὕπερ. εἴ σε τις ἔτλη
Τύμβε χαμαὶ βαλέειν ὐχ ὁσίαις παλάμαις.

3\. Timeo humana pro ſtirpe, quando te quidam eſt auſus;
O Tumule, ſacrilegis dejicere manibus.

4. Τύμβος ἐγὼ, σκοπίη τις ἀπ᾽ ὄρεος. ἀλλά με χεῖρες
Θῆκαν ἴσον δαπέδῳ. τίς τάδ᾽ ἄνωξε νόμος;

Vertente Salvinio.

4. Celſus eram tumulus, ſpecula & de monte. Sed aequum
Me fecere ſolo. Hoc quae pia jura jubent?

5. Οὗτος ἐμὸς δόμος ἦεν ὀλωλότος. ἀλλὰ σίδηρος
Ἤλθ᾽ ἐπ᾽ ἐμῷ τύμβῳ. σὸν δόμον ἄλλος ἔχοι.

5. Vita haec noſtra domus defuncti. Venit in ipſam
Ferrum. Veſtram alius ſic habeatque domum.

6. Τὴν σκαπάνην ἐπ᾽ ἄρυραν. ἐμῦ δ᾽ ἄπο χάζεο τύμβυ.
Χάζεο. ὐδὲν ἔχω πλὴν ζακότων νεκύων.

6. Arva ligo tantum. Noſtro procul eſto ſepulcro.
Eſto procul. Cineres poſſidet ira meos.

MS. habet σύφου. 7. Εἴ σ᾽ ἄπληστε τάφων δηλήμονα τοῖον ἐόλπειν,
Πάσσαλος ἂν τῇδε καὶ τροχὸς ἐκρέματο.

7. Si te huc ſperaſſem, tumulorum effoſſor avare,
Heic palus pendens, & rota ſaeva foret.

8. Τίπτε μ᾽ ἀνοχλίζεις κενεὸν τάφον; ὀστέα μῦνα
Κεύθω, καὶ σποδίην τοῖσιν ἐπερχομένοις.

8. Quid me vexas vacuum tumulum? Sola oſſa
Abſcondo, & cinerem accedentibus.

Ἄλλο.

ΤΥ΄μβος ἐγὼ τύμβων πανυπέρτατος. ἀλλά μ᾽ ἔῳξεν
Ὥς τινὰ τῶν πολλῶν ἀνδροφόνος παλάμη.
Ἀνδροφόνος παλάμη με διώλεσε. λήξατε τύμβων
Θνητοὶ καὶ κτερέων. δεῦτ᾽ ἐπὶ νεκρὰ κύνες.

MS. ha

MS. habet διφήτορες.

Λεῦτ' ἐπὶ νεκρὰ κύνες. χρυσȣ̃ διζήτορες ἄνδρες
Ἤδη καὶ νεκύων χρυσολογȣ̃σι κόνιν.

ALIUD. CLXXXI.

SUm tumulus, tumulis longè ſublimior: at me
Rupit, ut è multis unum, homicida manus.
Deſtruxit me homicida manus. Ceſſate ſepulcris
Exequiiſque homines. Spargite buſta, canes.
Spargite buſta, canes. Jam conquirentibus aurum,
Vel cinis excutitur ipſe cadaveribus.

Ἄλλα.

1. ἌΛλος τύμβον ἔγειρε. σὺ δ' ὤλεσας. ἄλλος ἐγείρον
Σὸν τάφον, εἴγε θέμις, ἄλλος ἔραζε βάλοι.

ALIA. CLXXXII.

1. ERigit hic tumulum: tu contra deſtruis: unus
Erigat, atque alter deſtruat huncce tibi.

2. Ἤδη καὶ νεκύεσσιν ἐπέγραον οἱ φιλόχρυσοι.
Φεύγετε δ' ἐκ τύμβων, εἰ σθένος, οἱ φθίμενοι.

2. Vitâ, auri cupidi defunctos aggrediuntur;
Aufugite extincti, ſi pote, de tumulis.

3. Τίπτε μ' ἀνοχλίζεις; νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα
Μȣ̃να φέρω. τύμβων ὀςέα πλȣ̃τος ἅπας.

3. Quid me vexas? Mortuorum imbecilla capita
Tantum contineo. Tumulorum divitiae omnes, oſſa.

4. Δαίμονας, οἵ με ἔχȣσιν, ἀλεύεο. ȣ̎ τι γὰρ ἄλλο
Τύμβος ἔχω. τύμβων ὀςέα πλȣ̃τος ἅπας.

4. Genios, qui me poſſident, fuge; nil enim aliud
Tumulus contineo. Tumulorum divitiae omnes, oſſa:

 5. Εἰ

5. Εἰ χρυσῦ δόμος ἦεν ὅλος τάφος, ὦ φιλόχρυσε,
Οὔποτ' ἔδει τοίην χεῖρα φέρειν φθιμένοις.

5. Si aurea domus totum hoc buſtum foret, ò Avare,
Ne fas quidem eſſet mortuis vim inferre.

6. Λήθη καὶ σιγὴ νεκύων γέρας, ὡς ἀλάπαξεν
Οὗτος, ἐμὸν πολλοῖς θῆκεν ἄεισμα τάφον.

6. Mortuorum praemium oblivio, & ſilentium; quandoquidem vaſtavit
Iſte, meum multis fabulam fecit ſepulcrum.

MS. habet σῦ. 7. Πάντ' ἔχετε ζώοντες. ἐμοὶ δ' ὀλίγοι τε φίλοι τε
Λᾶες τῷ φθιμένῳ. φείδεο σὺ νέκυος.

7. Omnia viventes habete. Mihi mortuo & pauci & cari
Lapides ſint. Tu extincto, quaeſo, parce.

8. Οὐ χρυσῦ δόμος εἰμί. τί τέμνομαι αὐτὸς ἔγωγε
Τύμβος, ὃν ὀχλίζεις, πλῦτος ἐμῦ νέκυος.

8. Non ſum aurea domus. Cur igitur me depopularis?
Tumulus, quem dejicis, eſt mihi mortuo divitiae.

9. Τύμβος ἐγὼ κλέος ἦα περικτιόνων ἀνθρώπων.
Νῦν δ' εἰμὶ στήλη χειρὸς ἀλιτροτάτης.

9. Sepulcrum ego decus eram finitimarum gentium;
Nunc verò ſum titulus impiiſſimae manus.

10. Εἰ λίην φιλόχρυσον ἔχεις κέαρ, ἄλλον ὀρύσσειν
Χρυσόν. ἐμοὶ δ' ὐδὲν πλὴν φθιμένων κτερέων

10. Si valde auri appetens cor habes, aliud effode
Aurum. Mihi nihil praeter mortualia.

11. Μὴ δείξῃς μερόπεσσι γυμνὸν νέκυν. ἦ σε γυμνώσει
Ἄλλος. ὁ δὲ χρυσὸς πολλάκις ἐςὶν ὄναρ.

11. Ne oſtende mortalibus nudum mortuum; nam te nudabit
 Alter. Aurum verò ſaepe ſomnium eſt.

12. Οὐχ ἅλις ἦε βροτοῖσι βροτὲς ἔπι χεῖρας ἰάλλειν,
 Ἀλλὰ καὶ ἐκ νεκύων σπεύδετε χρυσὸν ἔχειν;

12. Non ſatis erat, mortalibus mortales, manus injicere,
 Verum etiam è mortuis ſtuderis aurum habere?

13. Ὑμετέροις τύμβοισιν ἀρήξατε, οἱ τόδ' ὁρῶντες
 Σῆμα δαϊχθὲν. ὅσον λεύσετε τυμβολέτην.

13. Veſtris opem ferte ſepulcris, qui hocce intuemini
 Monumentum diſcerptum. Quam magnum cernitis tumulicidam!

14. Τίς μὲ τὸν ἐξ αἰῶνος ἀκινήτοισι λίθοισι
 Κευθόμενον, θνητοῖς δεῖξε πένητα νέκυν;

14. Quis me à longo tempore immobilibus lapidibus
 Occultatum, mortalibus prodidit egenum cadaver?

15. Τίπτε τάφον διέπερσας ἐμὸν, τάλαν; ὡς διακερσῃ
 Σοί γε θεὸς βιοτὴν. ὦ φιλόχρυσον ἄγος.

15. Cur ſepulcrum evertiſti meum, miſer? Utinam ſecet
 Tibi quoque Deus vitam. O avaritiae noxa!

16. Ὤμοσα τὲς φθιμένες, καὶ ὤμοσα τάρταρον αὐτὸν,
 Μή ποτε τυμβολέταις εὐμενὲς ὄμμα φέρειν.

16. Mortuos obteſtor, obteſtor & ipſa Tartara,
 Numquam tumulorum everſores placido aſpiciant lumine.

17. Οὔρεα καὶ πρῶνες τὸν ἐμὸν τάφον, ὥς τιν' ἑταίρων,
 Κλαύσατε. πᾶς δὲ πέσοι τῷ σε τέμνοντι λίθος.

17. Montes, & colles, meum tumulum, ceu aliquem ſodalium,
 Deflete. Omnis verò lapis in eum, qui te caedit, irruat;

Digitized by Google

18. Πλούσιος, εἰμὶ πένης. τύμβῳ πολὺς, ἔνδον ἄχρυσος.
Ἴσθι καθυβρίζων νεκρὸν ἀσυλότατον.

18. Dives (olim,) ſum (modò) pauper; tumulo copioſus, intus abſque auro.
Scito te contumelia afficere mortuum rem inviolabilem.

19. Κἂν γῆς πυθμένος ἄχρις ἐμοὺς κευθμῶνας ὀρύσσων,
Μόχθος σοὶ τὸ πέρας. ὀστέα μοῦνον ἔχω.

19. Quamvis non prius deſiſtas, quàm uſque ad fundum latebras meas effoderis,
Finis tibi erit labor: oſſa tantùm contineo.

20. Τέμνετε τέμνετε ὧδε. πολύχρυσος γὰρ ὁ τύμβος
Τοῖς ποθέουσι λίθους. τ' ἄλλα δὲ πάντα κόνις.

20. Secate, ſecate ſic: multum enim auri poſſidet ſepulcrum
Deſiderantibus lapides: alia omnia cinis.

21. Γαῖα φίλη, μὴ σοῖσι θανόνθ' ὑποδέχνυσο κόλποις
Τὸν τυμβωρυχίης κέρδεσι τερπόμενον.

21. Tellus cara, ne tuo mortuum excipe ſinu,
Qui è ſepulcrorum effoſſione lucrari gaudet.

22. Ὑβριστὴς ἐπ' ἐμ' ἦλθε τὸν οὐ ζώοντα σίδηρος.
Καὶ χρυσὸν ποθέων, εὗρε πένητα νέκυν.

22. Contumelioſum in me non viventem irruit ferrum:
Et aurum appetens, pauperem reperiit mortuum.

Ἄλλο.

ΜΥΘΟΣ τάρταρος ἦεν. ἐπεὶ τάφον οὐκ ἀνέωξεν
Οὗτος ἀνήρ. οἴμοι ὡς βραδύπους σὺ Δίκη.
In MS. deeſt Ὡς βραδύπους σὺ Δίκη. καὶ τάρταρος οὔποτε δεινός.
πότε.
Οὐ γὰρ ἂν οὗτος ἀνὴρ τόνδ' ἀνέωξε τάφον.

Aliud

Aliud e verſione Salvinii. CLXXXIII.

FAbula ſunt Manes; tumulum namque haud reſeraſſet
Iſte vir: eheu quàm tu pede clauda Dice!
Quàm pede clauda Dice! Manes quàm fabula! namque
Iſte modò hunc tumulum non reſeraſſet homo.

Εἰς τοὺς Εὐπραξίους.

ΟΥ'δὲ μὲν ἐν τυμάτοις Εὐπράξιος, οὐδὲ μὲν ἄλλος,
Οὔνομ' ἐν ἀμφότεροι, θυμὸν ἔχοντες ἕνα,
Γρηγορίου ἱερῆος ὑποδρηστῆρες ἄριστοι,
Τοῦ καὶ νῦν λάτριες, κεῖθι παρεστάοτες.

In Eupraxios. CLXXXIV.

NEque inter ultimos locandus Eupraxius, neque alter,
Nomen unum ambo, animum & unum habentes,
Gregorii Sacerdotis miniſtri optimi,
Ejuſque etiamnum famuli, illic adſtantes.

NOTAE.

POſt Carmen *in Prohaereſium*, cui primus locus datus in hoc Libro, ſubſequebatur iſtud Carmen in MS. Codice Mediceo. Titulum praefixi ego. Agitur autem de duobus Eupraxiis, qui Gregorio Epiſcopo inſervierant in ſacro miniſterio, Diaconatus fortaſſe, vel potius Subdiaconatus. Quis autem ſit Gregorius iſte, pater ne, an filius Nazianzenus, an etiam Nyſſenus, pronunciare neſcio; quamquam mihi probabilius videatur, intelligendum heic eſſe Gregorii Theologi patrem Gregorium. Inter Scriptoris noſtri Epiſtolas trigeſima, ad Euſebium Samoſatenſem Epiſcopum in exilio agentem ſcripta, hoc habet exordium. Τὰ πάντα τίμιος ὢν ἡμῖν, καὶ τῶν φίλων ἐν τοῖς γνησίοις, ὁ αἰδεσιμώτατος ἀδελφὸς ἡμῶν Εὐπράξιος, τιμιώτερος ὤφθη καὶ γνησιώτερος ἐκ τῆς περί σε διαθέσεως &c. H. e. *Quamquam mihi ſemper carus fuit, atque inter ſinceros amicos, venerabilis frater noſter Eupraxius: carior viſus eſt, & magis ingenuus ob animi affectum erga te ſuum &c.* Sed Eupraxius iſte diverſus ab iis,

qui

qui in Carmine laudantur, videtur; quum enim appelletur *frater* à Nazianzeno Epiſcopo, & ipſum fuiſſe Epiſcopum, conjicere cogimur. Noſtros autem Eupraxios ad tantum munus perveniſſe, heic minimè innuitur, ſed quidem ipſos è vivis ſublatos, dum adhuc Epiſcopo Gregorio inſervirent, cujus & apud Superos miniſtri eſſe, ni mea me fallit conjectura, dicuntur. Caeterum, ſi quis divinationi locus eſt, quatuor hoſce verſus ab integro aliquo Nazianzeni Carmine avulſos opinor, cujuſmodi fortaſſis illud eſt πρὸς Ἑλλήνιον περὶ τῶν Μοναχῶν, *ad Hellenium de Monachis* num. 47. in edit. Billiana, ubi de multis piis viris ſermo habetur aut degentibus, aut vitâ defunctis. Illic penè ſimile Diſtichi unius exordium occurrit. Hi autem verſus ad alios praecedentes referri videntur.

Πρὸς Χριςὸν τὸν σωτῆρα.

Οὐκ ἐς' ὐδὲ ποδὸς σέο χωρὶς ἴχνος ἀεῖραι,
Χριςὲ ἄναξ, ὃς πάντα πέλεις σοῖσι μερόπεσσιν
Ἐσθλά, καὶ ἐν πάντεσσιν ὁδὸς ἰθεῖα τέτυξαι.
Σοὶ πίσυνος, καὶ τήνδε τέμνω τρίβον. ἀλλά με πέμποις
Ἀσκηθῆ, καὶ πάντα πόροις, ὅσ' ἐέλδεται ἦτορ.
Καί με ἄναξ παλίνορτον ἄγοις ἐπὶ δῶμα πενιχρὸν,
Ἔνθα σε νύκτα καὶ ἦμαρ ἐλεύθερος ἱλασκοίμην.

Ad Chriſtum Servatorem. CLXXXV.

NE unum quidem greſſum pes movere ſine te poteſt,
Chriſte Rex, qui tuis mortalibus es omne
Bonum, & recta via, per quam in omnibus pergant.
Tua ope fretus, hanc ineo ſemitam. Deduc me
Illaeſum; tribue quaecumque cor meum cupit;
Et me, ò Rex, ad pauperes aedes reducem ducito,
Ubi liber te diu noctuque mihi propitium reddam.

NOTAE.

CArmen hoc multa habet communia cum eo, quod editum eſt à Billio Tom. II Operum Nazianzeni num. 53. cum hocce titulo ἐνοδία, ſive *S. Gregorii peregre profecturi precatio ad Chriſtum.* Ego titulum huic noſtro praefixi.

Ἄλλο.

Ἄλλο.

ΟΣ πυρὶ καὶ νεφέλῃ στρατὸν ἤγαγες, ὅς δ' ὁδὸν εὗρες
Ἐν πελάγει, πήξας κύματ' ἐλαυνομένοις.
Ἄρτον δ' οὐρανόθεν ὗσας ξένον οὐ δοκέουσιν.
Ἐκ δὲ πέτρης πηγὴν ἔβλυσας ἀκροτόμου.
Καὶ νῦν σῷ θεράποντι συνέμπορος ἐλθὲ καλεῦντι,
Χριστὲ φάος μερόπων δεξιὰ πάντα φέρων.

ALIUD. CLXXXVI.

QUi igne & nube exercitum duxiſti, quique viam feciſti
In mari, undas immobiles pulſis ſternens;
Cujus juſſu peregrinus panis coelitus, nec opinantibus, pluit,
Et petra è praerupta fons manavit;
Nunc etiam famulo tuo te invocanti comitem te junge,
Chriſte lux mortalium, proſpera cuncta ferens.

NOTAE.

IDem cum ſuperiore argumentum. Similia legas in memorato Carmine LIII. apud Billium. Quae verò ibi ſolis hexametris, heic Elegiacis exprimuntur.

In Maledicum CLXXXVII.

ΠΟλλά λέγεις με κακῶς, ὦ φίλτατε. εἰ μὲν ἄριστος
Αὐτὸς ἐὼν, τάχα τι καὶ πείσομαι. εἰ δὲ κάκιστος,
Λίσσομ' ἀεί με λέγοις καὶ πλείονα. οὐδ' ἂν ἔγωγε
Πᾶσιν ἀριστεύοιμι. κακοῖς ἔχθεσθαι ἄμεινον.

IN multis mihi maledicis, cariſſime. Siquidem optimus
Ipſe es, fortaſſe & in aliquo tibi credam. Sin autem peſſimus,
Rogo, ſemper mihi & gravius maledicas. Equidem ita
In omnibus victor ero. Malis inviſum eſſe praeſtat.

NOTAE.

COntra maledicum, ſive contra maledicos, ingenioſè argumentatur. In poſtremo verſu pro ἔχθεσθαι legitur in MS. Cod. σχέσθαι cum accentu & ſpiritu leni ſupra ſyllabam primam. Senſus, & verſus ratio, & accentus emendationem hujuſmodi poſcebant.

Α᾿λλο.

ΠΟλλά λέγεις με κακῶς, ὦ φίλτατε. δρᾷς δὲ σεαυτόν
Τόνδε λογισμὸν ἔχω φάρμακον εἰς τὸ πάθος.
Εἰ μὲν σοὶ παρίησι θεὸς μέγας, ἔστιν ἃ κἀμοί.
Εἰ δ' ἀγανακτήσει, τί πλέον ἐστὶ δίκη;

ALIUD. CLXXXVIII.

IN multis mihi maledicis, cariſſime: tibi autem ipſi facis.
Hoc argumentum habeo calamitatis medelam.
Si tibi Deus maximus indulgeat: ſunt & in quibus mihi indulgere poſſit.
Sin verò indignetur: quam majorem ſperem vindictam?

Α᾿λλο.

ΠΟλλά λέγεις με κακῶς, ὦ φίλτατε. εἰ μὲν ἀληθῆ,
Αἴτιος, ὃς τὴν σὴν γλῶσσαν ἐφειλκυσάμην.
Εἰ δ' ἀδίκως ψεύδητε, τί πρὸς ἐμέ; πλὴν λέγε πᾶσιν.
Ὧδε ἄρ' ἂν μείζω τίσιν ἔχοις θεόθεν.

ALIUD. CLXXXIX.

IN multis mihi maledicis, cariſſime. Siquidem vera,
Auctor ego, qui linguam tuam adverſum me traxi.
Sin autem injuſtè, & falſa: quid ad me? per me licet, omnibus ediſſere.
Ita enim majorem ultionem à Deo conſequaris.

 Eἰ

Εἰς τὴν ὑπομονήν.

Ὅταν τιν' εὕρῃς εὐσταθοῦντα τῶν κακῶν,
Γίνωσκε τοῦτον τῷ τέλει τηρούμενον.
Ὅτ' ἂν καλόν τιν' ἐν κακοῖς, καθάρσιον
Τὴν θλίψιν ἴσθι. δεῖ γὰρ εἴτι καὶ μικρὸν
Ἰλύος ἐφέλκει τοῦτο ῥυφθῆναι πόνοις.
Ὡς μηδὲν εἰς πύρωσιν ἔλθῃ τῶν κακῶν.
Ἢ πεῖραν εἶναι καὶ πάλην τοῦ δυσμενοῦς,
Θεοῦ διδόντος, ὡς ἀναῤῥηθῇς μέγας.
Ἰὼβ σε ταῦτα πειθέτω νικηφόρος.

In Patientiam CXC.

SI quem improbum cernis florere in hac vita:
Scito poenas manere hunc poſtremo die.
Si quem probum malis obrutum vides: ut purgetur,
Haec illi contingere ſcito. Par enim eſt, ſi quid,
Modicum licèt, faecis contrahit, id purgari doloribus,
Ne quod ſcelus in incendium reſervetur;
Sive tentari, & luctari cum Diabolo,
Permittente Deo, ut magnus citeris.
Haec tibi Job victor perſuadeat.

NOTAE.

EDitum eſt hoc Epigramma Tom. II. pag. 181. Operum Nazianzeni. Quum in MS. Codic. Mediceo duo verſus occurrant, qui in editis Libris praetermiſſi ſunt, ideo rurſus producendum cenſui.

Ἰλύος. *Faecis*. Senſu, & metro poſcente, ita ſcripſi. MS. Codex habebat ἰλὺς

Ὡς μηδὲν. *Ne quod &c.* Facilè ex his probes Catholicae Eccleſiae ſententiam de Purgatorio poſt mortem igne, quam Graeculi quidam averſari videntur, concoquere verò neſciunt noſtrorum temporum Heterodoxi. Si praeſtat temporariis in hoc Mundo poenis faeces, & reliquias ſcelerum vel minutas purgare, ne purgandae in ignem deferantur: ergo eſt poſt obitum noſtrum purgativus ignis,

& quidem à Tartareo diverſus. In hoc enim non purgantur, ſed aeternùm plectuntur crimina; in illo verò animae ſordes eluuntur, ut ad aeternam poſtea felicitatem tranſitus fiat.

De ſe ipſo. CXCI.

Τριὰς λαλοῖτο, καὶ καταρτίζη λεὼν
Ά̕λλος τις, ὥσπερ ἄξιον. θρόνων δ᾽ ἐγὼ
Εἴξω. θεῷ γὰρ προσλαλῶν ȣ̓ παύσομαι.

TRinitas loquatur, & reconcinnet populum
Alius aliquis, ut par eſt. Ego verò è Throno
Cedam. Neque ad Deum loqui deſinam umquam.

NOTAE.

HAec Nazianzenus ceciniſſe videtur, quum Sedi Conſtantinopolitanae renunciavit, ut Epiſcoporum, & populi tumultus compeſceret. In MS. Codice habetur *καταρτίζȣ λεὼν ἄλλος τις*: quod interpretari fortè poſſimus: *& concilietur aliquis alius leo*. At libentiùs lego *καταρτίζη λεὼν*, h. e. conciliet, ſeu componat, ſeu regat populum aliquis alius Epiſcopus; ubi *λεὼν* Atticè pro *λαόν*.

Ad Deum CXCII.

Τολμῶ τὶ λέξαι, ὦ μάκαρ. τὸ σῶμα μοι
Τὸ σόν. τὸ τῆς σῆς πλάσμα προσρίπτεις χερὸς,
Ὠ̔ς λεπτὸν, ὡς ὀδωδὸς, ὡς παρειμένον.
Ἰδȣ̀ πρόκειται. βλέψον. ἐκλελοίπαμεν.
Καὶ νῦν πάρει. δὸς χεῖρα. ἢ λύσον βίȣ.
Πρὶν καὶ τὶ χεῖρον συμπεσεῖν ἐμοὶ τέλος.
Τί δεῖ πάλιν κακῶν τε καὶ καθαρσίων;

QUaedam audeo dicere, ò beate. Quod mihi corpus eſt,
Tuum eſt. Opus manuum tuarum jactas,
Sed quàm tenue, quàm malè olens, quàm fractum!
Ecce proſtratur: reſpice: defecimus.
Tu verò nunc ades, da manum, vel vitâ ſolve,
Priuſquam mihi deterior finis contingat.
Quid opus amplius morbis, & purgationibus?

NOTAE.

GRegorium haec ceciniſſe puto, quum gravi aliquo morbo, ſenex fortaſſe, laboraret. In ſecundo verſu MS. Codex habet προσρίπτω, h. e. *projicio*. Scripſi ego προσρίπτεις, ut commodè flueret ſenſus. Atque hactenus Carmina per Cl. Salvinium è Mediceis Codicibus deſcripta.

Περὶ τῶν δαιμονίων πολέμων.
Ἔπος ἡρωϊκὸν, καὶ ἰαμβεῖον.

Εἴ μὴ γλῶσσαν ἔδησα λάλον, καὶ χείλεα σιγῇ
　　Τὸν νοῦν ἀθροίζων εἰς θεοῦ κοινωνίαν,
Ὄφρακεν ἀγνοτάτοισι νοήμασιν ἀγνὸν ἄνακτα
　　Τίσω (καλὸν γὰρ τὸ φρενὸς μόνης θύος)
Οὔποτ' ἂν ἐφρασάμην σκολιοῦ τεχνάσματα θηρὸς,
　　Ἢ μὴν ἐκήρυσσόντι, καὶ τοῦτ' ᾠόμην.
Πολλάκι μοι καὶ πρόσθεν ἐπήλυθε νυκτὶ ἐοικὼς,
　　Καὶ φωτὸς αὖθις ἐν πανύργῳ πλάσματι.
Πάντα γὰρ ὅττ' ἐθέλῃσι πέλει θανάτοιο σοφιστὴς,
　　Γεγὼς ὁ Πρωτεὺς εἰς κλοπὰς μορφωμάτων,
Ὥς κέ τιν' ἢ λοχόων ἢ ἀμφαδὸν ἄνδρα δαμάσσῃ,
　　Τρυφὴ γὰρ αὐτῷ τὰ βροτῶν ἐκπτώματα.
Ἀλλ' οὔπω τοιόσδε τοσόνδε τε τὸ πρὶν ὄπωπα,
　　Ὅσσος προσῆλθε νῦν ἐμοῖς ἀθλήμασι.
Πλεῖον γὰρ ψυχῆς ὁρόων σέβας ἐντὸς ἐμοῖο,
　　Καὶ πλεῖον ἦκε τοῦ χόλου τὴν φλεγμονήν.
Ὡς δ' ὅτε τὶς λοχόωσα δυσαλθέος ἔνδοθι σαρκὸς
　　Νόσος στεγεθεῖσα φαρμάκοις οὐ καιρίοις.
Βοσκομένη κευθμῶνας ἀειδέας οὐ πρὶν ἔληξε
　　Πρὶν ἀλλαχοῦ ῥαγεῖσα δοῦναι κινδύνῳ:
Ἠὲ ῥόος κρατεροῖσιν ἐρύγμασι τῇδε βιασθεὶς
　　Ἐκεῖ βιήσατ' ἀθρόως τ' ἐξερράγη:
Τοῖος καὶ φθονεροῖο κακὸς μόθος. εὖ τέ μιν ἔσχον
　　Γλώσσῃ. πρὸς ἄλλο τι βλάβος μετερρύη.
Οὐ μὲν ἕλε. Χριστὸς γὰρ ἐπήλυθεν ἄλκαρ ἐμεῖο,
　　Ὅς καὶ μαθητὰς ἐκ ζάλης ἐρρύσατο,
Καὶ πολλοὺς παθέων, καὶ δαιμονίων ἀπὸ δεσμῶν
　　Ἠλευθέρωσε τῷ θέλειν διδοὺς χάριν.

Digitized by Google

Ἔμπαγε μὴν πειρήτατ᾽ ὅπως πάρος ἀνδροφόνοισι
    Δόλοις ἔκλεψε τὸν γένυς ἀρχηγέτην.
Ἀλλὰ μάκαρ μύθον ἴσχε, καὶ εὐδιόωντά μ᾽ ἄνωχθι
    Σοὶ τὰς ἀναίμυς θυσίας πέμπειν ἀεί.

De bello, quod movent Daemones.
Carmen Heroicum, & Jambicum. CXCIII.

Niſi loquacem linguam, & labia ſilentio vincta habuiſſem,
    Mente collectâ in Dei ſocietatem,
Ut puriſſimis intimis ſenſibus purum Dominum
    Venerarer (nam pulchrum eſt ſolius mentis ſacrificium)
Nequaquam animadvertiſſem tortuoſae artificia beſtiae.
    Certe & praedicaſſem, & illud exiſtimaſſem.
Saepe mihi etiam ſupervenit nocti ſimilis,
    Et rurſus lucis ſub fraudulenta figura.
Omnia enim, quaecumque voluerit, efficitur mortis Sophiſta,
    Natus Proteus ad formas doloſas effingendas,
Ut aliquem aut per inſidias, aut apertè, hominem interficiat;
    Nam deliciae illi ſunt mortalium lapſus.
Sed nondum talem tantumque ante conſpexeram,
    Quantus modò irruit in mea certamina.
Quò magis enim animae meae internam cernebat religionem,
    Eò magis etiam irâ turgidâ effervеſcebat.
Ut quando per inſidias ſubrepens, inſanabilem intra carnem,
    Morbus compreſſus medicamentis inopportunis,
Depaſcens latibula non apparentia, non prius ceſſat,
    Quàm aliò erumpens (aegrum) adducat in diſcrimen;
Aut fluentum firmis munitionibus hac parte repreſſum,
    Illac obnititur, & collectim erumpit:
Tale eſt invidi pravum bellum. Quando ipſum cohibebam
    Linguâ, ad aliam quamdam dilabebatur noxam.
Non tamen cepit. Chriſtus enim ſuperveniebat, praeſidium meum,
    Qui & Diſcipulos è tempeſtate eruit,
Ac multos morbis, & Daemonum vinculis
    Liberavit, voluntati largiens gratiam.
Attamen tentabat, quemadmodum ante homicidis
    Dolis ſurripuit Principem generis (Adamum).
At, ò beate, tumultum compone, & tranquillatum me jube
    Tibi incruentas mittere ſemper hoſtias.

Digitized by Google

NOTAE.

CArmen hoc, & reliqua ſubinde à nobis edita, ex antiquiſſimo Codice MS. Ambroſianae Bibliothecae deſcripta ſunt. Heic autem Diaboli inſidiae narrantur, quibus non rarò Poëta noſter petebatur. Alia exſtant Carmina jam evulgata, quibus aut ipſum Daemonem improbum acriter objurgat, atque à ſuis avertit oculis, aut ejus calliditatem, atque incurſus deflet. Conſule Carmen XIX. XXI. XXXII. LX. & alia in editione Billiana.

Εἰ μή. *Niſi &c.* Heic dicit Poëta, ſuas de Deo meditationes anſam Daemoni malo praebuiſſe, ut has ſibi ſtrueret inſidias; quas, niſi ſe totum Divinis contemplationibus addixiſſet, ſilentium ac ſolitudinem ſequutus, à Diabolo non ſuſtinuiſſet.

Καὶ τοῦτ' ᾠόμην. *Et illud exiſtimaſſem.* H. e. Diabolum exiſtimaſſem loco Dei, & divina, illius conſilia.

Σοφιστής. *Sophiſta.* Diabolum *Sophiſtam mortis* appellat, videlicet captionum lethalium artificem. *Sophiſta* enim Graecè *ſimulatorem*, *cavillatorem*, atque his ſimilia ſignificat. Sive, quod Sophiſtarum eſt, varias Daemon figuras adhibet, ut quod vult perſuadeat, miſeroſque mortales decipiat.

Ἴαμβοι.

ΕʼΝ σοι μὲν ἠρεμοῦμεν, ὦ θεοῦ Λόγε,
Μένοντες οἴκοι. σοὶ δ' ἀνάπτομεν σχολήν.
Σὴ μὲν καθέδρα, σὴ δ' ἔγερσις, καὶ στάσις,
Σὴ δ' αὖ πορεία. σοῖς δὲ καὶ νῦν νεύμασιν
Εὐθυποροῦμεν. Ἀλλά μοί τιν' Ἀγγέλων
Πέμποις ὁδηγὸν, δεξιὸν παραστάτην,
Ὅς με στύλῳ πυρός τε καὶ νέφους ἄγοι,
Τέμνοι δὲ πόντον, ῥεῖθρα δ' ἰσώῃ λόγῳ,
Τρέποι δ' ἄνωθεν, καὶ κάτωθεν πλουσίως.
Σταυρὸς δὲ χερσὶν ἐκτυπούμενος θράσος
Ἐχθρῶν κατείργοι. μὴ δ' ἐν ἡμέρῃ μέσῃ
Καύσων φλέγοι με, μὴ δὲ νὺξ φόβον φέροι.
Τὴν δὲ τραχεῖαν, καὶ προσάντη μοι τρίβον
Λείαν τιθείης εὐποροῦντι σῷ λάτρι.
Ὡς πολλάκις με καὶ τὸ πρὶν κειρὶ σχέτων

Γῆς

Γῆς καὶ θαλάσσης ἐξέστωσας κινδύνων,
Νόσων τε δεινῶν, δυσμενῶν τε πραγμάτων.
Ὡς δεξιῶς ἅπαντα, καὶ κατ' ἐλπίδας
Πράξαντες, αἴσιόν τε τῆς ὁδοῦ τέλος
Εὑρόντες αὖθις πρὸς φίλους, καὶ συγγενεῖς
Παλινδρομῶμεν ἀσμένοις τε ἄσμενοι
Φανέντες οἴκοι, καὶ πόνων πεπαυμένοι
Σὲ προσκυνῶμεν, τῆς τελευταίας ὁδοῦ
Χρήζοντες εὐμενοῦς τε καὶ ῥᾳστης τυχεῖν.

Jambi. CXCIV.

IN te quieſcimus, ò Divinum Verbum,
Manentes domi. Tibi acceptam referimus quietem.
Tuum ſane eſt ſedere, tuum eſt ſurgere, & ſtare,
Tuum rurſus eſt ambulare; tuiſque nunc etiam nutibus
Recte incedimus. Sed ad me aliquem Angelorum
Mittas ducem, aptumque cuſtodem,
Qui me columnâ ignis, & nubis agat;
Secet verò pontum, & fluenta ſiſtat verbo;
Nutriat ſupernè, & infernè opulenter.
Crux manibus efformata audaciam
Inimicorum coërceat, ne media in die
Aeſtus me adurat, neque nox terrorem inferat.
Aſperam autem & acclivem mihi ſemitam
Planam reddas, & expeditam famulo tuo.
Namque ſaepe me ante manu tegens,
Terraeque & maris liberaſti periculis,
Et morbis gravibus, & arduis rebus;
Ut ſecundè omnia, ſicuti ſperamus,
Agentes, fauſtum viae finem
Invenientes, rurſus ad amicos, & affines
Revertamur, nempe libentibus libentes
Apparentes domi, & à laboribus ceſſantes
Te veneremur, finalem viam
Lenem ac facillimam adipiſci quaerentes.

NO-

Digitized by Google

NOTAE.

POſt Carmen, quod Ἐνοδία inſcribitur, ſeu *S. Gregorii peregre profecturi precatio*, jam typis editum, haec ſubjiciuntur in Ambroſiano Codice, modicâ inter utrumque Carmen diſtinctione facta. Ea verò lucubraſſe videtur Poëta ſacer, quum à Cathedra Conſtantinopolitana, qua ſe abdicaverat, ad ſolitudinem ruris paterni ſeſe contulerat.

Σταυρός. *Crux &c.* Venerabile ſignum Crucis, quo Chriſti ſectatores germani ſe manu quotidie muniunt, Diabolum fugare poſſe, vetuſtiſſima traditio eſt. Ejus inſtitutio ab Apoſtolis ipſis proficiſci videtur. Cujus rei ac ritus exempla pete à Gretſero in ampliſſimo Opere de S. Cruce, à Boſio &c.

Εἰς ὑπομονήν.

ΕΙ' τις ἐὼν κακίης συγερὸν τέκος ἔνθα τέθηλας,
Ταῖς πυμάταις βασάνοις ἴσθι φυλασσόμενος.
Εἴ τις ἄριστος ἐὼν κύρσας τραχέος βιότοιο,
Ὡς χρυσὸς χοάνοις ἴσθι καθαιρόμενος.
Ἢ φθονεροῖο πάλῃ κάμνων δέ μας, ἄλλος Ἰὼβ τις,
Ὥσκεν ἀεθλήσας στέμμα νίκης φορέοις.
Τῷ μήτ' εὐθαλέων τέρπυ φρένα, μήτε μόγοισι
Κάμπτεο, Χριστοφόρῳ πάντα φέρων κραδίῃ.

In tolerantiam. CXCV.

SI quis, malitiae miſerum germen exiſtens, heic flores,
Extremis tormentis te ſervari ſcias.
Si quis optimus exiſtens, in duram incidiſti vitam,
Tamquam aurum in fuſoriis te purgari ſcias.
Si ob invidi luctam aeger es corpore, alter Job eſto,
Ut, poſtquam certaveris, coronam victoriae referas.
Quare neque proſperis animum effer rebus, neque adverſis
Dejice, Chriſtiano & haec & illa ferens corde.

NOTAE.

IN hujuſmodi argumentum alia Gregorius Carmina reliquit, quae ex editione Billiana petere potes. In quincto verſu pro ἢ, quod legitur in MS. Codice, εἰ fortaſſe ſcribendum. Pro Ι'άβ τις, ſcriptum fortaſſe ab Auctore fuit Ι'άβ ἦς. In poſtremo verſu MS. Codex habet χριςοφόρȣ, & κραδίης. Ego ex conjectura ſcripſi χριςοφόρῳ κραδίῃ.

Εἰς Φιλάγριον, καὶ πρὸς ὑπομονήν.

Ε"Στιν Ε'πικτήτοιο μέγα κλέος ἐν προτέροισιν,
Ε"ςιν Α'ναξάρχȣ. ὧν ὁ μὲν ἀγνύμενος
Τὸ κλέος ȣ̓κ ἀλέγιζεν. ὁ δ' ὅλμȣ χεῖρας ἔχοντος
Κομπτόμενός γ' ἐβόα, πτίσσετε τὸν θύλακον.
Α'λλὰ σὺ καὶ δηναιὰ, Φιλάγριε, σώματι κάμνων
Δαπτομένῳ, ψυχὴν αἰὲν ἄπληκτον ἔχεις.

In Philagrium, & ad Tolerantiam. CXCVI.

ESt Epicteti gloria maxima inter primos;
Eſt Anaxarchi. Quorum quidem ille fractus
Gloriam deſpexit. Hic verò, mortario manus tenente,
Quum tunderetur, clamabat: follem tundite.
Sed tu quoque diuturna mala, Philagri, corpore perferens
Lacerato, animum ſemper impercuſſum habes.

NOTAE.

INter intimos Nazianzeni familiares numerabatur Philagrius, ad quem ejus etiam Epiſtolae exſtant, videlicet XL. XLI. LXIV. LXV. LXVI. LXVII. LXVIII. & LXIX. in editione Billii. Ibi quanta amoris conjunctio inter utrumque intercederet, perſpicuè intelligas, quantaque virtus Philagrio eſſet. Morbi plures, iique atrociſſimi, ejus corpori bellum indixerant. Ille verò animum imperturbatum ſupra corporis aerumnas ferens, felicitate rara, virtutis potiùs quàm doloris argumenta inde trahebat.

Ε'πικτή-

Ἐπικτήτοιο. *Epicteti*. In Orat. I. contra Julianum mentionem Epicteti Theologus habet. In Epiſt. verò LXIV. ut ſingularem Philagrii tolerantiam extollat, ejuſdem Epicteti, atque Anaxarchi exemplo utitur in haec verba: θαυμάζω δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν τοὺς τούτοις παραπλησίους, οἷον τὸν Ἀνάξαρχον ἐκεῖνον, τὸν Ἐπίκτητον &c. *Externos etiam, qui ſimiles eorum exſtiterunt, admiror, exempli gratia Anaxarchum, Epictetum &c.* Proſequitur Nazianzenus, atque ait, Epictetum, dum crus illi frangeretur, veluti in alieno corpore eſſet, magna animi firmitate philoſophatum fuiſſe, citiuſque crus perfractum, quàm ipſe vim doloris perſenſerit. Eumdem verò Epictetum heic ſignificari arbitror, qui Stoicae Sectae, ſi non princeps, certè ſupremus inter alios cultor fuit, patriâ Hieropolitanus, & à Neronis temporibus ad Marcum uſque Antoninum Romae commoratus, ubi etiam ab Hadriano Imperatore ſummo in honore eſt habitus. Vide Spartianum in Hadriano, Lucianum in Dialogo *ad ineruditum, & multos coementem libros*, A. Gellium Noct. Attic. Lib. XV. Cap. XI. & Lib. XVII. Cap. XIX. Arrianum, ac Simplicium in Comment. ad Epict. Enchiridium, Eliam Cretenſem, & Nonnum in Scholiis ad Nazianzeni Orat. III.

Ἀναξάρχου. *Anaxarchi:* In ſupra laudata Epiſtola LXIV. Anaxarchum veluti ſpectabile apud Ethnicos patientiae exemplar Nazianzenus commemoravit. Fuit is Democriii ſectator, & Alexandro M. carus, quo è vivis ſublato, in Graeciam rediens à Nicocreonte Cypri, ſive Cyrenarum Tyranno, aut (ut Elias Cretenſis, & Nonnus in Scholiis ad Nazianz. Orat. III. arbitrantur) ab Archelao Tyranno comprehenſus, & in mortarium conjectus, ibi ferreo malleo contuſus eſt. Verum nullus cruciatus animum Philoſophi frangere potuit. Quin is fortiter inclamabat: πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀνάξαρχον δὲ οὐ πτίσσεις. *Tunde Anaxachi utrem* (videlicet *corpus;*) *Anaxarchum verò ipſum non tundis*. Hinc Ovidius in Ibin

Aut, ut Anaxarchus, pila frangaris in alta,
Jactaque pro ſolitis frugibus oſſa ſonent.

Sive *ictaque*, ut mihi eo in loco legendum videtur. Hac de re videndi Plutarchus in Tract. de Virt. morali, Tertull. in Apologetico, Origenes contra Celſum Lib. VI. Clem. Alex. Stromat. Lib. IV. Elias Cretenſis, & Nonnus in Comment. ad Orat. III. Nazianzeni.

Κοττόμενός γ' ἐβόα. *Quum tunderetur, inclamabat.* Ita lego; quum in Codice MS. habeatur κοπτισσόμεν ὀς' ἐβόα. Senſus, ac metrum, emendationem poſcebant.

Α'λλο.

ΕΙ' μή σοι δέμας ἦε, Φιλάγριε, τόσσον ἀκιδνὸν,
Οὔποτε σῆς ἀρετῆς κάρτος ἂν ἐφρασάμην.
Νῦν δὲ τὸ μὲν διόλωλε, σὺ δ' ἔμπεδος. ἦ ῥ' ἐτεόν γε
Τοῖς ἀγαθοῖσι θεὸς φάρμακον ἄλγος ἄγει.

ALIUD. CXCVII.

NI tibi, ò Philagri, corpus fuiſſet adeo imbecille,
Numquam tuae virtutis vires deprehendiſſem.
Nunc illud diſperiit; tu integer. Quàm verè
Bonis Deus in medelam aerumnam adducit!

Α'λλο.

Ε'Ξέφαγεν νοῦσός σε, Φιλάγριε, ὄσσ' ἐκάλυψεν.
Ψυχὴ δ' ἐκ παθέων ἐςὶ φαεινοτέρη.
Πάσης μὲν σοφίης σε δαήμονα οἶδα, φέριςε.
Τοῦτο δ' οὐδὲν ἔχω φέρτερον ἄλλο λέγειν.

ALIUD. CXCVIII.

EXedit te morbus Philagri; oculos texit;
Anima verò à malis eſt ſplendidior.
Omnis certè ſapientiae te peritum novi, ò optime:
Hoc verò nil aliud poſſum dicere melius.

Α'λλο.

ΚΛῦθι, Α'λεξάνδρεια. Φιλάγριος ὤλεσε μορφὴν,
Τῆς χρυσέης ψυχῆς οὔτι χερειοτέρην.
Καισάριον δὲ νέον φθόνος ἥρπασε. οὔποτε τοῖα
Πέμψεις εὐίπποις ἄνθεα Καππαδόκαις.

ALIUD.

ALIUD. CXCIX.

AUdi Alexandria. Philagrius formam perdidit
Animo aureo minimè inferiorem.
Caeſarium verò novum invidia rapuit. Numquam deinceps tales
Flores à te mittentur ad Cappadoces equis praeſtantes.

NOTAE.

CArmen hoc repetitum ſupra invenies inter ea, quae *in Caeſarium* Gregorius compoſuit. An haec repetitio à Nazianzeno ipſo an verò à Librario aliquo praeſtita fuerit, affirmare non auſim. Quae ſupra in hos verſus adnotavi, huc ſunt referenda. Pro χρυσέης, quod heic habetur, legitur illic λογικῆς.

Μορφὴν. *Formam*. Hoc eſt, *corporis formam*, ut Philagrium interiiſſe ſignificet. Carmina etiam ſuperiora videntur facta in Philagrium mortuum.

Καισάριον δὲ νέον. *Caeſarium verò novum*. Quaſi, ut poſſumus interpretari, alterum Caeſarium Gregorii fratrem fata invida rurſus rapuerint.

Πρὸς πενίαν φιλόσοφον.

ΕΣτω τις νοσερὸς χαλεπῶς, καὶ πολλὰ πορίζων
Φάρμακα τοῖς πάθεσιν. ἄλλος ὑγιεινότατος
Φάρμακον ὐδὲν ἔχων. πότερον τύτων μακαρίζεις;
Τόν ῥ' εὐεκτοῦντ'. οἶδ' ὅτι καὶ γὰρ ἅπας.
Οὕτω τὸν χρήζοντ' ὀλίγων, κἂν σφόδρα πένηται,
Πρὸς τῦ πλυτῦντος χρήμασι καὶ πάθεσι.

In paupertatem Philoſophicam. CC.

SIt aliquis graviter morboſus, & multa comparans
Pharmaca ſuis morbis, alter ſaniſſimus
Nullo indigens pharmaco. Utrum beatum praedicabis?
Benè valentem: ſcio omnes ita eſſe dicturos.
Ita praedicabis indigentem paucis, licèt pauperrimum,
Prae homine opibus & malis divite.

NO-

N O T A E.

ELegans de Philoſophica paupertate Epigramma, cujus ſenſus idem Poëta aliis verſibus expreſſit à Billio editis Tom. II. pag. *196.* Jambico VIII. cum eodem titulo.

Εἰς Ἀγαπητούς.

ἬΔη μοι πολιή, δάπτω δέμας, ὄμμα δαμάζω,
Φροντίσιν ἠματίῃσι, καὶ ἐννυχίῃσι τέτηκα
Ψυχὴν τὴν τριτάλαιναν, ὅπως πυρὸς ἐξερύσαιμι:
Ἀλλ᾽ ἔμπης κρατέω τοῦ σώματος οὐκ ἀμογητί.
Πῶς δὲ σὺ καὶ νεότητα φέρων, καὶ σάρκας ἐγείρων
Εὐρυτέρας ἐλέφαντος; ἔπειτα δέ μοι διαθρύπτῃ,
Ὥς δή τις καθαρὸς, καὶ πνεύματι τὴν ἀγαπητὴν
Στέργων. ὦ φευκτῆς ἀγάπης, ἣ Χριστὸν ἀτίζει.

In Agapetos. CCI.

JAm mihi eſt canities, corpus lanio, oculum domito,
Curis diurnis nocturniſque abſumo
Animam ter miſeram, ut ab igne eripiam;
Sed nihilominus corpori aegrè impero.
Quomodo verò tu, & juventutem ferens, & carnes erigens
Ampliores elephanto? Deinde verò mihi delicias facis,
Tamquam ſane quis purus, & ſpiritu dilectam
Amans. O fugienda dilectio, quae Chriſtum dehoneſtat.

N O T A E.

FEfellit me diu Billiana Gregorii editio, quam omnium procul dubio hucuſque perfectiſſimam, miráque diligentia elaboratam confitentur eruditi, & non niſi ab illa ſuperandam credimus, quam nunc inſtruit Clariſſimus P. Louvard Monachus Benedictinus è Congregatione S. Mauri; nullum enim ibi offenderam è multis hiſce verſibus, quos ego nunc ſum editurus *in Agapetos*. Serò tamdem animadverti, nonnullos ex iis à Billio fuiſſe evulgatos ad calcem Tomi ſecundi, at ſine textu Graeco, quamquam Graecos quoque

antea

antea dediſſet Aldus in vetuſta Editione Anno 1504. procurata. Publicae igitur intereſſe rei ſum arbitratus, tum jampridem editos, tum nuper detectos Nazianzeni *de Agapetis*, *&* *Syniſactis* verſus in unum cogere corpus, & ſimul proferre. Quod eſt ad argumentum, Eccleſiaſticae eruditioni perquam utile, tanta ejus eſt ubertas, ut ſolis notis, & Scholiis, explicari atque exhauriri commodè non poſſit. Operae itaque pretium duxi, Diſquiſitionem *de Agapetis*, *&* *Syniſactis* (liceat Graeca retinere nomina) inſtituere, quam in hoc Tomo conſpicies. Ibi verò, quid *Agapeti*, quaeve illorum origo, quod inſtitutum fuerit; ampliſſimè proditum. Interim ſcire ſufficiat, *Agapetos*, hoc eſt *Dilectos*, illos audiiſſe, qui poſtquam Chriſto caſtitatem dicaverant, & Monaſticae vitae ſeſe addixerant, cum Virginibus plerumque Deo ſacratis cohabitabant, animorum tantummodo, non corporum, Amorem, communionemque prae ſe ferentes.

Ἤδη. *Jam &c.* Non uno in loco Nazianzenus fatetur, ſe carnis concupiſcentiâ acriter divexatum, neque canitiem atque inflictas corpori voluntarias poenas adeo valuiſſe, ut à ſtimulis inferioris appetitus animum, tot licèt virtutibus firmatum, omnino liberarent. In Carm. IV. *de animae ſuae calamitatibus*, in Carm. XXXXVIII. *de Virtute humana*, & in Ep. CXCVI. ad Vitalianum, eadem Gregorius repetit. Vide, quae Baronius Cap. XVII. Vitae ejuſdem Sancti viri Tom. II. Maji, editae à Cl. Papebrochio, ſcripſit. Illic referuntur hi ipſi verſus, ad quos Papebrochius haec habet: *Neſcio, ubi hunc locum inveniam; nam quod in margine notarat Baronius Carmen de rebus ſuis, tale nihil habet.* At Aldi Manutii editionem ſequutus eſt Baronius; Papebrochius verò Billianam prae oculis habens, nihil tale vidit, quod & mihi primum contigit.

Εὐρυτέρας. *Ampliores.* Monachos, caeteroſque *Agapetos* increpat, qui quamquam adoleſcentiae flammis aduri poſſent, corpuſque, elephantorum inſtar amplum, pingue, & ut ita dicam, abdomini natum foverent, à Virginum tamen contubernio arctiſſimo nequaquam abſtinebant, inde ſibi nullum creari periculum dictitantes. Ipſemet Gregorius in Carm. LIX. *ad fictos Monachos* ita loquitur:

Τὰς παχίας σάρκας, καὶ γαςέρα ὄγκον ἔχουσαν
Ἡ' λεπτὴ χορεῖν εἴσοδος ὀ δύναται.
Perpingues nimium carnes, ventremque tumentem
Haud capit aethereae janua parca domus.

Ἔπει:

Ἔπειτα δέ μοι διαθρύπτῃ. *Deinde verò mihi delicias facis*. Hoc eſt: Sed tu ais, maximas à te percipi delicias in hujuſmodi amore, qui ſanè puriſſimus eſt, ac tantummodo ſpiritualis, ideoque à carnali contagione remotus. Unica exclamatione reſpondet Gregorius, amorem hujuſmodi fugiendum.

Ἀγαπητήν. *Agapetam*. Legitur in MS. Codice ἀγαπώην. Placuit aliam ſubſtituere vocem; nempe ſenſus ita purgatus efficitur.

Ἄλλο.

Παρθένε, Χριϛὸν ἔχεις αἰεὶ ζώοντ' ἐπίκουρον,
Νυμφίον ἱμερόεντα, τεῆς ζηλήμονα μορφῆς
Οὐρανίης. μὴ σάρκα πάλιν σαρκός τε ταλαίνης
Δέξῃ κηδεμόνα: γλώσσας δ' ἀλέεινε κακίϛων.
Μὴ Χριϛοῖο χιτῶνα τὸν ἄσπιλον αἴσχετι μίξῃς,
Πάσαις παρθενικῇσιν ἐλεγχείην ἐπιθεῖσα.

A L I U D. CCII.

Virgo, Chriſtum habes ſemper vivum adjutorem,
Sponſum amabilem, tuaeque formae amatorem
Coeleſtis. Ne carnem rurſus, carniſque miſerae
Moderatorem admitte; linguas verò improborum declina.
Ne Chriſti intaminatam tunicam probris miſce,
Cunctis Virginibus opprobrium imponens.

NOTAE.

Οὐρανίης. *Coeleſtis*. Formam *coeleſtem* appellat Gregorius animam Virginum, cujus amatorem eſſe dicit Chriſtum.

Σάρκα. *Carnem*, Hoc eſt: ne, quaeſo, carnis commercia iterum admitte, neque viros, qui corporis tui curam habeant, quaere, poſtquam Chriſtum elegiſti adjutorem tibi numquam defuturum. Scilicet hanc potiſſimum errori ſuo cauſſam obtendebant Virgines, quod viros in ſuo contubernio ſuſtinerent, veluti adjutores, domeſticiſque rebus neceſſarios. Vide, quae in memorata Diſquiſitione protuli.

Πάσαις παρθενικῇσιν. MS. Cod. Mediceus habet παρθενικαῖς πάσαισιν.

Ἄλλο.

Ἄλλο.

ΠΥ͂ρ ἐγγὺς καλάμης ἐκ ἀσφαλές. ὐδὲ γυναῖκα
Παρθένον, ὦ Μοναχὲ, κτᾶσθαι ὁμωφόριον.
Ἄρσενα, καὶ θήλειαν ἐχώρισεν ἐλπὶς ἀμείνων:
Ἡ δὲ φύσις κρυπτὴν τὴν νόσον ἔνδον ἔχει.
Ἢν ἀπέχῃσι μακρὰν, σπινθὴρ μένει. ἢ δ' ἀναμίσγῃ,
Ἅψεις πυρκαϊὰν πνεύματος ἐξ ὀλίγυ.

ALIUD. CCIII.

IGnis prope ſtipulam, non tutum. Neque mulierem
Virginem, ò Monache, habere contubernalem.
Maſculum, ac foeminam ſeparavit ſpes melior:
Natura verò intus occultum morbum habet.
Si longè abſuerit, favilla manet; ſin congrediatur,
Incendium excitabis modico è vento.

NOTAE.

NUlla ſibi eſſe cum Virginibus commercia carnis, nullumque caſtitati Deo dicatae ex earum contubernio periculum creari, audax Agapetorum ſententia erat. Quid Poëta noſter? Ductâ comparatione ex igne, ac ſtipulâ, quae ſimul admota in incendium facile ad levem auram flantem feruntur, naturae humanae infirmitatem infirmis Monachorum dictis opponit. Pro ἢν ἀπέχῃσι, Codex Medic. habet ἢν ἀπέχῃς.

Ἄλλο.

Περὶ τῶν Συνεισάκτων.

ΛΕυκῦ, καὶ μέλανος μικτὴ φύσις ἐςὶ τὸ φαιόν.
Ζωὴ, καὶ θάνατος ὐδὲν ἔχυσι μέσον.
Τὺς δὲ συνεισάκτυς. ὡς δὲ φάσκυσιν ἅπαντες,
Οὐκ οἶδ', εἴτε γάμῳ δώσομεν, εἴτ' ἀγάμυς
Θήσομεν, εἴτε μέσον τι φυλάξομεν. ὐ γὰρ ἔγωγε,
Κἂν με λέγητε κακῶς, πρᾶγμα τόδ' αἰνέσομαι.

Οἱ πλεῖυς ἀκόλαςοι, καὶ ταχὺς εἰς ὑπόνοιαν
Ἐκ τῶν οἰκείων ἐςὶν ἅπας ἑτέροις.
Σάρκα φέρων συζῇς ἀγαπητῇ σάρκα φερύσῃ.
Καί τι φρονεῖν οἴει τὺς ῥυπαρὺς περί σὺ;
Ἔςω μή τι λέγειν τὺς σώφρονας, ἀλλά τις οἴσει
Τὸν παρὰ τῶν πολλῶν Μῶμον ἐγειρόμενον;
Ἔννομον ἔσθ' ὁ γάμος, καὶ τίμιον. ἀλλ' ἔτι σαρκὸς
Κρεῖσσον δ' ὐκ ὀλίγῳ σαρκὸς ἐλευθερία.
Εἰ δ' ἐςὶν παρὰ ταῦτ' ἄγαμος γάμος, ὦ ἀγαπητοὶ,
Fort. legendum ζήσετε — Ἐν ταῖς ἀμφιβόλοις ζήσατε συζυγίαις.

ALIUD.

De Syniſactis. CCIV.

EX albo nigroque mixta natura fuſcum colorem parit;
Vita, & mors nil medium habent.
Syniſactos verò (ut eos ſane unuſquiſque appellat)
Neſcio an inter conjugatos, an inter coelibes
Poſuerimus; an verò quid medium ſervabimus. Non enim ego,
Tametſi à vobis malè audiam, rem hanc probabo.
Plures ſunt intemperantes, & pronus in ſuſpicionem
Erga alios eſt omnis, argumento è ſuis rebus ducto.
Carnem ferens, convivis cum dilecta ferente carnem:
Et quid putas de te inquinatos ſentire?
Eſto, non obloquantur honeſti homines: ſed quis ferat
A multis excitatum Livorem?
Juſta res, ac honorabilis nuptiae ſunt. At adhuc carne
Res longè melior eſt carnis libertas.
Sin autem praeterea nuptiae ſunt innuptae, ò dilecti,
In ambiguis vivetis conjugiis.

NOTAE.

CArmini titulum *περὶ τῶν συνεισάκτων*, *de Syniſactis* appoſui. Ita verò in margine Codicis vetuſta adnotatum fuerat manu. Niſi *Coïntroductum* dicas, aliam vocem Latium vix habet vocabulo Graeco reſpondentem; ſed *Syniſactos* retinere malui. Idem autem atque *Agapeti* ſignificat; videlicet *viros caſtitatem profeſſos*

cum

cum ejuſdem propoſiti feminis cohabitantes. Ut ipſe Poëta refert; ita paſſim audiebat hoc hominum genus. Porro eos libero inſectatur ſtylo Nazianzenus; quippe, ut ait, incertum eſt, an hi vocandi ſint matrimonio addicti, an verò coelibatum profeſſi. Tum eos terret, quòd tam male apud alios audirent.

Φαιὸν. *Fuſcum*. Par Graecae voci vocabulum fortaſſe ignorant Latini. Eſt autem color inter candidum ac nigrum medius, & ex utriuſque mixtione natus. Alexander Aphrodiſ. Lib. I. Problem. λευκȣ̃, ait, *καὶ μέλανος μῖξις ἀφανίζȣσα τῶν ἄκρων τὸ χρῶμα, τίκτει χροιὰν ἑτέραν τὴν τȣ̃ φαιȣ̃*. I. e. *Albi*, *&* *nigri miſtio*; *abolitis extremis coloribus*, *alium parit colorem*, *Fuſcum nomine*; ſic enim tantummodo reddere poſſumus Graecum φαιὸν.

Μῶμον. *Livorem*. *Momus* eſt conviciorum Deus, qui omnia vituperat. Vocabulo eodem ſignificatur ipſe Livor, ipſa vituperatio, ſeu obtrectatio hominum, quam intolerabilem, ac fugiendam Poëta noſter affirmat.

Ἄλλο.

Πρῶτον ἀληθείᾳ σπȣδάζετε σώφρονες εἶναι:
Δεύτερον αἰσχροτάτων μηδ᾽ ὑπόνοιαν ἔχειν.
Εἶ καθαρὸς χρυτȣ̃ καθαρώτερος. ἀλλ᾽ ἐμὲ πλήσσεις,
Τῇ ἀγαπητῇ σȣ σῶμα, καὶ ὄμματ᾽ ἔχων.
Ἡ ἀγαπητή σȣ. καὶ τȣ̃νομα τȣ̃το τὸ σεμνὸν,
Φεῦ φεῦ, μή τι ἔχῃ καὶ ῥυπαρᾶς ἀγάπης.
Οὐδὲν τῆς ῥυπαρᾶς. ναί. πείθομαι. ἀλλ᾽ ὁδὸς ἄλλοις
Γίνῃ τȣ̃ συζῆν ȣ̓χ ὁσίως ἑτέραις.
Cod. Medic. habet ἐςὶ νία. Χ᾽ ὡ βορβορός ἐςιν ἀνὴρ, καὶ σώφρονι σώφρων
Συζῶν: τοῖς ἀγάμοις, ταῖς τ᾽ ἀγάμοις προλέγω.
Cod. Medic. habet γλώσσας. Εἶτοι καὶ τὸ συνειδὸς ἐλεύθερον. ἀλλ᾽ ἀποφεύγειν
Δεῖ γλῶσσαν. γλώσσης ȣ̓δὲν ἑτοιμότερον.
Τίς θήσει φλογέην ῥομφαῖαν ἐμῷ παραδείσῳ;
Τίς δώσει μεγάλης παρθενίης φύλακα;
Ὡς μή τις ἀγαπητὸς ἔσω, καὶ γλῶσσα παρέλθῃ
Τῶν φθονερῶν. μῶμος φείδεται ȣ̓δ᾽ ὁσίων.

 ALIUD.

ALIUD. CCV.

PRimo loco verè ſtudere, ut pudici ſitis;
Secundo, ne turpium rerum vel ſuſpicionem ingeratis.
Es purus. Auro purior. Sed me vulneras,
In Dilectam tuam corpus & oculos intentos habens.
Dilecta tua. Et nomen hoc honeſtum
Heu heu vide ne quid habeat & impurae dilectionis.
Nil (ais) impurae. Etiam: credo. Sed viam aliis ſternis
Non ſanctè cum aliabus convivendi.
Coenum adhuc eſt vir, licèt temperans cum temperante
Convivat. Innuptis viris, mulieribuſque praedico.
Quamvis conſcientia ſit integra, tamen effugere
Oportet Linguam. Linguâ nil eſt proclivius.
Quis ponet flammeum gladium Paradiſo meo?
Quis dabit magnae virginitatis cuſtodem?
Ne quis intra Dilectus, aut Lingua tranſeat
Invidorum. Livor ne Sanctis quidem parcit.

NOTAE.

SPecies Dialogi eſt inter Poëtam, atque Agapetes. Pudicitiam primò Gregorius verè ſervandam, tum vel minimam oppoſiti vitii ſuſpicionem fugiendam eſſe dicit. Sum purus; inquit Agapetus. Cui Gregorius: At metuo, reique veritatem ſuſpectam habeo; dum te familiariter nimis cum Agapeta verſari video. Quod ſi *Agapetam* Virginem appellas, ut hoc nomine communionem carnis ab amore tuo excluſam mihi perſuadeas; nominis honeſtatem veneror, at metuo, ne ſub hoc pallio impudicitia lateat. Erras, inquit Agapetus. Gregorius verò. Facile tibi fidem habere volo; verum aliis exemplo tuo auctor es, ut cum Virginibus non caſtè habitent. Sumus lutum. Quamvis pudicè cum pudica verſere nunc, attamen timendum ſemper. Et licèt conſcientia tua ſit innocens, ſuſpicandi tamen, ac male de te ſentiendi cauſſam populo praebes. Sed, reponit *Agapeta*, quis in poſterum virginitatis meae cuſtos erit? Quis hortum meum à raptoribus defendat? Sed ne idcirco quidem, reponit Gregorius, adſciſcendi Agapeti; hoc eſt, Monachi, (*) at Clerici adoleſcentes; nam ne innocentibus quidem obtrectatores parcunt.

(*) *aut* pro *at*, legendum putamus.

Digitized by Google

Χ'ῶ. Ita MSS. Codices, at verſus claudicat. Videtur commodiùs non poſſe emendari, quàm ſcribendo. Χῦς καὶ βόρβορος &c.

Ἄλλο.

πρὸς παρθένον.

ΟΥ'ρανίη, μεγάθυμε, φαεσφόρε ὑψηθέυσα,
Ἀγγελικῶν μονάδων σύνθρονε ἀζυγέων,
Παρθένε, μίμνε θέοιο, χοὸς δ' ἀλέεινε βέλεμνα,
Μηδὲ συνεισάκτῳ σὸν βίον ἐξυβρίσῃς.

ALIUD.

ad Virginem. CCVI.

COeleſtis, magnanima, lucifera, altum currens,
Cum Angelicis unitatibus communem ſedem habens,
Virgo, memento Dei; telluris tela devita;
Neque coïntroducto vitam tuam affice contumelia.

NOTAE.

TItulus è Codicis margine, ubi pervetuſta manu ſcriptus fuit, in medium per me translatus fuit. Idem in ſequenti Epigrammate praeſtiti.

Ἄλλο.

πρὸς Μοναχούς.

Cod. Medic. habet προγάμοιο.

ὨΣ χαλεπὸν σάρκεσσι φυγεῖν χλόνον ἐγγὺς ἰοῦσαις!
Τοὔνεκά μοι, Μοναχοί, τῆλ' ἀπὸ θηλυτέρων
Πολλὰ γάρ ἐστι γάμου μυστήρια, καὶ πρὸ γάμοιο,
Οἷς μολύνει ψυχὴν ὄψις ὑφελκομένη.

ALIUD.

ALIUD.

ad Monachos. CCVII.

QUàm difficile eſt corporibus vicinis tumultum effugere!
 Propterea, ò Monachi, procul mihi à foeminis vivite.
Multa enim ſunt conjugii myſteria, etiam ante nuptias,
 Quibus captus oculus animam inquinat.

NOTAE.

QUum potiſſimum apud Monachos locum haberet lues, quam his verſibus Poëta noſter inſectatur, hinc eoſdem alloquitur.

Μυϛήρια. *Myſteria.* Hoc nomine ſignificari heic opinor arcana, quaedam impedimenta, acta, & res, quae celare ſolent ac debent honeſtae mulieres vel nuptae jam, vel ante nuptias. Ab his oculi Monachorum abſtinendi, ne inde flamma libidinis excitetur.

Ἄλλο.

ΠΑρθένε παρθένος ἴσθι καὶ ὄμματι, καὶ κρυφίοισιν,
 Μηδὲ συνεισαγάγῃς ἄρσενα κηδεμόνα.
Χριϛὸν ἔχεις ἀγαπητὸν. ἀπόπτυσον ἄνδρας ἅπαντας.
 Τί χρήζεις θανάτε φάρμακον ἔνδον ἔχειν;
Ὄμμασιν ὄμματα μίσγε, λόγῳ λόγον, ἁγνὲ καὶ ἁγνῇ. (Cod. Medic. habet ἀγνὴ)
 Εἶτά σε σωφροσύνης δήσομεν ἐν ϛεφάνοις.
Ἁγνὴ μηδ' εἴδωλα φέρειν χοὸς ἀφραδέοντος.
 Ἣδὲ συνοικεσίῃ τὴν νόσον ἐγγὺς ἔχει. (Cod. Medic. habet συνοικεσίῃ.)

ALIUD. CCVIII.

O Virgo, virgo eſto cum palam, tum occultè,
 Neque maſculum coïntroducas curatorem.
Chriſtum habes Dilectum tuum; reſpue viros omnes.
 Cur opus habes lethale venenum domi habere?
Oculis oculos miſce, ſermoni ſermonem, purus cum purâ:
 Dein te pudicitiae coronis cingemus.

Caſti

Digitized by Google

Caſti eſt, neque ſimulacra tolerare inſanientis terrae.
Cohabitatio morbum habet proximè.

NOTAE.

MElius fortaſſe Carmen hoc in duo ſcindatur. Primum ad *Agapetas* eſt, alterum ad *Agapetos*. Quod eſt ad illas, uti in Diſquiſ. I. infra notabo, ſpecioſum hunc titulum errori ſuo Virgines praetexebant, quòd nempe contubernalibus viris veluti curatoribus indigerent. Hujuſmodi excuſationem Poëta noſter improbat. Tum *Agapetos* alloquens, Ironicè eorum puritatem exagitat. In Carm. ejuſdem Gregorii, quod inſcribitur Ὑποθῆκαι παρθένοις, *praecepta Virginibus*, repetita videas, quae heic leguntur, ſed aliis plerumque verbis.

Ἄλλο.

Τοῖς ἀγαπητοῖς κηρύσσω τάδε, ταῖς τ' ἀγαπηταῖς:
Ἔῤῥετε Χριςιανῶν δηλήμονες, ἔῤῥετε λύσσης
Κλέπται τῆς φυσικῆς, καὶ ὄμματα πόρνον ἔχει τι.

ALIUD. CCIX.

AGapetis haec praedico, & Agapetabus:
Abite in malam rem, Chriſtianorum corruptores. Perite, ò furoris
Fures naturalis; nam oculis meretricium quid inſidet.

NOTAE.

IN Praeceptis ad Virgines ſimilia habentur. Illic ſecundum editionem Aldinam legitur: καὶ ἴθματα πόρον ἔχει τι, pro πόρνον. Neque rectè vertitur hic locus: *& motiones greſſum habeant quemdam*. Sed tota illa verſio ejus, qui hanc Aldo operam conduxit, innumeris atque ridiculis mendis ſcatet, ut cuivis legenti facili negotio apparebit. Oratoris cujuſdam dictum in impudentem refertur à Plutarcho: in oculis illum habere non κόρας, ſed πόρνας. h. e. non *pupillas* (quod idem eſt ac *puellas* virgines) *ſed meretrices*.

ALIUD.

Ἄλλο.

Deeſt in editis Hoeſchelii. Legendum ibi fortaſſe τοῦτο, ut ſit verſus.

Ἄπνευε πᾶσι, παρθένε, καὶ τοῖς ὄμμασι
Πάντων μάλιστα, μηδέ τιν᾽ εἰσοικίσῃς
Ἀνδρῶν βοηθὸν, μηδὲ τὸν σοφώτατον.
Σὺ μὲν γὰρ ἁγνὴ, τὸν φθόνον δ᾽ ἐγὼ λίαν
Δέδοικα, μή σε κεντρίσας δυσφημία,
Λύσῃ τὸν ἁγνὸν ζῆλον, οὗ στέργεις βίου.
Ὄλοιό μοι πᾶς ὅστις ἁγνείαν σέβων,
Τὴν τῶν ἀσάρκων ἀγγέλων παραστάτιν,
Σύνοικον αἱρῇ παρθένον. τί δεῖ πυρός;
Κρείττων πυρὸς σύ; πῶς δὲ τὸν καπνὸν φύγοις
Σαυτὸν μελαίνων τῇ κενῇ γλωσσαλγίᾳ;
Ἐντεῦθεν ἤρθης, παρθένε, καὶ ζῇς ἄνω.
Μάζα στενή σοι, καὶ σκέπη τὸ φορτίον;
Ὧν μή ποτ᾽ αἰσχρὸν εἵνεκεν μηδὲν πάθῃς.
Μηδ᾽ ἀντὶ τοῦ σοῦ προστάτου δέξῃ τινα
Κοινωνὸν αἴσχους, καὶ βίου, κἂν ἁγνὸς ῇ,
Μήπου σε Χριστὸς, ὡς διπλῆν ἔξω βάλῃ.

Hoeſchel. habet καπνῦ.

Hoeſchel. poſt Μάζα diſtinctionem ponit.

A L I U D. CCX.

SIs parte ab omni, Virgo, ſed potiſſimum
Oculis pudica, nec virorum quempiam
Admitte tecto, te ut juvet, ſophum licèt.
Tu namque quamvis caſta ſis, livor tamen
Terret, malum ne dedecus conflet tibi,
Zelumque vitae deleat, quam amplecteris.
Pereas velim, qui, caſtitatem dum colis,
Communem habere vis domum cum virgine,
Quae carne vacuis Angelis adſtat. Tibi
Flamma quid opus eſt? Non times flammam? Quid aſt?
Fugieſne linguae garrulae fumum gravem?
Elata es iſthinc virgo, ſurſum & victitas.
Eſt offa curta, te grave & pondus premit?
Haec turpe propter, virgo, nil admiſeris.
Sociumque vitae neminem turpis probri,
Quaeris patronum dum tibi, ſuſceperis;
Ne Chriſtus, ut duplicem, te ejiciat foras.

NOTAE.

HOs ipſos Jambos editos habes à Billio Tom. II. pag. 182. Operum Nazianzeni. Quum in Codice noſtro hic ſit eorum locus, omittere nolui, & praeſertim additurus unum verſum à Billio praetermiſſum. Ab Hoeſchelio quoque editum fuit Carmen hoc inter ſelecta S. Gregorii Nazianzeni Carmina è MSS. Codicibus Reipub. Auguſtanae. Billianam verſionem ego retinui.

Ἄλλο.

Ἄῤῥενα πάντ' ἀλέεινε, συνεισάκτον δὲ μάλιστα
Μηῤῥᾶς πικρὸν ὕδωρ, παρθένε. πείθεό μοι.
Αἰνῶ σωφροσύνην, καὶ σώφρονας. οἱ δ' Ἀγαπητοὶ
Μίγνυσιν τι χολῆς, ὦ φθόνε, τῷ μέλιτι.
Δίγαμον, ἢ Ἀγαπητόν. ὁ μὲν γάμος ἐδὲν ὄνειδος.
Τῶν δὲ συνεισάκτων φείδεται ἐδὲ λίθος.

ALIUD. CCXI.

MAſculum omnem declina, Syniſactum verò potiſſimè,
Velut Merrhae amarulentam aquam, virgo, crede mihi.
Laudo pudicitiam, & pudicos. At Agapeti
Oggerunt quid fellis melli, ò Invidia.
Bigamum potius, quàm Agapetum (laudo.) nam conjugium nil probri adfert.
Syniſactos verò ipſi etiam lapides reprehendunt.

NOTAE.

PRiores duo verſus editi ſunt in Poëm. III. Nazianzeni pag. 57. Tom. II. edit. Billianae, ita tamen ut illic ſit Hexametrum, quod heic eſt Pentametrum.

Μηῤῥᾶς. *Merrbae*. Ad Hiſtoriam Exodi Cap. XV. reſpicit Poëta, ubi Hebraei ἐκ ἠδύνναντο πίειν ὕδατα ἐκ Μηῤῥᾶς; *non potuerunt bibere aquam de Merrba*. Nempe amariſſima haec fuit. Vulgata tamen ſacrorum Librorum editio *Mara* legit, & S. Hieron. in Epiſt. CXXVII. *Marab*, inquit, *ex amaritudine nomen accepit*. Quod & aliis

aliis in locis commemorat. Ita qui Hebraicum textum ſequuntur, *Mara* habent; qui verò LXX. verſionem, *Merrha*. Poſtremam lectionem alibi uſurpat Nazianzenus, tum Ambroſius, tum Paulinus Nolanus, Auctor Conſtitutionum Apoſtolicarum, S. Cyprianus, & alii. In pleriſque editionibus Julii Firmici de Errore profan. Relig. prope finem invenias ſcriptum *Myrrha* pro *Merrha*, quod nomen à Librariis, quum alterum nequaquam intelligerent, ſuppoſitum fuit.

Δίγαμον. *Bigamum*. Veteri Chriſtianorum Eccleſiae parum probabantur ſecundae nuptiae, quippe quae intemperantiam ſapere videbantur. Ideo Anthenag. in Legat. pro Chriſt. prope finem ait: ἢ οἷός τις ἐτέχθη, μένει, ἢ ἐφ' ἑνὶ γάμῳ. ὁ γὰρ δεύτερος εὐπρεπής ἐςι μοιχεῖα &c. *Vel, ut natus eſt, unuſquiſque noſtrum manet, vel in unicis nuptiis; ſecundae quippe ſpecioſum ſunt adulterium*. Theophilus Antioch. Lib. III. ad Autolycum, Minutius Felix, & alii idem teſtantur. Atque hinc factum, ut non primis tantùm Chriſtianae Reipublicae temporibus, ſed noſtris etiam, Bigamia impedimento ſit ad Eccleſiaſtica miniſteria tranſire volentibus. Vide Can. Apoſtol. XVII. Tertullian. Lib. I. Cap. VII. ad uxorem, & S. Baſil. in Epiſt. Canonica ad Amphiloch. Nihilominus ſecundae nuptiae, quas diu Catholica aegrè tulit Eccleſia, quamquam ratas ſemper habuerit, locum ſenſim obtinere coeperunt, humana infirmitate illas exigente: quod tamen ex venia quadam atque indulgentia factum. Audi Nazianzenum ipſum in Orat. XXXI. pag. 501. edit. Billianae, ubi in haec verba de Apoſtolo loquitur: Δοκεῖ μοι παραιτεῖσθαι τὴν διγαμίαν ἐνταῦθα ὁ λόγος, εἰ δὲ μὲν γὰρ δύο Χριςοὶ, δύο καὶ ἄνδρες, δύο καὶ γυναῖκες. εἰ δὲ εἷς Χριςὸς, μία κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ μία σὰρξ, ἡ δευτέρα δὲ ἀποπθυέσθω. τὸ δεύτερον δὲ ἂν κωλύσῃ, τῦ τρίτυ τίς λόγος; τὸ πρῶτον νόμος, τὸ δεύτερον συγχώρησις, τὸ τρίτον παρανομία. Ideſt. *Hac enim oratione ſecundas nuptias mibi diſſuadere videtur. Si enim duo Chriſti ſunt, duo quoque viri ſint, & duae uxores. Sin autem unus Chriſtus, unum Eccleſiae caput; una etiam caro ſit, ſecunda autem reſpuatur. Quod ſi ſecundam probibeat, de tertia quid dicendum eſt? Primum lex eſt; ſecundum venia, atque indulgentia; tertium iniquitas;* Sed ſe ferre ex indulgentia ſecundas nuptias clariùs prodit Gregorius Orat. *in Sancta Lumina*, ubi in Novatum eo nomine invehitur, quòd contra S. Pauli ſententiam adoleſcentioribus viduis nubere non permittat. Hoc autem in loco ſe probaturum, ſeu potius toleraturum eſſe dicit, ſi quis ad ſecunda vota tranſeat, ut Juriſconſulti loquuntur, quàm ſi virginitatem in contubernio

bernio Monachorum periclitantem habeat. In Codice tamen noſtro non δίγαμον, ſed δίσγαμον ἢ ἀγαπητὸν, ſcriptum eſt. Neceſſariam emendationem putavi. Subintelligo αἰνῶ μᾶλλον; nam ſupra dixerat αἰνῶ σωφροσύνην. Niſi fortè legere malis δύσγαμον, ut ſit ſenſus: *Infeliciter nubentem magis laudo, quàm Agapetum;* quod tamen non aequè bene facit ad rem.

Ἄλλο.

πρὸς Μοναχούς.

ΟἹ Μοναχοὶ Μοναχῶν βίον ἕλκετε. εἰ δ' ἀγαπηταῖς
    Συζῆτ', οὐ Μοναχοί. ἡ δυὰς ἀλλοτρίη
Ἀγγελικῆς δόξης εἰκὼν μονάς. εἰ δ' ἀγαπηταῖς
    Τέρπεσθε, θνητῆς ἐστὲ φίλοι δυάδος.
Πείθομαι, ὡς ἁγνῇ συζῇς ἁγνός. ἀλλὰ γυναικὶ
    Σήμερον εἰ σώφρων, αὔριόν ἐστι φόβος
Τῶν Χριστῷ ζώντων, καὶ τερπομένων ἀγαπηταῖς
    Μή τι τοὺς μεγάλους αὔρα φέρει καμάτους.
Ἢ πῦρ, ἠὲ πυρὸς σημήϊα τοῖς ἀγαπητοῖς.
    Τὴν εἰκαζομένην φεύγετε σωφροσύνην.

ALIUD. CCXII.

ad Monachos.

MOnachi vitam Monachorum vivite. Sin Agapetabus
    Convivitis, non Monachi eſtis. Binarius à vobis alienus.
Angelicae gloriae monas imago eſt. Sin Agapetabus
    Delectamini, mortalis dyadis amici eſtis.
Credo, te purae purum convivere. Atqui cum foemina
    Si te hodie pudicum praeſtas; cras verendum,
Hominum Chriſto viventium, & Agapetarum contubernio gaudentium
    Ne fortè ingentes aura ferat labores.
Aut ignem, aut ignis ſigna habent Agapeti.
    Quam ſibi ii fingunt, fugite temperantiam.

NOTAE.

UT Monachos ab Agapetarum contubernio Gregorius avertat, ab eorum nomine ac inſtituto argumenta depromit. *Monachus* enim ideo nuncupatus, quia *ſolitarius*, & *ſoli* ſibi, & Chriſto viveret. Qui verò cum Agapetabus vitam agit, non amplius *unus*, & *ſolus;* ſed efficitur, ut ita dicam, *duo*. *Monas* quoque, hoc eſt, *unitas* Angelis convenit aeternùm Virginibus. Hanc in terris imitantur Monachi. At qui Agapetabus deleſtatur, mortalem *dyadem*, ſeu *dualitatem*, ſeu *binarium* amat.

Αὔριον ἐςι φόβος. *Cras verendum*. Hunc verſum cum duobus ſequentibus conjunxi, ut ſit ſenſus: cras verò metuendum eſt, ne levis ventus iis, qui Chriſto vivunt, & adhuc Agapetabus convivere non dubitant, omne è praeteritis laboribus meritum ſurripiat. Pro φέρει, quod eſt in ambobus Codicibus, legendum videtur φέρῃ.

Ἄλλο.

Ὅτι ὐκ ἀπὸ τῶν πιπθόντων χρὴ τὺς ἀγνὺς διαβάλλειν.

Cod. Med. habet ὐδ' ἐνὶς.

ΤΙ' φὴς: οἱ μὲν ἀγνοὶ, καὶ σώφρονες, ὐδὲν ἀνάγνυ
Κλέπτυσιν κακίης ὐδενὸς οἱ πλέονες.
Εἷς δὲ κακὸς σεμνοῖς, καὶ πλειόσιν ἐςιν ὄνειδος.
Ὥςε τι μὲν συζῆν ἄρσεσι τὰς ἀγάμυς;
Φείδεσθε γλώσσης, φθονερῶν γένος. ὔτε κάκιςοι
Πάντες, ὔτ' ἀγαθοί. καί τι φύσει δοτέον.
Εἴ τις ἀγνωόντων πότ' ἀπώλετο, τῦτ' ἐπὶ πάντων
Οἴσετε; τὰς δὲ χρόας χωρὶς ἕκαςος ἔχει.

A L I U D.

Quod propter lapſos non decet criminari caſtos. CCXIII.

QUid ais? Plures ſunt pudici, ac temperantes,
Qui nil umquam foedum clam committunt.
Unus porro malus caſtis, & pluribus eſt dedecori.
Quare quid attinet maribus convivere innuptas?

Parci-

Parcite linguae, ò invidorum genus. Neque peſſimi ſunt
Omnes, neque boni: & aliquid naturae eſt dandum.
Si quis purorum umquam periit, an hoc de omnibus
Judicium erit? colores ſuos quiſque ſeorſum habet.

NOTAE.

UBi Agapetos, eorumque vitia Gregorius exagitavit, ſe ad obtrectatores convertit, quibus Monachorum genus univerſum male audiebat, eò quod ex his nonnulli in Agapetarum contubernio caſtitatis jacturam feciſſe crederentur. E quorumdam lapſu omnium mores non eſſe aeſtimandos ait. Ego pro titulo Epigrammatis id conſtitui, quod in MS. Codice tàmquam verſus conſcriptum erat. Et ſane ſi titulo eidem particulas ὅτι, ac τῶν adimas, verſum integrum habebis.

Τί φὴς; *Quid ais?* In MS. Codice Ambroſiano ſcriptum eſt τίς φήτις. Ut metro, ac ſenſui ſatisfacerem, aliter legendum cenſui. In Mediceo legitur τίς φύτις. Quae lectio ne ipſa quidem probari mihi poteſt.

Τὰς δὲ χρόας. *Colores*. Neſcio, an praeſtet legere τοὺς δὲ χρόας, ut ſit à χρὼς, quod *corpus* ſignificat. Tum enim haec ita poſſemus interpretari. Quiſque ſuum corpus ab alio ſejunctum habet, & uno cadente neceſſe non eſt ut alterum cadat.

Ἄλλο.

Ἄγγελος ἦν ὁ πονηρὸς ἑωσφόρος. ἀλλὰ πεσόντος
Ἀγγελικῆς οὐδὲν χάριτος πέσεν οὐδὲ μαθηταῖς
Ἔστιν Ἰούδας ὄνειδος, ἐπεὶ πέσεν. Ἀλλὰ σὺ πάντας
Ἀγνοὺς ἐξ ὀλίγων ὑβρίζεις. τοῦτο δίκαιον;

ALIUD. CCXIV.

ANgelus fuit malus Lucifer; ſed illo cadente
Nil gratiae Angelicae decidit. Neque Diſcipulis
Probro eſt Judas, licèt ceciderit. Sed tu omnes
Caſtos è paucorum (lapſu) vituperas. Eſtne hoc juſtum?

NO-

NOTAE.

REm eamdem Poëta noſter exemplis agit. Similibus verò ſenſibus & verſibus ferme uſus eſt in Carm. II. Tom. II. pag. 54. edit. Billianae, ubi Judae, & Angeli mali commemorat lapſum.

Ἄλλο.

ΜΗ' τ' εὐπλοῦσι ναυαγοῦντας προςίθει,
Μή τ' εὐβιοῦσι τοὺς σφαλέντας ἐν βίῳ.
Χωρὶς τὰ καλῶν, καὶ κακῶν ὁρίσματα.
Ὀλέσθαι τοὺς πίπτοντας ἐκλέγω μόνον.
Τῶν δ' εὐδρομούντων οὐδαμοῦ μεμνημένος,
Λέγεις πεσόντας. τοὺς κατορθοῦντας δ' ἐγώ.
Σὺ τοὺς κακίστους, ὡς κακός. καλοὺς δ' ἐγώ.
Χωρὶς τὸν αἰσχρὸν, τόν τε σώφρονα τίθει.
Μὴ κρὶν ἀνάγνους πάντας ἐξ ἑνὸς κακοῦ.
Αἰδοῦ τὸν ἁγνὸν μᾶλλον, ἢ μίσει κακόν.

Ita ego ſcripſi MS. habet ἔλου.

ALIUD. CCXV.

NE inter feliciter navigantes, naufragantes recenſe,
Neque inter rectè viventes eos, qui in vita erraruut.
Diverſi ſunt bonorum, ac malorum termini.
Perire lapſos dumtaxat dico.
Tu verò bene currentium nuſquam mentionem faciens,
Lapſos ſolos commemoras; ego verò bene operantes.
Tu peſſimos, quum ſis malus; honeſtos ego.
Diſtingue laſcivum à pudico.
Ne judica impuros omnes ex uno malo;
Caſtum magis reverere, quàm odio habeas malum.

Περὶ γάμου.

ΕΓ σοί τι κρεῖσσον καταφαίνεται. οὐ γὰρ ἔμοιγε.
Οἰκέτις ἢ γαμετή; εἰπέ μοι ὦ φιλότης.
Σαρκὸς γὰρ ἐσμὲν δεσμῶται πάντες ἀληθῶς,
Μοίρης θειοτέρης χείρονι κιρναμένης.

Τί

Τί κρεῖσσον ψυχὴν τὴν τλήμονα σαρκὸς ἀνέλκειν,
Ἠ̓ προσεπισφίγγειν ἅμμασι δεινοτέροις;

De Nuptiis. CCXVI.

AN tibi aliquid praeſtantius videtur (mihi enim certè nequaquam)
Ancilla, quàm uxor? dic mihi, ò amice.
Carnis enim captivi omnes revera ſumus,
Divinâ parte deteriori immixtâ.
Quid praeſtantius eſt, animamne miſeram à carne abducere,
An gravioribus nodis carni adſtringere?

NOTAE.

OStendit, quantum conjugio virginitas praeſtet. In primo verſu ambo Codices Ambroſianus, & Mediceus, habent χρηςὸν. Ego ſcripſi κρεῖσσον ex conjectura Salvinii, quam video probari in quincto verſu, ubi idem verbum occurrit. In ſecundo verſu Codex Ambroſ. habet οἰκέτις καὶ γαμετή, metro planè corrupto. Ea propter illud καὶ in ἢ converti. Mediceus praefert οἶκος καὶ γαμετή: ſed ne ipſe quidem rectè, ut mihi videtur. Nominibus autem *Ancillae*, & *Uxoris*, Nazianzenus ſignificat *Carnem* & *Animam* hominis. Qui igitur Carni Animam poſthabet, uxori ancillam praefert. In (*) quincto verſu Cod. Medic. habet πάντες δεσμῶται ἐσμεν. In ſequenti omittit illud τί.

Ὅτι καὶ παίζειν ἐςὶ σεμνῶς.

ΠΑίζει καὶ πολιή. τὰ δὲ παίγνια παίγνια σεμνὰ,
Μιγνυμένης Χριςῷ τῆς ἀταλαφροσύνης.
Καὶ βλοσυρὸν γελόων τέρπω φρένας. Οἱ δ' ἑλικῶνες
Ἔῤῥετε, καὶ δάφναι, καὶ τριπόδων μανίαι.

Quod & honeſtè jocari licet. CCXVII.

JOcatur etiam canities. Sed luſus ſunt luſus graves,
Permixtâ Chriſto ſimplicitate.
Et ego grave ridens, animum oblecto. Helicones verò
Abite, & Lauri, & Tripodum furores.

(*) In tertio non in quincto, ἐσμὲν δεσμῶται πάντες.

NO-

N O T A E.

IN ſe ipſum hos verſus effinxiſſe Gregorium crediderim, ut qua ratione pangendis carminibus ſeſe oblectaret, apertum fieret. Scilicet luſus ſuos graves appellat, ideoque ſenectutem ſuam decentes. Cicero alicubi, *plus ſibi placere ait joca Platonis, quàm ſeria Stoïcorum*. Sunt enim joca gravia.

Ε'λικῶνες. *Helicones*. Muſicum inſtrumentum ἐννεάχορδον, hoc eſt *novem cordis conſtans*, fuit ἑλικών, *Helicon*, ut in muſicis tradunt Ptolemaeus, & Proclus, ac eruditè monet Julius Caeſar Scaliger Lib. I. Cap. XXXXVIII. Poëtices. Muſas inde *Heliconiadas* appellari, ſententia quorumdam fuit. Utrum huc reſpiciat Poëta noſter, an potius ad *Heliconem* montem, Apollinis domicilium, ut Ethnicorum commenta ferebant, ſtatuere neſcio. Certum tamen eſt, heic à Nazianzeno ipſorum Ethnicorum Poëtarum conſuetudinem notari, qui, ut nugas fabulaſque canerent, Heliconem ac Parnaſſum ſe ingredi fingebant. Perſius in Proemio morem hujuſmodi ridens, haec habet:

Nec fonte labra prolui Caballino,
Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo
Memini, ut repente ſic Poeta prodirem.
Heliconidaſque, pallidamque Pyrenen
Illis relinquo &c.

Ita & Laurus Numinum, Vatumque Ethnicorum ornamentum fuit, ac praecipuè Apollinis, cui & Tripodes ſacri fuere. Ad haec ergo Poëta noſter alludens, ſibi, ut carmina pangat, minimè neceſſe Lauros, ac Tripodas, quaerere, ſignificat; non enim fabulas, & ſomnia canit, quod fecere Ethnici Poëtae.

Πρὸς τὺς ἐν Μαρτυρίοις τρυφῶντας.

EΙ' φίλον ὀρχησαῖς ἀθλήματα, καὶ φίλον ἔσω
Θρύψις ἀεθλοφόροις. ταῦτα γὰρ ἀντίθετα.
Εἰ δ' ὐκ ὀρχησαῖς ἀθλήματα, ὐδὲ ἀθληταῖς
Η' θρύψις: πῶς σὺ Μάρτυσι δῶρα φέροις
Α'ργυρον, οἶνον, βρῶσιν, ἐρεύγματα; ἦ ῥα δίκαιος,
Ο'ς πληροῖ θυλάκυς, κᾂν ἀδικώτατος ᾖ;

Ai

Ad eos, qui in Martyrum Baſilicis genio indulgent. CCXVIII.

SI grata ſunt ſaltatoribus certamina, gratae ſint etiam
Athletis deliciae. Haec enim ſunt oppoſita.
Sin verò neque ſaltatoribus certamina, neque athletis
Deliciae: quomodo tu Martyribus dona fers
Argentum, vinum, eſcam, & ructationes? Num juſtus,
Qui folles impleat, etiamſi injuſtiſſimus ſit?

NOTAE.

CArmen hoc, & ſequentia, idem complexa argumentum, non è Codice tantùm Ambroſiano, ſed etiam è Regio 2891. fol. 240. Boivinii V. C. ope deſcripta habemus. Scholiaſtes item ille vetuſtus, quem Ambroſiana Manuſcriptum ſervat, eadem interpretatur. Diverſus porro titulus apud iſtum Scholiaſten exhibetur, videlicet εἰς ἑορτὴν τῶν Μαρτύρων; *in Feſtum diem Martyrum*. Sed quodnam horum Carminum eſt argumentum? *Agapas*, ſeu Convivia illa, quae ſacris in Baſilicis peragebantur in SS. Martyrum honorem, minimè Nazianzenus probabat, quòd multi jam abuſus, ac praeſertim ebrietas, piae conſuetudinis inſtitutum corrupiſſent. Quare, ut ab iis Chriſtianos deterreret, hujuſmodi verſibus Poëta noſter eſt uſus. Tu vide, quae de hiſce *Agapis*, ſive Conviviis, eorumque varia diſciplina dixero in Diſq. II. non enim notis uberrima ſeges poterat claudi.

Εἰ φίλον. *Si grata &c.* Si, inquit Nazianzenus, iis, qui ſaltatoriam artem profitentur, certamina ac bella grata ſunt; Athletis etiam, ac militibus, deliciae atque otium placebunt. At neutrum eſſe poteſt. Nam quemadmodum illi ab artibus belli, armorumque furore abhorrent, ita hi quoque delicias quietemque odere. Οἱ πόνοι, καὶ ἡ ἄνεσις, *laborare, & quieſcere*, ſive *otiari*, oppoſita ſunt, ut ait laudatus Scholiaſtes.

Εἰ δ' οὐκ. *Sin verò neque &c.* Videlicet: Igitur ſi neque Athletis militibuſque deliciae placent; ſi contra neque ſaltatoribus horrida Martis certamina grata ſunt: cur tu ad Martyres, nempe ad fortiſſimos Chriſtianae Fidei Athletas, defers molliſſimas dapes, & comeſſationes, hoc eſt vinum, & eſcam, è quibus ebrius revertaris?

Digitized by Google

Hʹ ῥα δίκαιος. *Num juſtus &c.* Ita in Regio Codice. Ideſt: Num qui ad iſta Convivia accedit, & folles, ideſt, ventres implet, juſtificatur, ſi injuſtus, ſique Deo propter ſcelera inviſus ante erat? Minimè gentium ſane. In Ambroſ. Cod. ἦ ῥα ſcriptum eſt, nempe *fiatne:* quod mihi magis placet.

Ἄλλο.

ΜΑ΄ρτυρες, εἴπατε ἄμμιν, ἀληθῶς εἰ φίλον ὑμῖν
 Αἱ σύνοδοι. τί μὲν οὖν ἥδιον; ἀντὶ τίνος;
Τῆς ἀρετῆς. πολλοὶ γὰρ ἀμείνυς ὧδε γένοιντ᾽ ἂν,
 Εἰ τιμῷτ᾽ ἀρετή. Τῦτο μὲν εὖ λέγετε.
Ἡ δέ μέθη, τό τε γαςρὸς ὑπάρχειν τὺς θεραπευτὰς
 Ἄλλοις. ἀθλοφόρων ἔκλυσις ἀλλοτρίη.

A L I U D. CCXIX.

MArtyres, dicite nobis, verè an placeant vobis
 Conventus. Quid enim jucundius? Cujus rei cauſſâ?
Ob Virtutem. Nam multi meliores evadant,
 Si Virtus honoretur. Rectè hoc dicitis.
At ebrietas, & ventris eſſe cultores,
 Aliorum ſit. A Martyribus aliena intemperantia.

N O T A E.

DIalogus eſt inter Comeſſatores, & SS. Martyres, ſive inter iſtos, & Poëtam pro Comeſſatoribus interrogantem. Et primò interrogat, an ipſis Martyribus publici conventus, & convivia grata ſint.

Τί μέν ὖν ἥδιον. *Quid enim jucundius?* Num hoc dicant Comeſſatores, an potius Martyres, incertum mihi. Illud ἀντὶ τίνος; quod ſequitur, certè ad Martyres referendum, petentes, quare convivia ſibi placere debeant. Reſpondent ſubinde Comeſſatores, ob Virtutem debere placere; homines enim amorem Virtutis concipere facilè poſſunt, quum illam in Martyribus honoratam, & omnium gaudio exceptam videant. Martyres ad haec reſpondent, ſe bonum comeſſantium animum laudare, at ventris ingluviem, & ebrietatem ab iis conventibus arcendam. In tertio verſu pro γὰρ, quod legitur

in Cod.

in Cod. Pariſ. Ambroſianus habet γ' ἂν. In poſtremo occurrit ἀθλοφόρων, qua voce ſaepe monui SS. Martyres ſignificari.

Α'λλο.

Cod. Medic. habet ἐυλίας.
Cod. Pariſ. habet εὑρομεν.
Cod. Medic. habet δ' ἐπι.

ΔΑίμοσιν εἰλαπίναζον ὅσοις τοπάροιθε μεμήλει
Δαίμοσιν ἦρα φέρειν, ἐ καθαρὰς θυσίας.
Τἔτε Χριςιανοὶ λύσιν εὕρομεν. ἀθλοφόροισι
Στησάμεθ' ἡμετέροις πνευματικὰς συνόδες.
Νῦν δέ τι τάρβος ἔχει με, ἀκέσατε ὦ φιλόκωμοι.
Πρὸς σὲς δαιμονικὲς αὐτομολεῖτε τύπες.

ALIUD. CCXX.

DAemonibus opiparas menſas parabant, quibus antea cordi erat
Daemonibus grata offerre, minimè puras hoſtias.
Hujus rei Chriſtiani invenimus finem. Martyribus
Noſtris ſtatuimus ſpiritales conventus.
Qui me timor nunc habeat, audite, ò comeſſatores:
Ad Daemoniacas formas, rituſque transfugitis.

NOTAE.

CRedebant Ethnici, Deos ſuos pinguibus hoſtiis, & nidore fumi, & conviviis delectari. Hinc apud ipſos epularum, & victimarum nullus finis. Suſtulerunt hujuſmodi ſuperſtitionem Chriſtiani, ſeu potius expiarunt; utrumque enim ſenſum vox λύσις patitur. Quamobrem ad ſuperſtitioſos illos ritus redire gentem Chriſtianam, meritò conqueritur Poëta noſter.

Α'λλο.

MΗ' ψεύδεσθ', ὅτι γαςρὸς ἐπαινέται εἰσὶν ἀθληταί.
Λαιμῶν οἶδε νό μοι, ὦ 'γαθοί, ὑμετέρων.
Μάρτυσι δ' ἐς τιμὴ ἓν ἐπίςαμαι. ὕβριν ἐλαύνειν
Ψυχῆς, καὶ δαπανᾶν δάκρυσι τὴν πιμελήν.
Μαρτύρομ', ἀθλοφόροι, καὶ Μάρτυρες. ὕβριν ἔθηκαν
Τιμὰς ὑμετέρας οἱ φιλογαςορίδαι.
Οὐ ζητεῖτε τράπεζαν εὔπνοον, ἐδὲ μαγείρες.
Οἱ δ' ἐρυγὰς παρέχεσ' ἀντ' ἀρετῆς τὸ γέρας.

Digitized by Google

ALIUD. CCXXI.

NE mentiamini, quòd ventris laudatores ſint Martyres.
Gularum veſtrarum hae ſunt leges, ò boni.
Martyribus unum ſcio honori eſſe, dedecus expellere
Animae, & lacrymis conſumere pinguedinem.
Teſtor vos, certaminum victores, & Martyres: contumeliam reddidere
Honores veſtros lurconum filii iſti.
Non quaeritis menſam odoram, non coquos.
Hi exhibent ructus Virtutis praemium.

NOTAE.

Ἀθληταί. *Martyres*. *Athletae* vertendum erat, ſed ut legentibus ſtatim innoteſceret ſenſus, *Martyres* ſcripſi, Scholiaſten etiam Ambroſianum ſequutus. Martyres autem ἀθληταὶ, & ἀθλοφόροι infra, appellantur, quia pro Chriſto glorioſum certavere certamen.

Ὦ 'γαθοί. *O boni*. MS. Ambroſ. ὦ γαθὲ, Pariſienſis verò ὦ ἀγαθοὶ habent. Scholiaſtes Codici noſtro concors explicat: ὦ ἄνθρωπε, ò *homo*. Ego ſcribere malui ὦ 'γαθοί.

Φιλογαστορίδαι. *Lurconum filii*, ſeu guloſorum. Patronymicè pro *lurcones*, & guloſi. Ita porro habent MSS. Pariſ. & Medic. In Ambroſiano legitur Φιλογαστριδίαι, quod minus elegans eſt.

Ζητεῖτε. *Quaeritis*. Ita ſcriptum in Cod. Pariſ. & apud Scholiaſten. Ambroſianus Codex habet ζευτεῖτε, uti etiam in poſtremo verſu οὐδ' pro οἱ δ', quod eſt in aliis Codicibus.

Juvat heic addere Fragmenta duo Carminum Gregorii, quum inter ejus edita Opera meis non occurrant oculis. Leguntur autem in alio MS. Codice Ambroſianae Bibliothecae, variis jamque evulgatis ejuſdem S. Poëtae verſibus immixta. En illa.

CARMEN CCXXII.

ΚΑλεῖς, καλεῖς με. προστρέχω δέδοικα δὲ
Τὸ πῦρ, τὸ χάσμα, τὴν ζέσιν τοῦ πλουσίου.
Τίς Ἀβραὰμ δώσει με τοῖς κόλποις φέρων;

Vocas,

VOcas, vocas me: accurro; timeo enim
Ignem, voraginem, bullitionemque Divitis.
Quis me Abrahae ſinui, ferens, dabit?

Ἄλλο.

ἘΞ ἰατρῶν πάρειμι τοῦτο κερδάναι,
Τὸ μή τι, Χριστὲ, σοῦ φέρειν ἀνώτερον,
Πάρ οὗ τὰ πάντα, καὶ τὸ φαρμάκων σθένος.

ALIUD. CCXXIII.

A Medicis hoc in praeſentia lucri facio,
Nihil, Chriſte, te ſuperius ducere,
A quo omnia, & medicinarum virtus.

NOTAE.

AD ſupremum Numen priores Jambi reſpicere videntur. Inquit autem Gregorius: Vocas me, vocas ad te, Deus. En feſtinus ad te curro; timeo enim ſortem Evangelici Divitis. Sed quis me in Abrahae ſinum deferet? Sequentes Jambi compoſiti videntur, poſtquam Medicis fruſtra conantibus ipſum ab aliquo morbo liberare, Chriſtus eidem reſtituit ſalutem priſtinam.

Τὸ μή τι. In MS. Ambroſ. erat τό μέ τι. Medicam manum poſcere mihi videbatur hic locus. Quare cum Salvinio legere placuit τὸ μή τι.

POſt Carmen περὶ διαθηκῶν, καὶ ἐπιφανείας Χριστοῦ. *De Teſtamentis, & adventu Chriſti*, quod legitur Tom. II. pag. 173. edit. Billianae, nonnullos verſus Scholiaſtes Ambroſianus MS. interpretatur, mihi nuſquam conſpectos. Et quoniam Nazianzeni textum producere nequimus, non ingratum, ut arbitror, futurum eſt, ſi Scholiaſtis hujus Paraphraſin pro verſibus Gregorianis proferamus, expectaturi ab aliis meliora.

Περὶ

Περὶ Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως.

Ὅστις οὐ σέβεται τὸν υἱὸν, καὶ λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς, τὸν ἀεὶ ὄντα, οὐδὲ ἰσόθεον ἡγεῖται τῷ θεῷ, καὶ πατρί: μωρός ἐστι, καὶ ἀνόητος, καὶ τῆς προσηκούσης περὶ θεοῦ ἐννοίας ἀλλότριος. Καὶ ὅστις δὲ τὸν θεὸν λόγον, καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν, ἐνταῦθα φανέντα, ἤτοι τὸν κάτω θεὸν οὐ σέβεται, καὶ τιμᾷ ἰσοθέως τῷ οὐρανίῳ λόγῳ; τέμνει δὲ, καὶ χωρίζει ἢ τὸν λόγον τοῦ μεγάλου πατρὸς, ἢ τοῦ λόγου τὴν ἀνθρωπίνην μορφὴν, καὶ τὸ ἡμέτερον πάχος: καὶ οὐ μιᾷ τιμῇ προσκυνεῖ τὸν Ἐμμανουὴλ: καὶ οὗτος ὁμοίως μωρὸς, καὶ ἀσύνετος, καὶ τοῦ φυσικοῦ λόγου παντελῶς ἀλλότριος.

Ἦν θεὸς: ἀλλὰ γέγονεν ἄνθρωπος. υἱὸς θεοῦ πατρὸς: ἀλλ' ἐγένετο καὶ ἀνθρώπου υἱὸς, ἵνα μικτὸς ὢν μίξῃ τοῖς ἀνθρώποις ἡμῖν τὸν θεόν. εἷς ἐξ ἀμφοτέρας θεὸς, τοσοῦτον ἄνθρωπος, ὅσον ἐμὲ ποιεῖ ἀπὸ ἀνθρώπου.

Ἵλεως εἴης μοι κύριε, ὁ ἀνάτρωτος, ὁ μετὰ σώματος τοῦ πληγωθέντος, δι' ἐμέ, καὶ τρωθέντος, εἷς τῆς Τριάδος ὑμνούμενος. Τοσοῦτον ἔσο γινώσκων, ὅστις ἂν ᾖς ὁ τὰ τῆς οἰκονομίας διερευνώμενος. οὐ προσῆκον δὲ πλεόνως ἐξετάζειν, καὶ τὸν ὑπὲρ νόησιν νοῦν,

καὶ

De Chriſti Incarnatione.

Quicumque Filium, Verbumque Dei ac Patris, ſemper exiſtens, minimè veneratur, neque Deo ac Patri aequalem arbitratur, fatuis, & inſipientibus eſt accenſendus, & eſt convenienti Numinis notione deſtitutus. Et quicumque Deum Verbum, & Hominem, qui heic in Mundo apparuit, vel Deum degentem in terris non adorat, aut aequali cultu non veneratur, ac ipſum coeleſte Verbum, dividit verò, ſeparatque verbum à magno Patre, aut à Verbo humanam formam, & noſtram craſſitudinem; & non uno honore adorat Emmanuel: iſte etiam ſimiliter fatuus eſt, & inſipiens, & à naturali ratione omnino alienus.

Erat Deus; Homo verò factus eſt. Erat Dei Patris filius; at Hominis quoque filius eſt factus, ut ita commixtus nobis Deum hominibus commiſceret. Unus ex utraque natura Deus, & adeo verus homo, quantum me verum hominem ex homine facit.

Propitius mihi ſis, Domine, qui vulneratus, qui cum corpore flagellato propter me, & transfixo, unus è Triade hymnis celebraris. Tantum ſat tibi ſic cognoſcere, quicumque, quae ad divinam Incarnationem ſpectant, veſtigas. Non convenit verò amplius ſcrutari,

tari,

Digitized by Google

καὶ τὴν ἄφραστον μίξιν διερευνᾶσθαι. ἀσύμφορον γάρ.

tari, & Intellectum ſupra intellectionem, & ineffabilem mixtionem rimari; inutile enim, ac perniciosum eſt.

Τοσοῦτον ἐλάβομεν, ὅσον χωρεῖν ἐδυνάμεθα. μᾶλλον δὲ καὶ πλείω ὑπεδείχθη ἡμῖν ἀνθρωπίνης συνήσεως. καὶ προσήκει στέργειν τὴν σύμμετρον ἡμῖν, καὶ ἀνάλογον γνῶσιν.

Tantum accepimus, quantum capere potuimus. Imo majora praemonſtrata ſunt nobis, quàm humanae mentis acies ferat; & par eſt, ut captui noſtro accommodatae, & congruenti notitiae acquieſcamus.

Εἰ μὲν οὖν πείθω σε, ταῦτα λέγων, τοῦτο ἀπόδεκτον. εἰ δὲ βούλει τὸν χάρτην καταμελαίνειν πλείοσι λόγοις, ὡς μὴ χωρητῶν σοι τυγχανόντων τῶν εἰρημένων: φέρε δὴ, ταῖς τῆς σῆς καρδίας πλαξὶ τὰ εἰρημένα μοι ἐγχαράξω, καὶ ἐντυπώσω τῇ διανοίᾳ σου διὰ τῆς ἐμῆς γλώττης, ἥτις μοι ἀντὶ γραφίδος ἐστὶ, καλλιγραφοῦσα τὰ θεῖα ψυχαῖς τῶν πιστῶν δίχα μέλανος.

Si igitur tibi haec dicens perſuadeo, gratum eſt. Sin autem cupis chartam pluribus verbis illinire, tamquam ne percipi quidem ingenio, quae hactenus dicta ſunt, poſſint: Age, cordis tabulis ea, quae à me dicta ſunt, inſcribam, imprimamque in cogitatione tua per linguam meam, quae mihi pro ſtylo eſt, & pulchris, ac elegantibus characteribus divina exarat in animabus Fidelium, abſque atramento.

NOTAE.

QUin Carmen hoc, cujus exemplar deſideratur, à Nazianzeni Poëmate περὶ τοῦ υἱοῦ, *de Filio*, Tom. II. pag. 161. edit. Billianae, diverſum planè ſit, nulla mihi eſt dubitatio; nam in eodem MS. Codice Scholiaſtes utraque eſt interpretatus; & alia heic, alia illic habentur ſenſa. Exponit autem heic Theologus, quaenam ſint de Filio Dei poſt humanam ab ipſo carnem aſſumtam ſentienda, Arianorum inſipientiam, ac temeritatem perſpicuè ſugillans. Divinum Verbum pari cum Patre honore eſſe colendum affirmat; quippe inter ſe aequalis uterque. Humanam formam à Divini Patris Filio aſſumtam minimè ejus divinitati obfuiſſe, ita ut alio cultu nunc ſit Chriſtus adorandus, tradit. Quod ſi qui eſſent, quibus intimè perſcrutari placeret altiſſimum Incarnationis myſterium, eos com-

commonet Gregorius, ut mentem Fidei ſubmittant, & ſublimia Trinitatis conſilia, atque arcana potius venerentur, quàm aliiùs ſcrutari pergant. Supra hominis captum haec eſſe, fruſtraque ſtylo operam dari, ut incomprehenſibilia explicentur. Pro ἀνάτρωτος, *vulneratus*, quod in hac paraphraſi occurrit, Clariſſ. Salvinius ſuſpicatur legendum ὁ ὢν ἄτρωτος. Hoc eſt (verbo ſit venia) *qui quum ſis invulnerabilis*, flagellis caeſus propter me, ac vulneratus &c. Vocabulum οἰκονομίας, quod infra occurrit, ipſam Chriſti *Incarnationem* ſimpliciter deſignat. Quare Theodoretus Dial. II. Cap. IX. Tom. IV. haec habet: τὴν ἐνανθρώπησιν τȣ͂ θεȣ͂ λόγȣ, καλȣ͂μεν οἰκονομίαν: *Incarnationem Dei Verbi*, *oeconomiam*, ſeu *Diſpenſationem appellamus*. Eodem ſenſu uſurpatur à Chryſoſtomo variis in locis, atque ab aliis vetuſtis Eccleſiae Patribus.

Μίξιν quoque ἄφραστον, hoc eſt, *mixtionem ineffabilem divinae cum humana Naturae*, alibi Nazianzenus, Nyſſenus, Hilarius, Cyprianus, aliique SS. Patres ante Eutychianiſmi damnationem dixerunt abſque ſuſpicione erroris, ut oſtenderunt viri Clariſſimi Petavius Tom. IV. Theolog. Dogm. Lib. III. Cap. II. Thomaſſinus de Incarn. Lib. III. Cap. V. & Laurentius Alexander Zacagnius Vaticanae Bibliothecae Praefectus in Praefat. ad Collectanea Monum. Veterum.

POſtea quam haec ſcripſiſſem, opportunam mihi opem contulit Clar. & Humaniſſimus P. D. Joannes Baptiſta del Miro Abbas Benedictinus Congregationis Caſſinenſis, & Vaticanae Bibliothecae alter moderator, qui ex ejuſdem Vaticanae MS. Codice 482. deſideratum Carmen ad me deſcriptum miſit. Quare & illud ſubjicio, ſuperiora retinens, utpote non parum lucis addentia huic praeclaro Epigrammati, & ſpecimen inediti Scholiaſtis praeferentia.

Περὶ ἐνανθρωπήσεως.

NΗ'πιος ὅστις ἄνακτα θεȣ͂ λόγον αἰὲν ἐόντα
Οὐ σέβετ' ἰσοθέως πατρὸς ἐπȣρανίȣ.
Νήπιος ὅστις ἄνακτα λόγον βροτὸν ἔνθα φανέντα
Οὐ σέβετ' ἰσοθέως ȣ̓ρανίοιο λόγȣ.
Τέμνει δ' ἢ μεγάλοιο πατρὸς λόγον. ἠὲ λόγοιο
Μορφὴν ἀνδρομένην, καὶ πάχος ἡμέτερον.

Ἧν

Ἦν θεὸς, ἀλλ' ἐπάγη πατρὸς λόγος ἡμέτερος φὼς,
    Ὥς κε θεὸν μίξῃ, μικτὸς ἐὼν χθονίοις.
Εἷς θεὸς ἀμφοτέρωθεν. τόσσον βροτὸς, ὅσσον ἐμ' ἔρδειν
    Ἀντὶ βροτοῖο θεόν. ἵλαθι, τρωτὸς ἄνω.
Τόσσον ἔχοις. τί δ' ἔμοιγε νόον, καὶ μίξιν ἄφραστον;
    Ἀμφὶ θεὸν θνητοὶ στέργετε μέτρα λόγυ.
Εἰ μὲν δὴ πεπίθοιμι, τὸ λῷον. εἰ δὲ μελαίνεις
    Τὸν χάρτην πολλαῖς χιλιάσιν ἐπέων,
Δεῦρ' ἄγε, πλαξὶ τεαῖς ὀλιγόστιχα ταῦτα χαράξω
    Γράμματ' ἐμῇ γραφίδι. ἣ μέλαν ὐδὲν ἔχει.

De Incarnatione. CCXXIV.

Stultus, quicumque ſupremum Dei Verbum ſemper exiſtens
    Non veneratur honore pari, ac Patrem ſupercoeleſtem.
Stultus, quiſquis ſupremum Verbum, humana carne heic indutum
    Pari non veneratur honore, ac coeleſte Verbum.
Separat autem aut à ſummo Patre Verbum, aut à Verbo
    Humanam formam, & noſtram craſſitudinem.
Erat Deus; ſed Patris Verbum noſter Homo compactum eſt,
    Ut Deum miſceat, mixtum ipſum quum ſit mortalibus.
Unus utrinque Deus; tantum mortalis, quantum me faciat
    Pro mortali Deum. Ignoſce vulneratus ſupra.
Tantum accipito. Quid autem attinet Mentem, & mixtionem ineffabilem (quaerere?)
    De Deo Mortales amate ſermonis menſuras.
Si igitur perſuaſero: hoc melius. Sin autem denigras
    Chartam multis verborum millibus,
Age, in tabulis tui cordis has paucorum verſuum inſcribam
    Literas meo ſtylo, qui nil atramenti habet.

NOTAE.

Vaticanus Codex MS. multis laborat mendis; uti facile peritis apparebit, maximè ſi conferatur cum Scholiaſtis Ambroſiani paraphraſi. In ſecundo verſu ibi legitur πατρὸς ἀπ' ὐρανίυ. Mihi ſcribendum cenſui πατρὸς ἐπυρανίυ. In ſexto itidem ſcripſi πάχος, quod eſt apud Scholiaſten, quum Cod. Vatic. habeat πάθος. In ſeptimo pro ἡμέτερος φῶς, ſenſus poſcebat, ut ſcriberem ἡμέτερος φὼς,

quo ſacratiſſima illa verba Joannis ſignificantur *Verbum caro factum eſt;* ſive Verbum Homo factum eſt. In nono pro τόπον ſcripſi τόσσον. Immutare nolui, quae ſequuntur. At Scholiaſtes noſter ſat indicat pro ἔρδειν ſcribendum eſſe ἔρδει. In decimo libenter ſcriberem pro θεὸν, θεὸς, & conjungerem cum ſequentibus. In undecimo legitur τί δ' ἔμοιγε νόον. Fortaſſe legendum τί δέ μοι γένος ἄν. In duodecimo pro ἀμφίθεον ſcripſi ἀμφὶ θεόν. Reliqua non carent lectionibus dubiis. Tu confer cum Scholiaſte.

Πρὸς Γιγάντιον οἰκοδόμον.

Ἄλλος μὲν Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος,
  Ἄλλος δ' Αἰγύπτυ δείματο πυραμίδας.
Καὶ πόντον πεζός τις ἐπήλατε, καὶ διὰ γαίης
  Νῆας εὐστείλμυς ἤγαγε θρηϊκίης.
Αὐτὰρ ἐγὼ σκοπίην τε καὶ ὄρεα μικρὰ τινάξας
  Χειρὶ γιγαντείῃ κῆπον ἔνυδρον ἔχω.

Ad Gigantium domorum aedificatorem. CCXXV.

Alius quidem Babylonis pervia curribus moenia,
  Alius verò Aegypti fabricavit Pyramidas.
Alius etiam per pontum proceſſit, & per terras
  Thracias navigia bene tranſtrata perduxit.
Verum ego ſpeculam, & exiguos montes concutiens
  Manu gigantaeâ, hortum irriguum habeo.

NOTAE.

Hoc quoque Carmen, uti & tria ſequentia, à Cl. V. P. D. Joanne Baptiſta del Miro tranſmiſſa ad me fuere, deſcripta è MS. Cod. Vaticano, qui multis ſcatet erroribus, & ſuſpectis lectionibus, ut mihi videtur. Inſcribitur Epigramma *Gigantio*. Ego ſuſpicor inſcribendum *Sigantio*, quum facile parum attentus Librarius *Sigma* pro *Gamma* in Graeco illo vocabulo accipere potuerit. Erat autem Sigantius Eremicola, & Nazianzeno amicitia conjunctus. Ad illum reſtat alterum Epigramma à Billio editum Tom. II. pag. 180. Oper. Nazianzeni, & cum hoc non parum conveniens. Οἰκοδόμος, ſive domorum aedificator fortaſſe dicitur, quòd ipſi ſibi in

monte

monte domunculam aedificaſſet, atque hortum inſtruxiſſet; quare cum eo lepidè Gregorius confert celebres ingentium operum auctores.

Ε'πίδρομον ἅρμασι τεῖχος. *Pervia curribus moenia.* In Vaticano Codice habetur ἐπίδρομον δείματο τεῖχος, pro quo legebam ἐπίδρομα δείματο τείχη. Verum in Codice Mediceo optimae notae pro δείματο legi ἅρμασιν, monuit me doctiſſimus Salvinius; & ad eam lectionem verſum concinnari, tum quòd infra habetur δείματο, tum quòd in Anthologia reperio Epigramma quoddam cum ſimili planè verſu.

Ε'πήλασε. *Proceſſit.* Ita ſcripſi, quum in Cod. Vatic. habeatur τίς ἤλασε. Fortaſſe etiam Gregorius ſcripſit τις ἂν ἤλασε. In ſequenti verſu proſodiae ratio popoſcit, ut ſcriberem ἐΰστελμυς pro εὐτέλμυς, quod habetur in eodem Codice. Pro μικρὰ in quincto verſu legendum μακρὰ itidem ſuſpicor.

Γιγαντείη. *Gigantaea.* Vaticanus Codex habet γιγαντίη, corruptè, ut reor. Caeterum & heic neſcio, an σιγαντείη, *Sigantaea* potius ſcribendum ſit, nempe ad Sigantium alludendo, qui ſuis manibus in monte ſibi domum exſtruxerat.

Ε'νυδρον. *Irriguum.* Tum in Vaticano, tum in Mediceo ſcriptum eſt ἄνυδρον, *aqua carentem.* At ἔνυδρον omnino legendum mihi videtur, ut aliquis verſui ſit ſenſus concinnus. In Epigrammate *ad Sigantium* per Billium edito ait Nazianzenus, ſe ad illum inviſendum perrexiſſe; at ſolum fontem Sigantio abſente à ſe fuiſſe ſalutatum: quod & hujus loci emendationem juvat, & ad Sigantium eumdem haec quoque referenda mihi perſuadet, niſi & apud Billium pro *ad Sigantium* ſcribendum ſit *ad Gigantium.*

Ε'πίγραμμα εἰς τὴν Ε'κκλησίαν, ὅπυ κατέμενε μετασχηματισθεῖσαν παρ᾽ αὐτῦ. ἦν γὰρ ναὸς εἰδώλων.

Α'ρχαία πόλις εἰμὶ δαίμοσι καμῦσα
Αὖθις ἀνηγέρθην παλάμαις Γρηγορίυ.
Ναὸς ἐτύχθη Χριςῦ. δαίμονες εἴξατέ μοι.

Epigramma in Eccleſiam, quae, ubi manebat, ab ipſo transformata fuit; erat enim Idolorum Templum. CCXXVI.

SUm urbs antiqua Daemonibus fatiſcens.
E converſo excitata ſum Gregorii manibus.
Templum Chriſti exſtructum eſt. Daemones abite.

Digitized by Google

NOTAE.

E Codice Vaticano 480. pag. 16. depromtum eſt hoc Epigramma, quod num auctorem habeat Gregorium ipſum, an alium de Templo per Nazianzenum conſtructo loquentem, incertum eſt mihi. Fortaſſe etiam aliqua heic deſiderantur, & mancus eſt aliquis verſus. Planudes *περὶ ἐγκαινίων* Carmen hoc Nazianzeni citans, ſic eſſert.

Δαίμοσιν ἱρὰ κ᾽ ἀρχαία πόλις εἰμὶ καμῦσα
Αὖθις ἀνηγέρθην Γρηγορίυ παλάμαις,
Οὗτινος ἡ πραπίσιν περικαλλὴς ναὸς ἐτύχθην
Ἵδρυμαι δὲ Χριςῷ. Δαίμονες εἴξατέ μοι.

Παραβολαί.

ΤΌσσα Χριςὸς ἔρεξε μέγας, μύθυς δ᾽ ἀγόρευσε
Παρβλήδην ἐπὶ γαῖαν. ἕνα σπόρον ὔτι ὅμοιον,
Καὶ τὸν ζιζανίων σπέρματι συμφυέα.
Καὶ νάπυ. κληρονόμον τε θανόνθ᾽ ὑπὸ χερσὶν ἀθίσμοις.
Μάρκος μὲν δὴ τοῖα, Πέτρυ φυτόν. εὐρυχόρῳ δὲ
Ἑλλάδι Παύλοιο Λυκᾶς ἔγραψε τάδε.
Δαίμων, καὶ πυρετὸς, καὶ ἄγρη, λέπρα, λύσις τε.

Parabolae. CCXXVII.

TOt Chriſtus magnus fecit, verba verò loquutus eſt
Per parabolas ſuper terram. Unum ſemen nequaquam ſimile,
Et cum zizaniorum ſemente ſimul natum.
Et ſinapi, & heredem occiſum manibus iniquis.
Marcus quidem haec, Petri alumnus. Latè verò patenti
Graeciae Pauli alumnus Lucas haec alia ſcripſit.
Daemon, & febris, & vincula, & lepra, & paralyſis.

NO-

NOTAE.

E Codice Palatino-Vaticano 90. pag. 88. haec eruta. At qui inter Nazianzeni Carmina à Billio edita quadrageſimum tertium, & ſequens conſulat, ubi Chriſti miracula, & Parabolae fuſiùs, & elegantiùs enarrantur, iſta non magni faciet. Nobis tamen & haec evulgare placuit; magnorum enim virorum vel quiſquiliae reverentiam poſcunt. Quatuor priores verſus leguntur & in Mediceo Codice. Pro τόσσα, quod in primo verſu idem Codex Medic. habet, Vaticanus legit ὅσα. Uterque Codex habet μῦθος. Mihi ſcribere placuit μύθους, ut ſenſus ſibi melius conſtet. In tertio verſu Mediceus habet τόν, Vaticanus vero τῶν. In quarto Vaticanus legit κληρονόμος τε θανοῦθ'. Mediceus opem tulit. In poſtremo verſu & ἄγρη, & λύσις, mihi ſuſpecta ſunt, & manca. In memorato Carm. XLIV. ita legitur.

Δαίμων, καὶ πυρετὸς, καὶ λέπρα, καὶ παράλυσις
Εἶξε λόγῳ Χριστοῦ. ————
Daemon, & febris, & lepra, & paralyſis
Verbo Chriſti ceſſerunt. ————

Θρῆνοι.

ΜΗ' τις ἐμοῖς πατέεσσι, καὶ ἄλγεσιν, ἠὲ κάκιστος
Τέρποιτ', ἠὲ τὶς ἐσθλὸς ἀνιάζοι φρένα κήρην.
Τὸν μὲν γὰρ τὶς ἔτευξεν ἀρείονα ἐσθλὸν ἄνουσον;
Ὅς δ' οἶδεν καὶ νοῦσον ἀρηγόνα. ἢ ῥυπόωσι
Φάρμακον, ἢ καθαροῖσι πάλην, καὶ κῦδος ἔχουσαν.
Ἄλλοις κῦδος· ἀμοχθον ἄναξ πόρες. αὐτὰρ ἔμοιγε
Καὶ τὸ φίλον παθέεσσι καὶ ἄλγεσι σεῖο λαβέσθαι.

Lamentationes. CCXXVIII.

NE quis aut improbus de calamitatibus, doloribuſque meis
Delectetur, aut probus facile moereat.
Illum enim probum quis ſine morbis meliorem effecit?
Hic verò morbum etiam novit ſui defenſorem, tum impuris
Medicinam, tum puris luctam & victoriam conferre.

Aliis

Aliis victoriam, Chriſte, ſine labore peperiſti. At mihi
Per calamitates, & dolores gratum eſt te obtinere.

NOTAE.

IN MS. Cod. Vaticano 482. pag. 61. haec habentur, ſed admodum corrupta. Praeſto mihi adſuit Codex Mediceus. Variantes lectiones utriuſque Codicis ſubjiciam. In primo verſu pro *παθέεσσι* Vaticanus habet *παθέεσι*; in ſecundo *ἀνιάνοι* pro *ἀνιάζοι*; in tertio *τὸν μέν γε* pro *τὸν μὲν γάρ*.

Ἐσθλὸν ἄνυσον. Ita Vaticanus. At Mediceus *ἐσθλός ἄνυσος*. Ego interrogantis ſpecie haec lego, ut ſit ſenſus: Quandonam probus aliquis ſine morbis, & aerumnis melior evadit? Contra qui morbis vexatur, id ſibi utile intelligit &c. Salvinius Mediceo Codici adhaerens, ita vertit ſine interrogatione.

Nam bonus, & ſanus meliorem judicat aegrum.

In quarto verſu Codex Vatic. habet. *ὅς δ' οἶδεν*. Mediceus verò *ὅς οἶδεν*. In utroque Codice ſcriptum eſt *ἀρηγόνα*, *defenſorem:* quod neque diſplicet; morbi enim defendunt hominem à nonnullis peccatis. Salvinio tamen *ἀρείονα* legendum potius videtur. In quincto pro *πάλην*, & *ἔχυσαν*, Cod. Vatic. habet *πάλιν*, & *ἔχυσι*. In ſexto pro *ἄλλοις*, & *πόρες*, idem Codex habet *ἄλλον*, & *πόρεν*.

Finis Carminum S. Gregorii Nazianzeni.

DE

Digitized by Google

DE SYNISACTIS, & AGAPETIS

DISQUISITIO I.

AD CLARISSIMUM, AC ERUDITISSIMUM VIRUM

P. D. BERNARDUM

DE MONTFAUCON

Monachum Benedictinum è Congregatione S. Mauri

SYNOPSIS DISQUISITIONIS.

Virginitatis ſtudium quàm praeſtans, & antiquum. Seculo Ch. III. cohabitantes cum ſacris Virginibus Clericos S. Cyprianus arguit. Quibus nominibus familiaritatem hanc ipſi tegerent. Feminis Syniſactis *uſus & Paulus Samoſatenus. Concilia occurrunt morbo. Seculo Ch. IV. ejus vis latiùs ſerpit. Monachi potiſſimum hujus criminis rei, quorum genera varia recenſentur, uti & Virginum ſacrarum. Excuſationes, & ratiunculae à Syniſactis adhibitae.* Caritas *praeſertim depraedicata.* Sororum, *&* Fratrum *tituli adhibiti. Arelatenſis Concilii Canon à cenſura Dodwelli vindicatur. Coelibatus Presbyterorum antiquitus in uſu, & ſub praecepto. Origo* Syniſactorum, *&* Agapetarum *ante S. Cypriani tempora. Quibus Apoſtolorum verbis abuterentur. Qui Haeretici hoc vitio infames. Canones in* Agapetos, *&* Syniſactos.

MEMINERIS, Montfauconi amantiſſime, quibus te literis exceperim, ubi Italici Itineris tui Diarium, ac monumenta in lucem prodiere, & quibus tecum luſerim querelis, quaſi per illud opus omnigena eruditione refertum optimè non fuiſſes de re literaria, & de noſtris Bibliothecis meritus, & quaſi per te aſportatis, vulgove proditis, tot abditis Italorum opibus, eam unus gloriam occupaſſes, quae multis apud nos Eruditis aeternitate donandis ſat erat. Memineris, inquam; ut enim ingenio, ita & memoriâ mirum polles. Verebar autem, ne eundem ludere ludum adhuc viderer, quum tibi Monaſticam vitam profeſſo Diſquiſitionem hanc in mei erga te obſequii teſſeram inſcribere ſtatui, Monachis non admodum ſanè glorioſam. Nimirum heic tibi

tibi occurrant, quae vel beatis illis Eccleſiae temporibus in Monachorum mores irrepſere vitia; & pro inſtituti tui dignitate fortaſſe iraſcaris tum eorum flagitiis, tum etiam mihi ex antiquitatis penu ſingula ſinceriſſimè producenti. Quandoquidem tamen tu illi Monachorum coetui nomen dediſti, qui pietate aequè, & literarum culturâ multos alios poſt ſe relinquens, Gallias, imo caeteras Chriſtiani orbis provincias, nunc implet egregiis virtutum, famaeque monumentis: tam male de te judicare nolui, ut diu ſuſpicarer, hinc aliquam vel minimam tibi creandam eſſe moleſtiam, quum praeſertim de iis Monachis ſit res, qui tantum à te & temporis, & inſtituti ratione diſtant. Quare non hilarem duntaxat animum à te expectare cogor, ſed etiam exigere poſſe mihi videor ab eximia humanitate tua, ſimulque ſperare, fore ut quanquam ſummopere occupatus in Latio donandis, atque evulgandis tot ἀνεκδότοις Graecorum Patrum ſcriptis, hanc meam, qualiſcumque ſit, lucubrationem percurrere velis, neque tantùm percurrere, ſed benevolè quoque complecti. Cum iſta itaque ſpe, imo fiduciâ, tecum jam ad inquirendum procedo, quid *Syniſacti*, Συνείσακτοι, quid *Agapeti*, Ἀγαπητοὶ, antiquis Eccleſiae Chriſtianae temporibus fuerint, quam gentem tot Carminibus Nazianzenus noſter exagitat. Hanc quidem eruditionis ſacrae particulam, ut noſti probè, ſparſim pertractavere nonnulli, & potiſſimum in tertia Diſſertatione Cyprianica Henricus Dodwellus, vir inter Heterodoxos celebris. At quum Platonicâ potius, quàm Eccleſiaſticâ ſupellectile hujuſmodi argumentum ille exornaverit, locum etiam aliorum calamis fecit, ut diligentiùs in eadem arena verſarentur. Diſquiſitionis autem hujus beneficio conſtabit, quid *extraneae*, quid *ſubintroductae* mulieres fuerint, quarum uſum toties à ſacris Canonibus, Sanctiſque Patribus interdictum novimus. Certè hujuſmodi feminarum mentio quum apud Gratianum in Decreto interdum occurrat, mirum tamen eſt, quàm male veteres Gloſſarum conditores, atque Eccleſiaſtici Juris periti vocabula haec intellexerint, & quàm pejus explicuerint. Itaque tum originem, tum progreſſus, tum finem hujuſce peſtis inquirere juvat, prae oculis tamen aetate Gregorii potiſſimum habitâ, cujus Carminibus illuſtrandis nunc noſtra oratio vacat.

Compertum eſt, ab ipſis Apoſtolis Virginitatis ſtudium ſummis laudibus fuiſſe ornatum, uti Conjugio longè praeſtantius. Hinc vel ipſis prioribus Eccleſiae ſeculis complures tum viri, tum feminae ejus cultum Matrimonio praepoſuere: quae diſciplinae forma quòd

ſacros

ſacros Eccleſiae miniſtros praecipuè deceat, ab ipſis etiam prae aliis diligentiùs uſurpata eſt, ita ut à Latinis ſaltem Patribus, atque Conciliis ſubinde cautum jure fuerit, ne quis ad majora Eccleſiae miniſteria aſcendens, conjugio amplius operam daret, reliquis libertate relicta eam ſequendi vitae normam, quae laudabilis quidem eſt, ſed pari perfectione minimè conſtat. Quare quae nunc etiam inter Catholicos vigent, atque laudantur, Caſtitatis ac Virginitatis vota, totius antiquitatis calculo, exemplo, & uſu probata reperimus. Temperare autem mihi non poſſum, quin Tertulliani vetuſtiſſimi teſtis, & Euſebii Caeſarienſis in hanc rem verba referam. Ita ille virginem alloquitur Cap. XVI. de veland. Virgin. *Nupſiſti Chriſto, illi tradidiſti carnem tuam, illi ſponſaſti maturitatem tuam; incede ſecundum Sponſi tui voluntatem. Chriſtus eſt, qui & alienas ſponſas, & maritatas velari jubet, utique multò magis ſuas.* Eadem repetit Lib. I. Cap. IV. ad uxorem, & in libro de Oratione, quem integrum propediem dabo Tom. (*) III. Anecdotorum meorum. Euſebius verò Caeſarienſis Lib. IV. Cap. XXVI. Vitae Conſtantini, Ἀγνείαν, inquit, *καὶ παντελῆ παρθενίαν γυναῖκες ἱερωσύνῃ θεῶ καθιερωμέναι μετῆλθον, ἁγνῷ καὶ παναγίῳ βίῳ, ψυχῇ. καὶ σώματι σφᾶς αὐτὰς καθιερώσασαι.* H. e. *Caſtitatem, & inviolatam virginitatem multae mulieres ſacris dicatae conſtanter retinuere, quum omni puritate, & ſanctitate perfuſa vita ſe totas corporibus, & animis Deo conſecraſſent.* Legendus idem in eod. Lib. Cap. XXVIII. & Lib. II. Cap. XVI. Lege & Cyprianum in Lib. de Habitu Virginum, imo univerſos fere Eccleſiaſticos Scriptores, qui primis Chriſtianae Fidei ſeculis floruerunt; & Concilii Ancyrani Can. XIX. & Illiberitani Can. XIII. ut alia omittam.

Summo igitur in honore olim quoque erat, & colebatur Virginitas, eamque Chriſto promiſcuè maſculi, & feminae vovebant, certantes, ut cum animo puro corpus etiam ſervarent puriſſimum. At in ſanctum hocce propoſitûm gliſcere ſenſim vel antiquitus vitia coepere: adeo quidquid in hac vita pretioſius occurrit, majoribus etiam periculis obnoxium eſt. Itaque, ut omnia recenſeam, cum Virginibus Deo ſacratis tam arctum contubernium dein inſtituerunt maſculi Deo dicati, ſive Clericalem, ſive Monaſticam vitam profeſſi, ut apud omnes male audire eorum coeperint mores. De Clericis primò ſit ſermo. S. Cyprianus in Epiſt. LXII. ad Pomponium ita ſcribit: *Poſtulas, ut tibi reſcribamus, quid nobis de iis Virginibus*

 videa-

(*) Extat in P. II. Tom. XI. praeſentis Edit. noſtrae.

videatur, quae quum ſemel ſtatum ſuum continenter, & firmiter tenere decreverint, deteſtae ſint poſtea in eodem lecto pariter manſiſſe cum maſculis, ex quibus unum Diaconum eſſe dicis; planè eaſdem, quae ſe cum viris dormiſſe confeſſae ſint, aſſeverare ſe integras eſſe. Tum S. Epiſcopus praecipit, ne Virgines cum maſculis habitent; *Non dico*, ait, *ſimul dormire, ſed nec ſimul vivere, ne Diabolo inſidianti, & ſaevire cupienti, ad nocendum detur occaſio.* Haec S. Cyprianus Seculo vulgaris Epochae tertio, è quibus multa ſcitu digna hauriuntur. Primum eſt, vel tunc Virgines quaſdam in Chriſtiana Republica exſtitiſſe, quae *ſemel ſtatum ſuum continenter, & firmiter tenere decreverint*. Atque his verbis profecto ſignificatur, eas virginitatem ſuam ſemel Chriſto Regi obligaſſe. Idem clarius infra explicatur. *Quod ſi*, inquit vir ſanctus, *ex fide ſe Chriſto dicaverunt, pudicè, & caſtè ſine ulla fabula perſeverent.* Item: *Chriſtus, & Judex noſter, quum virginem ſuam ſibi dicatam, & ſanctitati ſuae deſtinatam jacere cum altero cernit, quàm indignatur, & iraſcitur?* Addit: *Quae hoc crimen admiſit, non mariti, ſed Chriſti adultera eſt.* Impudenter igitur neget Petrus Martyr Haereticus, ante Conſtantini Magni tempora Virgines Deo ſacratas fuiſſe. En certiſſima ſanctae conſuetudinis argumenta, quam noſtrâ etiam aetate Catholica Eccleſia ſectatur. Diſcimus ſecundò, Diaconos voto eodem caſtitatis obſtrictos fuiſſe, qui enim, ut inquit Cyprianus, *integritati, & continentiae praeeſſe* debebant, contubernium, imo communem lectum cum quibuſdam ex iis Virginibus habuere. Denique tam foedam, ſuſpectamque conſuetudinem à Virginibus excuſatam fuiſſe, quaſi nullum pudicitiae detrimentum intercederet. Illae ſiquidem, *quae ſe cum viris dormiſſe confitebantur, ſe integras eſſe aſſeverabant*.

Atque haec prima videntur eſſe *Agapetorum*, & *Agapetarum* in Eccleſiaſticis Hiſtoriis exempla: quod tamen diligentiùs infra exquiretur. Συνεισάκτυς, *Syniſactos*, ſive, ut ita dicam, *Coïntroductos*, & *Coïntroductas* feminas Graeci appellare conſueverunt, aut etiam *Agapetos*, & *Agapetas*, quod ſe puro amore diligere dictitarent. *Agapetes* propterea in Papiae Lexico dicitur *Lenocinator, & qui cum feminis illicitè converſatur procacius Clericus*. Tam arctam verò familiaritatem ſpecioſis tegere nominibus, vel Cypriani aevo, nullamque impudicitiam ex ipſis amplexibus ſequi, ſed animorum tantùm, & non corporum, eam fuiſſe concordiam, atque amorem, vox illorum erat. Quod ſi dictis fides negabatur, tum Virgines de prona

ſemper

Digitized by Google

ſemper in obtrectationem, ac mali ſuſpicionem hominum natura conqueri, obſtetricum verò fidem appellare, ſuumque harum teſtimonio pudorem depraedicare intactum. Diutius non tulit in grege ſuo contagionem hujuſmodi S. Epiſcopus Cyprianus; ſed maſculos à feminis ſeparari, utroſque verò ſeveriſſimae poenitentiae regulas ſubire juſſit. *Nec aliqua*, ait, *putet ſe poſſe hac excuſatione defendi, quod inſpici, & probari poſſit, an Virgo ſit; quum & manus obſtetricum, & oculi ſaepe fallantur*. Tum addit: *Certè ipſe concubitus, ipſe complexus, ipſa confabulatio, & oſculatio, & conjacentium duorum turpis, & foeda dormitio, quantum dedecoris, & criminis confitetur!* Neque in Epiſtola duntaxat ad Pomponium Cyprianus peſſimum hunc morem ſugillat, ſed & in Epiſt. VI. ad Presbyteros, & Diaconos fratres, ubi haec habet: *Doleo, Chriſti membra, & jam Chriſtum confeſſa, per concubitus illicitos inquinare, nec à Diaconis, aut Presbyteris regi poſſe; ſed id agere, ut per paucorum pravos mores, multorum, & bonorum Confeſſorum gloria honeſta vitietur*. Clariùs id etiam ſignificat in Epiſtola ſequenti ad Rogatianum, inquiens: *Non deeſſe, qui Dei templa, & poſt confeſſionem ſanctificata, & illuſtrata prius membra, turpi & infami concubitu ſuo maculent, cubilia cum feminis promiſcuè jungentes, quando etſi ſtuprum conſcientiae eorum deſit, hoc ipſum grande crimen eſt, quòd illorum ſcandalo in aliorum ruinas exempla naſcantur*. Nimirum tam altas jam in Africa radices egerat iſta licentia, ut vel ipſi Confeſſores, Dei Templa animata, quique in mediis tormentis Chriſti Fidem conſtantiſſimè confeſſi fuerant, religioni ſibi non ducerent, cum ſacris Virginibus concumbere, cauſſati nullius libidinis afflatu corpus inde inquinari.

Sed Cyprianum dimittamus, ſequentia tempora exploraturi. Paucis annis poſt ſanctiſſimi hujus Epiſcopi glorioſam mortem, Antiochenam Eccleſiam flagitiis, ac Haereſibus turbavit Paulus Samoſatenus ibi Epiſcopus. Praeter alia vitia, quibus gregem ſuum inficere, ac perdere coeperat, illud non ultimum, quod feminas συνεισάκτυς non Presbyteris tantùm, ac Diaconis ſuis indulſerit, verum & ipſe earum conſuetudine fuerit uſus. Extat apud Euſebium Eccl. Hiſt. Lib. VII. Cap. XXX. ſcripta ad Dionyſium Romanum Pontificem Epiſtola ab Epiſcopis Antiochiae iterum coactis, ut in Paulum ſententiam dicerent. Ibidem haec habentur. Τὰς δὲ συνεισάκτυς αὐτȣ̃ γυναῖκας, ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζȣσι, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων; H. e. *Quid heic referre attinet feminas, quas Coïntroductas Antiocheni appellant, tam ipſius, quàm Presbyterorum ejus, ac*

Diaconorum? Addunt etiam: Καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο ἀγνοοῦμεν, ὅσοι ὑπὸ τοῦ συνειςάγειν ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐξέπεσον, οἱ δ᾽ ὑπωπτεύθησαν. ὥςτ᾽ εἰ καὶ δοίη τις αὐτῷ τὸ μηδὲν ἀσελγὲς ποιεῖν, ἀλλὰ τήν γε ὑπόνοιαν τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου πράγματος φυομένην ἐχρῆν εὐλαβηθῆναι, μή τινα σκανδαλίσῃ, τοὺς δὲ καὶ μιμεῖσθαι προτρέψηται. *Neque illud ignoramus, quot ex ejuſmodi mulierum contubernio partim in praeceps lapſi ſint, partim in ſuſpicionem venerint. Itaque etiamſi quis conceſſerit, nihil ab eo turpe committi, ſuſpicionem tamen, quae inde ſolet gigni, vitari oportebat, ne cuiquam ſcandalo foret, neve aliquos ad imitationem ſui provocaret.* Ut autem infra legitur, duas ipſe Paulus aetate florentes conſpicuaſque feminas, quocumque pergeret, circumducebat.

Porro damnari quidem, ſed ab improborum mentibus, atque à corrupta hominum natura minimè eradicari potuere Pauli Samoſateni errores, atque flagitia, ac praeſertim τῶν συνειςάκτων abuſus. Quamobrem Ancyrana Synodus circiter Annum Chriſti 314. celebrata peſtem hanc fulminibus Eccleſiaſticis iterum petere coacta eſt. Canon XIX. his conſtat verbis. Τὰς συνερχομένας παρθένους τισὶν, ὡς ἀδελφὰς, ἐκωλύσαμεν. Ideſt: *Virgines, quae cum quibuſdam congrediuntur, prohibuimus.* Sive, ut vertit Dionyſius Exiguus, *Virgines, quae conveniunt cum aliquibus, tamquam ſorores, habitare prohibemus.* Ubi συνερχομένας reſpondere videtur τῷ συνειςάκτους. Ancyranae Synodi decreta ſequutus eſt Canon Tertius Nicaeni Concilii Primi, in quo Sanctiſſimi illi Epiſcopi *Agapetarum* conſortium omnino interdicunt. Damus ipſa Canonis verba, quippe in eis συνειςάκτους memorari animadvertimus. Ἀπηγόρευσε καθόλου ἡ μεγάλη σύνοδος, μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν. Hoc eſt. *Vetuit omnino magna Synodus, ne Epiſcopo, Presbytero, Diacono, aut ulli penitus eorum, qui ſunt in Clero, coïntroductam, ſeu* συνείσακτον, *habere liceat mulierem.* Dionyſius Exiguus vertit *mulierem ſubintroductam*, quaſi non συνείσακτον, ſed παρείσακτον ſcriptum fuerit in eodem Canone, quo poſtremo vocabulo uſus eſt Apoſtolus ad Gal. XI. 4.

Hactenus igitur, quantopere ſtuduerint vetuſtiſſimi Patres, ut perniciosum hunc morbum à Chriſtiano populo averterent, exploravimus. Nunc verò quantum virium illi deinde acceſſerit, inſpiciamus. Non Africam ſolam, ſed conterminam Aegyptum, & reliquum Orientem Seculo Chriſti quarto hujuſmodi contagio pervaſit, adeoque excrevit, ut omnes fere Sanctiſſimi Scriptores calamum in eam

ſtrin-

Digitized by Google

ſtringere coacti fuerint. Celebre eſt in Eccleſiaſtica Hiſtoria Leontii facinus à S. Athanaſio ſub finem Apologiae primae de Fuga ſua commemoratum. Accuſatus hic fuerat, quòd commercio cujuſdam juvenculae mulieris uteretur, juſſuſque proinde ab ejus contubernio abſtinere. At Leontius, ut ſibi liberiùs cum muliere verſari deinceps liceret, omniſque impudicae conſuetudinis ſuſpicio tolleretur, ſe ipſum caſtrandum dedit. Neque tamen vel ita umbram ſceleris detergere potuit, quominus, quum Presbyter eſſet, deponeretur. Haec Athanaſius. S. verò Baſilius Epiſtolam, quae CIIC. eſt in edit. Pariſ. Anni 1618., ad Perigorium Presbyterum ſeptuagenarium ſcribens, eidem vitio vertit, quòd uteretur feminae *συνεισάκτου* contubernio. Ille quidem ſe *ἐλεύθερον παντὸς σωματικοῦ πάθους*, *liberum ab omni carnis affectu* profitebatur: quod ſanè de ejus aetate veriſimile fuit. Cenſuram nihilominus Baſilii Magni non effugit, quippe etſi criminis ſuſpicio à Perigorio ſane abeſſet, peſſimo tamen exemplo periculum reliquis creabatur.

Jamque ad Gregorii noſtri tempora, ac Poëmata venimus, quibus titulus eſt *εἰς ἀγαπητοὺς*, *in Agapetos*, & *περὶ τῶν Συνεισάκτων*, de ***Syniſactis***, ſive *Cointroductis*, ut hoc vocabulum Latinè aliquo modo reddamus. Monachos autem tantùm, & non Clericos, heic S. Gregorius hujus flagitii reos facit. Quod ut melius liqueat, & quomodo Monachi tam ſeverae alioqui vivendi diſciplinae addicti, in adeo turpem devoluti ſint vitae rationem, perſpiciatur: meminiſſe oportet, Monachorum olim triplex genus fuiſſe. Nempe, ut S. Hieronymi verbis in Epiſt. ad Euſtochium XXII. utar, *Primum Coenobitarum, quod Aegyptii Sauſes gentili lingua vocant, nos In communi viventes poſſumus appellare. Secundum Anachoretae, qui ſoli habitant per deſerta, & ab eo quod procul ab hominibus receſſerint, nuncupantur. Tertium genus eſt, quod Remoboth dicunt, deterrimum atque neglectum, & quod in noſtra Provincia aut ſolum, aut primum eſt. Hi bini, vel terni, vel multò plures ſimul habitant ſuo arbitratu, ac ditione viventes &c.* Caſſianus itidem in Collat. XVIII. Cap. IV. eadem Monachorum genera in Aegypto haberi affirmans, tertium *Sarabaitas* appellari ait. Tum illorum mores, improbamque vivendi normam pluribus deſcribit.. Inter caetera inquit: *Hi igitur, dum Coenobiorum nullatenus expetunt diſciplinam, nec ſeniorum ſubjiciuntur arbitrio, in ſuis domiciliis perſeverant, conſtruentes ſibi cellulas, eaſque Monaſteria nuncupantes.* Addit infra: *Diſtrictionem Coenobii declinantes, bini, vel terni in cellulis commorantur, non contenti Ab-*

batis

baris cura, atque imperio gubernari, ſed hoc praecipuè procurantes, ut abſoluti à ſeniorum jugo, exercendi voluntates ſuas, & procedendi, vel quò placuerit evagandi, agendive quod libitum fuerit, habeant libertatem &c. Iiſdem ferme verbis à S. Hieronymo in Epiſtola ſuperiùs laudata, & à S. Benedicto in Regula, deſcribuntur Sarabaitarum mores. Quaedam tamen addit S. Hieronymus, quae plurimum ad noſtri argumenti illuſtrationem conferre poſſunt. *Habitant*, inquit, *quamplurimum in urbibus, & caſtellis. Apud hos affectata ſunt omnia, laxae manicae, caligae ſollicantes, veſtis craſſior, crebra ſuſpiria, viſitatio Virginum.* En Hieronymo teſte quanta olim cum licentia Monachi Sarabaitae viverent, & cum *Virginibus* verſarentur. Nullas autem alias Virgines heic deſignatas puto, quàm Deo ſacras, & *Agapetas*, in quarum familiaritatem Monachi iſti Coenobiticam diſciplinam peroſi irrepſerant.

Gregorius verò noſter in Carm. XXXXVI. *ad Monachos in Coenobio degentes*, non obſcurè duplex Monachorum genus diſtinguit, eorum nempe, qui ſub uno Abbate communem vitam moribus ſanctiſſimis ducebant, & eorum, qui Abbatibus ſubjici renuebant. Poſtremos οἰοβίους appellat, hoc eſt, *ſolitariae vitae addictos:* non quòd remoti à populo in eremis viverent, ſed quòd aliorum Monachorum contubernium fugientes, ſoli ſuis in domibus habitarent. Qui igitur Monachi ſolitudine contemtâ *in urbibus, & caſtellis* agebant, eos etiam Virginibus συνεισάκτοις, ſeu *Agapetis*, delectatos fuiſſe, omnino veriſimile mihi videtur. Quod enim eſt ad Virgines Deo ſacras, animadvertendum eſt, ipſas primum aedibus propriis, & parentum cuſtodiâ fuiſſe contentas; tum verò & ipſas Monaſteriis, ſive Aſceteriis, ad inſtar Monachorum, includi, & ſolemniori voto ſe Chriſto dicare coepiſſe, ſacro velamine ab Epiſcopis accepto. Poſtremum hoc, ſeculo duntaxat Chriſti quarto, uſurpari coeptum eſt. S. Hieronymus in Epiſt. XVI. ad Principiam: *Suburbanus*, inquit, *ager vobis pro Monaſterio fuit, & rus electum pro ſolitudine, multoque ita vixiſtis tempore, ut ex imitatione veſtri, & converſione multarum, gauderemus Romam factam Hieroſolymam. Crebra Virginum Monaſteria, Monachorum innumerabilis multitudo, ut pro frequentia ſervientium Deo quod prius ignominiae fuerat, eſſet poſtea gloriae.* Idem alibi Monaſteria Virginum in Oriente excitata deſcribit. Omnino quoque legenda ſunt in hanc rem S. Augſtini verba Lib. I. Cap. XXXI. de Moribus Eccl. Catholicae. Poſtquam enim laudavit Monachorum vitam, ita loqui pergit: *Haec eſt vita feminarum Deo ſolicitè, ca-*

tè, caſtèque ſervientium, quae habitaculis ſegregatae, at remotae à viris quam longiſſimè decet, pia tantùm illis caritate junguntur, & imitatione virtutis. Ad quas juvenum nullus acceſſus eſt, neque ipſorum quamvis graviſſimorum, & probatiſſimorum ſenum, niſi uſque ad veſtibulum neceſſaria praebendi, quibus indigent, gratia. Audiamus & Nazianzenum, qui in Carm. ad Hellenium de Virginibus Chriſto dicatis haec habet:

Αἱ μὲν ὁμηγηρέες ξυνὸν πόθον ἀμφιέπυσαι
  Οὐρανίυ ζωῆς ἶσά τε μέτρα βίυ.
Αἱ δ' ἄρ ἑοῖς τοκέεσσι παρήμεναι ἀδρανέυσιν,
  Ἠ' ἐ κασιγνήτοις μάρτυσι σωφροσύνης.

Hoc eſt: *Aliae quidem ſimul congregatae commune deſiderium foventes Coeleſtis vitae, ſimileſque vivendi modos; Aliae verò ſuis parentibus aſſidentes infirmis, aut fratribus teſtibus temperantiae &c.*

Aliae igitur Virgines erant; quae ſub uno conclavi commune vivendi inſtitutum ſervabant; aliae, quae adhuc in paternarum aedium ſecreto curam parentum, atque affinium ſuſcipiebant, ipſoſque ſuae continentiae teſtes habebant. Propterea S. Ambroſius in Exhort. ad Virgines ita loquitur: *Nullus ſit tuus ſine matre progreſſus, quae ſit anxia cuſtos puderis.* Et quidem inter Virgines ſacras, quae apud parentes in domo propria verſabantur, Marcellina praecipuè fuit ejuſdem S. Ambroſii ſoror, quam ille ita alloquitur Lib. III. Cap. I. de Virginibus. *Beatae memoriae Liberius, quum Salvatoris Natali ad Apoſtolum Petrum Virginitatis profeſſionem veſtis quoque mutatione ſignares, adſtantibus etiam puellis Dei compluribus, quae certarent invicem de tua ſocietate; Bonas, inquit, filia nuptias deſideraſti:* Euſtochium verò, Principia, Sophronium, aliaeque non paucae Virgines, quarum S. Hieronymus mentionem facit, nullis ſeſe Monaſteriis addixerant, & ſub una parentum cuſtodia degebant. Quare mirum non eſt, ſi ex hiſce poſtremis Virginibus nonnullae interdum aut parentibus fratribuſque orbatae, aut infirmitate, aut paupertate, aut aliis incitatae rationibus, Clericos, & Monachos vagos in contubernium ſuum adſciſcerent, unà cum iis peregrinarentur, immo communem iis ſuum quandoque facerent lectum. Neceſſitatem nimirum hinc petendi alieni miniſterii, inde verò praeſtandi, ſinguli praeferebant. Atque ita factum, ut parentum ac fratrum loco ſaepe ſuccederent Clerici, ſive Monachi ad puellarum virginita-

tem

Digitized by Google

tem cuſtodiendam, ſeu ut melius dicamus, perdendam. Quis enim tantum ſibi à virtute ſponderet, ut juxta ardentiſſimum ignem poſitus ardorem nunquam conciperet?

Sunt in hanc rem S. Joannis Chryſoſtomi Orationes duae, quarum una inſcribitur ad viros τὲς ἔχοντας παρθένες συνεισάκτες, h. e. *qui habent Virgines Syniſactas*, ſive *cointroductas*; altera ad foeminas τὰς ἐχέσας ἄνδρας συνεισάκτες, h. e. *quae habent viros Syniſactos*, ſive *cointroductos*. In ſecunda haec habet S. Epiſcopus: *Jam autem ſi te rogavero cauſſam hujus contubernii, praetextum aliquem dicere potes? Infirma ſum mulier, neque ſola valeo meo uſui ſufficere*. Ita verò argumentum hujuſmodi Chryſoſtomus: *Enimverò quum haec cohabitatoribus veſtris objicimus, ab eis contraria audimus &c.* Tum alia addit, quae apud illum colligere praeſtabit. Piis etiam nominibus conſuetudinem tam abſurdam Monachi, & Clerici obtegebant, Caritatis videlicet, quam quum omnes in infirmos exercere debeamus, quantò magis, ajebant illi, in ſexum infirmum? Atque hinc ſanè *Agapetorum*, atque *Agapetarum* nomen originem habuit; Α'γάπη enim, ut omnes ferme norunt, *dilectionem* & *Caritatem* Latinè ſignificat, eamque dumtaxat, quae animi ſpirituſve, non corporis, conjunctionem parit. Ita foedum contubernium, ac periculoſam vivendi normam ſanctiſſimis nominibus fucabant. Audiamus Nazianzenum.

Η' ἀγαπητή σε, καὶ τἔνομα τἕτο τὸ σεμνὸν:
Φεῦ, φεῦ μή τι ἔχῃ καὶ ῥιπαρᾶς ἀγάπης.

Hoc eſt:

Dilecta tua eſt, & nomen quidem honeſtum eſt.
Heu, heu ne quid habeat ſpurcae dilectionis.

In Carmine etiam Tertio, quod inſcribitur *Praecepta ad Virgines*, de Diabolo Virgines perdituro haec ſcribit:

Πολλάκι μὲν συνάγειρεν ὁμόφρονας ἀλλήλοισι
Πνεύματι, καὶ φάος ἦλθεν, ἐπωνυμίην τέ γε σεμνὴν,
Τὴν ἀγάπην καλέεσιν, ὑπήλυθεν. αὐτὰρ ἔπειτα
Ε'κ κραδίης ἐπὶ σάρκας ἄγων πόθον ἐγγὺς ἐόντας
Η' πῦρ, ἠὲ πυρὸς σημήϊα λυγρὰ δίδωσιν.

Hoc

Hoc eſt:

Saepe quidem collegit in unum concordes
Spiritu, & ſpeciem praetulit lucis; cognomentum verò honeſtum
(Agapen *vocant*) *ſubjit. At poſtea*
E corde amorem ad vicinas carnes deflectens,
Aut ignem, aut ignis ſigna moleſta reliquit.

Nemo autem luculentiùs Chriſtianae Caritatis, unde Syniſacti ſibi praeſidium quaeſiverant, cauſſam egit, quàm Auctor libri *de ſingularitate Clericorum*. Quidam Origeni, quidam S. Cypriano jure potiori opus hoc tribuunt; certè antiquiſſimus ille, & graviſſimus Scriptor eſt, Sanctique Hieronymi aevo ſaltem floruit. Ibi Clericos ad *ſingularitatem* hortatur, hoc eſt à contubernio feminarum avertit, quumque illi *Caritatem* praetenderent licentiae morum, ita is occurrit: *De Caritate cauſſantur, qui ſecundùm verbum Eſaiae, amaritudinem pro dulcedine devorantes, nudam foeditatem velamento boni nominis tegunt, dum apud eos ſub falſa Dilectione vera Dilectio violatur. Sed exclamat Caritas, & appellat: Tales ego non junxi; falſa altera eſt, quae me ſimulando confingit. Numquam Dei praeceptis obſiſto; numquam fluxis faveo: per me ſanctitatem non opto culpari. Calumnias mihi adverſa germanitas facit; pericula & ego inter falſos fratres incurri.* Addit infra: *Dilectio eſt, inquiunt. O Dilectio, quae invidet ſibi! ò Caritas, quae cupit ſe in vituperatione laudari! Grande miraculum, ut Virginum Caritas Virgines faciat velut conjuges credi, & conjugum Caritas conjuges faciat velut Virgines aeſtimari.* Haec, aliaque fuſè diſertiſſimus ille Scriptor. Et ſanè quis eorum dictis fidem habuiſſet, qui cum juvenculis non communem duntaxat domum, & cubiculum, ſed ipſum quandoque lectum habere ſolebant? Etſi enim quis conceſſiſſet, nihil turpe tali in re accidere, certè ingenti diſcrimini caſtitas objiciebatur, certè aliorum oculis creabatur non leve ſcandalum, & grandis offenſa, atque ad malae conſuetudinis imitationem incitabatur prona alioqui in malum mortalium natura. Quantò autem magis declinanda haec erant à viris, quos in Eccleſiae ſuae aedificationem elegerat Deus?

Meritò ergo Nazianzenus deformem Agapetorum Caritatem, & conſuetudinem ita in Carminibus nuper editis improbabat:

Ἔπειτα δέ μοι διαθρύπτῃ
Ὡς δέ τις καθαρὸς, καὶ πνεύματι τὴν ἀγαπητὴν
Στέργων.
Deinde verò mihi delicias facis,
Tamquam quis purus ſis, & ſpiritu dilectam
Amans.

Tum hoc praeſertim argumentum urget, quòd periculo cadendi ſe nimium exponerent, & ſcandalis anſam praeberent. Audiamus.

Σάρκα φέρων συζῇς ἀγαπητῇ σάρκα φερούσῃ,
Καί τι φρονεῖν οἴει τοὺς ῥυπαροὺς περί σου;
Carnem ferens vivis cum dilecta carnem ferente,
Et quid putas de te ſentire eadem faece inquinatos?

Reliqua in hanc rem ab ipſo pete. Acrioribus autem verbis inflictum Virginitati, & piae Chriſtianorum Caritati vulnus deplorat S. Hieronymus in Epiſt. XXII. ad Euſtochium *de Cuſtodia Virginitatis* ad eam ſcribens. *Pudet*, inquit, *dicere*, *proh nefas! triſte*, *ſed verum eſt*. *Unde in Eccleſias Agapetarum peſtis introiit? Unde ſine nuptiis aliud nomen uxorum? Imo unde novum concubinarum genus? Plus inferam: unde meretrices univirae? Eadem domo*, *uno cubiculo*, *ſaepe uno tenentur & lectulo; & ſuſpicioſos nos vocant*, *ſi aliquid exiſtimemus?* Addit etiam: *Frater ſororem Virginem deſerit*, *coelibem ſpernit Virgo germanum*, *Fratrem quaerit extraneum; & quum in eodem propoſito eſſe ſe ſimulent*, *quaerunt alienorum ſpiritale ſolatium*, *ut domi habeant carnale commercium*. Quibus poſtremis verbis docemur, flagitium iſtud ea potiſſimum ratione à SS. Patribus damnatum fuiſſe, quòd inter viros feminaſque *eodem propoſito*, videlicet Virginitatis ſervandae voto, adſtrictos, locum haberet; tum clariùs liquet, *ſpiritale ſolatium carnali commercio* cauſſam, ac obtentum praebuiſſe. Quod autem ad hunc Hieronymi locum animadvertit Marianus Victorius, à vero prorſus abhorrere cenſent Billius in notis ad Nazianzenum, & Petavius in notis ad S. Epiphanium Haer. LXVII. Etenim non à ſacris illis Chriſtianorum Conviviis, quae *Agapae* nuncupabantur, & de quibus Diſquiſitionem ego ſubjungam, *Agapetarum* nomen prodiit (ut cenſet idem Victorius) quaſi Hieronymi tempore in luxum, atque inhoneſtas epulas converſa fuiſ-

ſent,

ſent, ſed quidem à *Dilectione*, & ſpiritus concordia, quo titulo probroſum cum Virginibus commercium Clerici, & Monachi honeſtare ſolebant. Verum non improbanda omnino Victorii conjectura infra videbitur, ubi Tertulliani verba quaedam è libro *de Jejuniis* proferam; tametſi enim Hieronymi aevo non ideo *Agapetae* nuncuparentur, quòd ſacris Conviviis, ſive Agapis, libidinem immiſcerent, olim tamen ex nonnullorum impietate id factum fuerat.

Ceterum heic adnotare non obliviſcar, male apud quoſdam aut improbos, aut delicatulos S. Hieronymum audiiſſe, quòd *Agapetarum* vitia tam acriter inſectaretur. En quid Sulpitius Severus ejus aequalis Dialogo primo de ipſo habeat. *De familiaritatibus Virginum, & Monachorum, atque etiam Clericorum, quàm vera, quàm fortia praedicavit! Unde à quibuſdam, quos nominare nolo, dicitur non amari. Nam ſicut Belgicus noſter iraſcitur, edacitatis nimiae nos notatos: ita illi fremere dicuntur. Sprevit Virgo germanum fratrem, quaerit extraneum &c.* Ipſe porro S. Hieronymus argumentum hoc alibi conſueta eruditione, ac libertate pertractat, & praeſertim in Epiſt. XXXXVII. cui titulus *de vitando ſuſpecto contubernio*, & in Epiſt. II. ad Nepotianum, & in Epiſt. LI. ſiquidem ei tribuenda eſt, quam veluti foetum ſuppoſitirium in Tomum IX. rejecit Marianus Victorius. Hiſce Scriptoribus *Agapetarum* abuſum ſugillantibus accedere poſſent S. Auguſtinus in Epiſt. CCXXXVI. & S. Iſidorus Peluſiota Lib. II. Epiſt. LXII. & LXXXIV. quos tamen compendii gratia omitto, ad alia progreſſurus.

Quò ſpecioſiùs Virginum familiaritatem Clerici, & Monachi incruſtarent, feminas *Syniſactas* appellare conſueverunt *Sorores*, ſe verò *Fratres*. Juvat Ancyranae Synodi Canonem XIX. repetere his conceptum verbis: Τὰς συνερχομένας παρθένυς τισὶν, ὡς ἀδελφάς, ἐκωλύσαμεν. *Virgines, quae cum quibuſdam congrediuntur, tamquam Sorores, probibuimus.* Eodem etiam ſenſu prolata ſunt laudata nuper Hieronymi verba: *Coelibem ſpernit Virgo germanum, Fratrem quaerit extraneum.* Atque huc referenda eſt L. 44. Cod. Theodoſ. Lib. 16. Tit. de Epiſc. Eccleſ. & Clericis, Anno Ch. 420. promulgata. Ibi enim Imperatores, ut pertinacem morbum fruſtra Canonibus Eccleſiaſticis antea proſcriptum ſuis etiam edictis exulare cogant, his utuntur verbis: *Eum, qui probabilem ſeculo diſciplinam agit, decolorari conſortio SORORIAE appellationis non decet. Quicumque igitur cujuſcumque gradus Sacerdotio fulciuntur, vel Clericatus honore cenſentur, Extranearum ſibi mulierum interdicta conſortia cognoſcant.*

 En

troductas, ſeu *συνεισάκτους* mulieres in contubernio ſuo retinere, praeterquam *matrem*, *vel ſororem*, *vel amitam*, *vel eas ſolas perſonas*, *quae omnem ſuſpicionem effugiunt*. Ubinam heic, inquies, *converſa uxor* memoratur, quam tamen Arelatenſis Canon commemorat? At, inquam ego, eſtne propterea à Nicaenorum Patrum conſtitutionibus alienus Arelatenſis Canon, unumque Siricium ſapit acerrimum coelibatus patronum? Nequaquam profectò. Etenim aut uxores in Sacerdotum contubernio permiſit Nicaena Synodus, aut minimè. Si primum, cur matre, ſorore, atque amita, de quarum continentia dubitare vix licebat, ſigillatim enumeratis, *uxorem* praetermiſere Sanctiſſimi Patres? Debuerat ejus ante alias exprimi nomen; nam, uti infra innuam, teſtibus innumeris Scriptoribus, ne Synodi quidem Nicaenae temporibus, Epiſcopi, atque Presbyteri uxoriae rei dare operam ſinebantur, ſaltem in pleriſque Catholicorum Eccleſiis. Sin autem Nicaeni Patres uxorum quoque cum Clericis cohabitationem edicto illo vetuere: quid aliud fecit Arelatenſe Concilium, niſi id ex indulgentia concedere, quod vetitum ante fuerat, dummodo inter eos nullum amplius intercederet commercium carnis, & vir *Fratris*, uxor verò *Sororis* appellatione deinde contenti eſſent?

Quod ſi Hiſtoriam Paphnutii à Socrate, ac Sozomeno literis traditam heic aliquis recantet, probaturus, ipſis quoque Sacerdotio initiatis conjuges retinere olim liberum fuiſſe: videat, ne rem dubiae fidei in ſubſidium advocet. Nam ſi vera Paphnutii Hiſtoria eſt, apertiſſimè etiam conſtabit, reliquos Nicaeni Concilii Patres in eam inclinaſſe ſententiam, ut coelibatus à Presbyteris omnino ſervandus eſſet, quod jam pluribus in locis religioſè fiebat, unumque Paphnutium, caeteris diſſentientibus, intercesſiſſe, & conjugii vinculum vel poſt Presbyterii ſuſceptum munus ſuaſiſſe. Ratio ergo poſcebat, ut Nicaeni Patres de conceſſo Presbyteris uxorum contubernio aliquid innuerent, ne ſilentio ſuo illud viderentur interdixiſſe. Sed quae Paphnutii Hiſtoriae habenda ſit fides, è S. Hieronymo facile poſſumus intelligere. Ante Socratem, & Sozomenum, qui de Paphnutio talia ſcripſere, ipſoque ſeculo, quo habita fuit Nicaena Synodus, floruit Hieronymus. At is eorum certè non ignarus, quae in celeberrima illa Synodo peracta fuerant, ad Pammachium in Epiſt. L. vulgatiſſima haec verba ſcribit: *Epiſcopi*, *Presbyteri*, *Diaconi*, *aut virgines eliguntur*, *aut vidui*, *aut certè poſt Sacerdotium in aeternum pudici*. Tum contra Jovinianum: *Certè confiteris*, *non poſſe eſſe Epiſcopum*, *qui in Epiſcopatu filios faciat; alioquin ſi deprehenſus fuerit*,

ris, non quaſi vir tenebitur, ſed quaſi adulter damnabitur. Neque eſt quod quis objiciat, Hieronymum de conſuetudine tantùm Occidentalis Eccleſiae agere; etenim Orientis, Aegyptique Eccleſias, atque ipſam Petri Sedem conſuetudine hac prorſus obligari affirmat, adverſus Vigilantium diſputans. *Quid facient*, inquit, *Orientis Eccleſiae, quid Aegypti, & Sedis Apoſtolicae, quae aut virgines Clericos accipiunt, aut continentes, aut ſi uxores habuerint, mariti eſſe deſierunt?* Id etiam ab Africanis Eccleſiis conſtitutum fuiſſe, nos docent Canones Africani III. IV. XVI. XXV. LXX. & Can. II. Concilii Carthag. II. Anno 397. ubi videas ab ipſa Apoſtolorum traditione, atque inſtitutione, moris tam pii primordia derivari. His accedat S. Epiphanii auctoritas in Compendio Lib. III. imo totus antiquorum Patrum chorus, ac praecipuè Euſebii Lib. I. de Demonſtr. Evang. Cap. IX. Gregorii Nyſſeni, Ambroſii, Chryſoſtomi, & Oecumenii, quorum teſtimonia colligas à Baronio ad Annum Chriſti 58. & 325. à Bellarmino, à Coccio, aliiſque vetuſtis Polemicae Theologiae Scriptoribus, & à nuperis Praenotionibus Myſtagogicis C. V. Nicolai Comneni Papadopoli Reſp. III. Sect. VIII.

Igitur ab uxoribus Seculo etiam vulgaris Epochae quarto abſtinebant Sacerdotes; & quum incontinentiae ſuſpicionem contubernium illarum cum iis, qui olim mariti fuerant, ſecum trahere poſſet, hinc à Nicaenis Patribus tacita conſtitutione uxores cum Clericis habitare prohibentur. Grave, ut arbitror, poſtea nonnullis viſum eſt, mulieri, quae ante Sacerdotium ad familiam regendam, liberoſque procreandos Deo auctore deſtinata fuerat, ita renunciare, ut ab ipſa familia, ac maritali domo excludenda foret. Quamobrem Conſtantinopolitani Imperatores Anno Chriſti 420. auctores fuerunt, ut uxores domi retinere Clericis liceret, alienato tamen quovis carnis conſortio. In Lege 44. Cod. Theod. Tit. de Epiſcop. Eccl. & Cler. Lib. 16. quam retulimus ſupra, haec habentur: *Illas etiam non relinqui caſtitatis hortatur adfectio, quae ante Sacerdotium maritorum legitimum meruere conjugium; neque enim Clericis incompetenter adjunctae ſunt, quae dignos Sacerdotio viros ſui converſione fecerunt.* Et huc referendus videtur Canon inter Apoſtolicos, ut vulgò audiunt, quinctus ita conceptus: *Epiſcopus, aut Presbyter uxorem propriam nequaquam ſub obtentu religionis abjiciat.* Itaque ſi omnia à nobis prolata benè perpendantur teſtimonia, palam fiet, nil contra Nicaenorum Patrum mentem auſos fuiſſe Arelatenſes Patres, & Siricium Pontificem Maximum conſuetudinem Eccleſiarum ferme om-

nium

nium ſuis decretis confirmaſſe, imo indulgentia majori, quàm Nicaenos Epiſcopos, uſum, quamquam ab Haereticis veluti ſeveriſſimus coelibis vitae patronus traducatur. Multò magis conſtabit, impudenter agere Dodwellum, quum Presbyterorum Caſtitatem, & Virginitatis cultum, *ſuperſtitionem ſeculorum recentiorum* appellat, tota certè in ipſum antiquitate reclamante.

Ceterum eruditè facit Dodwellus, dum ſcribit, *Fratrum Sororumque titulis* poſt Sacerdotium ſuſceptum conſueviſſe donari, qui prius *mariti* atque *uxores* fuerant. Nimirum ſublatâ corporum conjunctione, reſtabat animorum, & inſtituti ſanctiſſimi concordia. Id & ego ſupra adnotavi ad Nazianzeni Carmina εἰς μητέρα, & ad S. Paulini Nat. XIII. Tom. I. Anecdot. (*) ubi de conjuge ſua Theraſia adſtante agens Deum ita alloquitur:

Tu carnea nobis
Vincula rupiſti.

Idacius verò eamdem Theraſiam *de Conjuge Sororem Paulini factam* in Chronico tradit. Dodwellus ipſe Amphilochii locum citat in Vita S. Baſilii, ubi memoratur cujuſdam Anaſtaſii Presbyteri γυνὴ ὀνόματι μὲν, ἀδελφὴ δὲ τῇ χρήσει, *Uxor quidem nomine, at revera Soror*. Eadem nos docet S. Hieronymus in Epiſt. XXVIII. ad Lucinium, ubi inquit: *Habes tecum prius in carne, nunc in ſpiritu ſociam, de Conjuge Germanam, de femina virum, de ſubjecta parem.* Et in Vita Malchi: *Habeto me Conjugem Pudicitiae, & magis animae copulam amato, quàm corporis.* Verum antiquiora etiam iſtius conſuetudinis, iſtorumque nominum, exempla habemus, ut intelligat Dodwellus, non recentiorum ſeculorum eſſe inventum morem dirimendi conjugalis commercii, quo caſtitas deinde coleretur. Certè vel ipſis ferme Apoſtolorum temporibus haec ſcribebat S. Herma Lib. I. Paſtoris: *Poſt multos annos puellam hanc viſam ego recognovi, & coepi eam diligere, ut Sororem.* Infra addit: *Sed impropera verba haec filiis tuis omnibus, & Conjugi tuae, quae futura eſt Soror tua.* Libro etiam III. Similitud. IX. Cap. XI. Virgines quaedam ita Hermam alloqui finguntur: *Nobiſcum dormies, ut Frater, non ut Maritus.* Ad quae loca eruditiſſimi Cotelerii notas conſulere licet, ibi enim citantur Clementis etiam Alexandrini teſtimonia è Lib. III. & Lib. VI. Stromat. & Venantius Fortunatus, & Canon XIII.

(*) Nunc Tom. XI. P. I.

Digitized by Google

XIII. Concilii Arvernenſis, & XII. Concilii II. Turonenſis, & XI. Matiſconenſis Primi.

Revocant me in ſemitam, unde divertere me coëgit Dodwelli confidentiſſimum ingenium, S. Hermae verba, ut quo tempore in Eccleſiam Dei irrepſerit *Agapetarum* peſtis, & *Syniſactorum* abuſus, inveſtigem diligentiùs. Si fidem Dodwelli conjecturis habemus, S. Cypriani aevo ortum ſuum debent *Agapetae;* miram enim, ut hic Scriptor ait, continentiae rationem à Chriſtianis antea habitam fuiſſe, S. Juſtini, Athenagorae, & Minutii auctoritate conſtat, neque locus antea fuerat *Agapetarum* ſordibus. Sed longè ante Cypriani tempora hujuſmodi morbum invaluiſſe, facile mihi perſuadeo. Audiſti, quid Virgines illae ad S. Hermam dixerint, nempe: *Nobiſcum dormies, ut frater, non ut Maritus.* Erant igitur vel ea tempeſtate, qui cum Virginibus communem lectum haberent; & quum in eorum conſuetudine aut nulla intercederet, aut nulla intercedere fingeretur impudicitia, ideo non *Mariti*, ſed *Fratres*, appellabantur. Pergit autem narrare S. Herma, quid poſtea ſibi contigerit. *Ea verò*, inquit, *quae ex illis prima eſſe videbatur, amplexata me eſt, & oſculari me coepit; caeterae verò quum vidiſſent me amplexari ab illa, & ipſae caeperunt me ut FRATREM oſculari.* Addit infra: *Manſi ergo illa nocte cum eis juxta eamdem turrim. Straverunt autem tunicas ſuas linteas in terram, & me in medio collocaverunt, nec quidquam aliud faciebant, niſi quod orabant.* Vides, ut nullus libidinis afflatus Hermae cum Virginibus concubitum poſtea corruperit. Hoc idem jactitavere ſubinde reliqui συνείσακτοι, revera cum Virginibus concubantes, quod tamen S. Herma ab eis diſſimilis in viſione tantùm ſibi objectum fuiſſe confixit.

Erunt nihilominus, ut ſuſpicor, qui tam vetuſtam *Agapetarum* originem eſſe non putent, quippe in Paſtoris Libro non res vera, ſed ficta narratur. Clarius igitur hac de re teſtimonium è Tertulliano petamus, qui certè ante S. Cypriani tempora floruit. Is in Lib. de Jejuniis Cap. ultimo, ita in Catholicos, è quorum caſtris ad Montanum defecerat, oratione invehitur: *Apud te Agape in cacabis fervet, fides in culinis calet, ſpes in ferculis jacet. Sed major his eſt AGAPE, quia per hanc adoleſcentes tui cum SORORIBUS dormiunt. Appendices ſcilicet gulae, laſcivia, atque luxuria. Quam ſocietatem & Apoſtolus ſciens, quum praemiſiſſet: Non in ebrietatibus, nec in comeſſationibus; adjunxit: Nec in cubilibus, & libidinibus.* Quibuſdam igitur Catholicis Tertullianus dicam dicebat, quòd eorum

rum

rum adoleſcentuli, peractis non ſine nimio epularum uſu Agapis, interdum cum Virginibus dormire non dubitarent. Verane, an falſa lividus hic Scriptor nobis narret, incertum eſt mihi. Illud certum, quum huic flagitio praetextum, glorioſumque vocabulum *Dilectionis*, ſive *AGAPES* obtenderent adoleſcentes; quare vides, eos Tertullianum deridere, quaſi majorem, quàm quae in ſacris eorum temporum conviviis, ſive *Agapis*, erat, *Agapen*, atque *Dilectionem* prae ſe ferrent. In Lib. etiam de Pudic. Cap. X. Calices Catholicorum, inſcultumque illis ſub imagine boni Paſtoris Jeſum Chriſtum ipſe Tertullianus appellat *ebrietatis idolum*, & *mechiae aſylum poſt Calicem ſubſequuturae*. Idem alio in Libro, nempe de Exhort. Caſtitatis Cap. XII. ſecundas improbans nuptias, & quarumdam ſpiritalium uxorum uſum commendans, *Agapetarum* conſuetudinem innocenter approbare videtur. Inquit enim: *Habe aliquam uxorem ſpiritalem; adſume de viduis, fide pulchram, paupertate doctam, aetate ſignatam. Hujuſmodi uxores etiam plures haberi Deo gratum eſt*. Certè hinc ſibi *Agapetae* aliquod defenſionis argumentum arripere deinceps potuerunt.

Ut tamen altiùs inquiramus in hujus peſtis originem, ad Platonicam Philoſophiam primò divertere neceſſe eſt. Vix autem eſt quiſquam inter eruditos, cui hanc in rem Socratis, ac Platonis dogmata ignota ſint. Scilicet *Amorem* quemdam Philoſophi illi excogitarunt, non corporum quidem, ſed animorum, & hunc maſculis etiam erga maſculos communem fecere, uti luculenter oſtendit in Praefatione ad Platonis Convivium Marſilius Ficinus. Hinc Apulejus Platoni impensè addictus tum alibi, tum praecipuè in Apologia totus eſt in Amoris hujus commendatione: & de *Venere*, ut appellat, *Coelite* loquens, *ſolis*, inquit, *illam hominibus datam eſſe*, & *eorum paucis, nullis ad turpitudinem ſtimulis, vel illecebris ſectatores ſuos percellentem. Quippe ejus amorem non amoenum*, & *laſcivum, ſed contra incomtum*, & *ſerium pulchritudine honeſtatis virtutes amatoribus ſuis conciliare*. Porro ab Ethnicis ad Chriſtianos ſpecioſus hic amandi ritus aditum ſibi fecit; atque uti apud illos quamplurimi male audiebant, quòd amorem animorum corporeis tandem illecebris corrumperent, ita & apud iſtos eadem ſiniſtra fama invaluit. *Fratris* autem, ac *Sororis* nomina, quibus *συνείσακτοι* velare deinde ſuam impudicitiam, atque à maritis diſtingui conſueverunt, ipſa quoque à Gentilibus accepere Chriſtiani, uti plura profanorum Scriptorum exempla, & loca docere nos poſſunt. Praeterea ſi quidquam in re adeo à temporibus noſtris remota conjicere licet, quibuſdam Pau-

 li Apo-

li Apoſtoli verbis *Agapetas* abuti coepiſſe ſuſpicor. Inquit is in Ep. I. ad Cor. Cap. IX. Μὴ ὀυκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ Ἀπόστολοι; *Numquid non babemus poteſtatem mulierem Sororem circumducendi; ſicut & reliqui Apoſtoli?* Quibus verbis ſignificare videtur Paulus, caeteris Apoſtolis non uxores quidem fuiſſe, ſed matronas quaſdam honeſtiſſimae vitae, quae tum Apoſtolis ipſis, tum ſanctis aliis viris liberaliter victum ſuppeditarent, eiſque ſeſe comites adderent. Idcirco *Sorores* nuncupatae, ut maritalis licentiae ſuſpicio prorſus excluderetur. *Aut certè*, inquit S. Hieronymus Lib. I. adverſus Jovinianum, *ſi* γυναῖκας *uxores accipimus, non mulieres: id quod additur SORORES, tollit uxores, & oſtendit eas germanas in ſpiritu fuiſſe, non conjuges.* Quare conjectura ducor, primis etiam Chriſtianae Reipublicae temporibus quoſdam fuiſſe, qui ut liberè cum feminis verſarentur, his Apoſtoli verbis, uti & *Sororis* appellatione fuerint abuſi. Aliud fortaſſe exemplum ſacris è Literis petitum ſuam in rem trahere potuerunt *Agapeti*, uti videre eſt apud S. Epiphanium in Haereſi LXXVIII. quae eſt Antidicomarianitarum num. 11. Poſtquam eruditus iſte Scriptor cauſſam tradidit, cur Joanni Apoſtolo Virginem matrem Chriſtus è Cruce pendens commendarit, haec ſubdit: Ἀλλὰ μὴ τοῦτο γραφῇ εἰς βλάβην τισὶ, καὶ δόξωσιν ἐν τούτῳ λαμβάνειν πρόφασιν, συνεισάκτους καὶ ἀγαπητὰς ἐπικαλουμένας ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν διὰ κακομήχανον ὑπόνοιαν. Hoc eſt: *Vereor ne hoc ipſum, quod dico, fraudi ſit aliquibus, ut ad Syniſactas & Agapetas, quas vocant, feminas retinendas quod genus peſſimo ſibi animi errore machinati ſunt, fucum inde aliquem, & colorem arceſſiſſe videantur.* Verbis etiam Apoſtoli ſcribentis ad Philemonem abutebantur nonnulli, ut in Commentariis ad eamdem Epiſtolam prodit haec ſcribens Theodoretus: Ὁ μακάριος Παῦλος. κἀγαπητὴν ὠνόμασε τοῦ Φιλήμονος τὴν ὁμόζυγα, ὡς τῇ πίστει κοσμουμένην. Θαυμαζέτω δὲ μηδεὶς, εἰ καὶ προσπταίουσι νῦν τινες τῷ προσρήματι τούτῳ. Οἱ γὰρ κακῶς κεχρημένοι τῷ πράγματι, τῇ προσηγορίᾳ τὴν λοιδορίαν προσῆψαν. πάλαι δὲ σεμνὸν τὸ ὄνομα, καὶ ἀξιέπαινον ἦν. Hoc eſt: *Philemonis conjugem, ut quae fide eſſet ornata, Beatus Paulus Agapetam, ſive dilectam appellavit. Nemo autem miretur, ſi nunc aliqui hoc verbo offenduntur. Qui enim re male uſi ſunt, effecerunt, ut male vocabulum ipſum audires. Erat autem olim nomen honeſtum, & laude dignum.*

At quando Epiphanii erudititiſſimi, & ſanctiſſimi Scriptoris mentionem nuper injeci, non prius illum dimittam, quàm nobis aperuerit,

ruerit, quibus praecipuè Haereticis *Agapetarum* conſuetudo olim placeret. Auctor ille eſt in Haer. LXIII. quae eſt Originianorum num. 21. ſolitos fuiſſe hujus Sectae cultores obſcoenis libidinum modis ſeſe inquinare, atque id potiſſimum curaſſe, ne in corruptis mulieribus aut foetus conciperetur, aut ſignum ereptae pudicitiae appareret. Quin caſtitatis nomen nefandis congreſſibus obtendebatur, cui virtuti omnium maximè ſe illi ſimulabant addictos. At de Hieracitis in Haer. LXVII. num. ultimo clariùs loquitur Epiphanius, ſiquidem inquit: Χλευάζονται δὲ τελειότατα δι' ἃς κέκτηνται ἕκαστος συνεισάκτους γυναῖκας δι' ἃς εἴωθαν φιλοτιμεῖσθαι ἔχειν εἰς ὑπηρεσίαν. Ideſt: *Caeterum ridiculi vel maximè ſunt* (Hieracitae) *ob adſcititias illas, & Cointroductas feminas, quas quum apud ſe habeant, ad quotidianum dumtaxat miniſterium eas ſe adbibere gloriantur.* Encratitas quoque hujuſmodi morbo antiquitus laboraſſe, evidenter idem Epiphanius affirmat; quamquam enim continentiam ii glorioſè admodum jactitarent, aſſiduè tamen cum virgunculis, atque mulierculis verſabantur, cum iis iter faciebant, communem habebant & domum, & menſam, earumque miniſterio utebantur. Quod ſi ad Nicolaitas, reliquorum fere Haereticorum Anteſignanos, primordia *Agapetarum* referre velis, non inſulsè id facias, ſed nullum rei teſtem dabis. Attamen animadverſione dignum eſt, quod de Gnoſticis à Nicolao prognatis idem S. Epiphanius ſcribit ad Haer. XXVI. Nihil magis exploratum eſt, quàm id hominum genus in omnem impudicitiam liberè, palamque effuſum fuiſſe. Viri autem ab uxoribus diſcedentes, ita ſinguli ſingulas alloquebantur: Ποίησον τὴν ἀγάπην μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ. *Fac Agapen cum Fratre.* Quibus ex verbis tum antiquitatem, tum etiam originem *Agapetarum* intelligere poſſumus, quum certè concubitum turpem, *Agapes*, ſeu *Dilectionis* nomine obtegerent Gnoſtici, impuroſque concumbentes non alio, quàm *Fratris* nomine appellare ſolerent. Atque haec de vetuſta hujuſmodi peſtis origine.

Verum pervicaci morbo, uti jam vidimus, SS. Patres, & Concilia ſingulis ſeculis ire obviam, ac obniti non ceſſarunt, non rationibus modò, ſed ſeveris edictis, *Agapetarum* uſum à Chriſtiano grege exturbare conantes. Praeter ea, quae hactenus produximus, illuſtria ſunt documenta Concilii Toletani Primi habiti Anno Chriſti 420. cujus Canon VI. *Puellam Dei*, videlicet Virginem Deo dicatam, prohibet familiariatem habere *cum Confeſſore, aut cum quolibet Laico, ſibi ſanguinis alieni:* Toletanum verò Quartum habitum

An. Ch. 633. Can. XXXXII. *Cum Clericis*, inquit, *extraneae feminae nullatenus habitent*. Et Can. XLIII. damnat *Quoſdam Clericos*, *qui legitimum non habentes conjugium*, *extranearum mulierum*, *vel ancillarum ſuarum interdicta ſibi conſortia appetunt*. Concilium Aurelianenſe Primum habitum An. Ch. 511. Can. XXVIIII. *Canonum ſtatuta* renovat *de familiaritate Extranearum mulierum*: Turonenſe verò Secundum An. Ch. 567. Can. X. *Nullus*, inquit, *deinceps Clericorum pro occaſione neceſſitatis*, *aut cauſſa ordinandae domus Extraneam mulierem in domo ſua habere praeſumat*. Et Can. XIII. Miniſtris Eccleſiae facultatem largitur *mulieres Extraneas de frequentia cohabitationis ejiciendi*. Concilium quoque Moguntinum habitum An. Ch. 888. Can. X. non *Extranearum* tantùm, ſed & omnium feminarum contubernium Clericis interdicit.

Longam texerem Hiſtoriam, ſi ſingula Conciliorum reliquorum, Sanctorumque Patrum hac de re decreta proferre vellem. Proinde ſat erit memoraſſe tum Concilium Trolejanum Primum, ubi Cap. IX. multa in hanc materiem colliguntur, tum potiſſimum geminas Chryſoſtomi Orationes contra τὰς συνεισάκτους, in quibus peſſimum facinus totis eloquentiae nervis profligatur, quod & Palladius in Dialogis de Vita Chryſoſtomi tradidit, itemque Claudium Eſpencaeum Lib. VI. de Continentia. Neque Auguſti Imperatores ſibi defuere, ut ab orbe Chriſtiano hujuſmodi impudicitiae genus eliminarent; etenim praeter Legem 44. Cod. Theodoſ. Tit. de Ep. Eccleſ. & Cler. quam ſupra indicavimus, & quam in Cod. Juſtinian. eodem Tit. & in Leges Bajoariorum Tit. 1. translatam habes, Juſtinianus ipſe Novella CXXIII. Cap. XXIX. & Novella CXXXVII. Cap. I. *Extranearum* mulierum conſortia proſcripſit. Omitto quae Photius in Nomocanone, Balſamon, aliique Graeci de hiſce mulieribus habent ſive *Syniſactis*, ſive *Agapetis*, ſive *Extraneis*, quo poſtremo vocabulo quanquam non diffitear, feminas interdum quaſcumque ſignificari, in quas inhoneſti cum Clericis contubernii ſuſpicio cadere poſſet, vidimus tamen plerumque deſignari ſolas Virgines ſacras in ſuum contubernium à Clericis, aut Monachis adſcitas.

Noſtrorum itaque temporum mores, piamque conſuetudinem laudare tandem liceat nobis, quando omnes fere Virgines Chriſto per ſolemne votum nuptae, Monaſteriis ſeſe includendas tradunt, ſubeuntque pro ejus amore voluntarium, ac perpetuum carcerem, quo neque viris, neque libidinum ſuſpicioni acceſſus reſtat. Utriuſque hominis infirmitati bene ita cautum eſt, & praecluſus inconti-

nentiae

nentiae aditus, quum ſibi nunc & Deo prorſus vivant in ſecretis ſedibus, quae olim huc illuc vagantes Mundo potius, quàm Chriſto vivere conſueverant. Jam habet quod exoptat Chriſtus puritatis amans, puras videlicet, atque à periculo deinceps cadendi remotas Virgines ſuas. Utinam tam pium ſtudium in Eccleſia Dei ſemper excolatur, & foeda *Agapetarum*, ac τῶν συνεισάκτων nomina apud Majores noſtros damnata audire contenti, damnare nunquam amplius debeamus. Cum his votis quieſcens, tuâ ſimul, Montfauconi amantiſſime, atque aliorum patientiâ diutius abuti deſino.

DE-

DE AGAPIS SUBLATIS

DISQUISITIO II.

AD CLARISSIMUM, AC ERUDITISSIMUM VIRUM

JOANNEM BOIVINIUM

Regiae Pariſienſis Bibliothecae Cuſtodem

SYNOPSIS DISQUISITIONIS.

Agapae *Convivia ſacra inter Chriſtianos. Earum antiquitas. In honorem Martyrum celebratae, illorumque die Natali potiſſimum. Ab Ethnicorum ritibus iſtae derivatae. Abuſus, & vitia in ipſis tum in Oriente, tum Romae, & in Africa, & Mediolani. Concilia ipſas abrogant. Earum veſtigia quaedam permiſſa.*

MULTA quidem tibi debeo, Boivini Clariſſime, neque tu negare poſſis, quanquam non famâ ſolùm, ſed etiam experientiâ compertum habeam, te ex iis eſſe, qui non minus injurias ab aliis acceptas, quàm beneficia in alios collata oblivíſci ſolent. Sed nihil me tibi aequè obſtrinxit, ac facilis illa, atque animo nobili digna voluntas, qua mihi per Montfauconium noſtrum à te petenti, ſtatim non pauca Nazianzeni Carmina à te deſcripta, ut ego evulgarem, liberaliſſimè conceſſiſti. Animos etiam, & ſtimulos addidiſti non ſemel, ut in incoepto pergerem, Graecarumque Literarum dignitati hiſce monumentis edendis aliquid & ego adjungerem. Qua in re profectò quantum me tuis monitis ſolicitaſti, tantum etiam exemplo tuo viſus es deterrere. Nam quoties Nicephori Gregorae Hiſtorias à te collectas, & in Latinum ſermonem converſas intueor, mirabilemque tuam in utraque Lingua peritiam atque eruditionem perpendo, toties mihi timeo, ac doleo in eodem ſtadio tam infirmis viribus currenti. Attamen inſiſtere coepto non deſinam, tuâ, tuique ſimilium humanitate

tate fretus; quibus placeat, ſi non leve ingenium meum, certè conſilium optimum. Quum autem Diſquiſitionis materiem mihi praebuerint nonnulla è Carminibus à te impetratis, nulli aequius hanc orationem inſcribendam eſſe duxi, quam tibi, cujus in aere me eſſe libenter fateor, & cui nihil me dare nunc ſentio, ſed reddere. De *Agapis* autem mihi futurus eſt ſermo; quamvis enim de illis plurium Scriptorum lucubrationes per eruditorum manus ferantur, quaedam tamen reſtant in hujuſmodi argumento non ſatis perſpecta, quae omittere nolim, ac praecipuè ut ſuo lumini reddantur Carmina illa, quibus *delicíantes in Martyrum Baſilicis* Nazianzenus noſter exagitat.

Ab *Agapetis* igitur ad *Agapas* me conferendo, quibus à *Dilectione* Graecum nomen fuit, meminiſſe ante omnia juvat, eas nihil aliud fuiſſe, quam Convivia quaedam Chriſtianorum, intra aedes ſacras in honorem Dei ſummi, aut memoriam Sanctorum Martyrum celebrata. Chriſtus ipſe, antequam Judaeis ac morti ſeſe traderet, poſtremam Coenam *Agaparum* exemplar fecit, atque ideo vel ipſis Apoſtolorum temporibus hujuſmodi Convivia, & epulae cum Euchariſtia conjungi ſolebant. Menſae autem divites accumbebant, & pauperes, fratrum more, unâ Chriſti *Dilectione*, ſeu *Agape* populum conjungente, ita ut communione ſacri Convivii non tam animi, quàm corpora hilaritatem conciperent, & promiſcuum facerent *Caritatis* uſum. Vulgatiſſimus eſt hac de re locus ille S. Judae Apoſtoli in Epiſtola Canonica: Οὗτοι εἰσὶν ἐν ταῖς Ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, συνευωχούμενοι, ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες. *Hi ſunt in Agapis veſtris maculae, convivantes vobiſcum, ſine timore ſe ipſos paſcentes.* En quàm antiquum ſit *Agaparum* nomen, ipſiſque adeo notum Apoſtolis. Convivia autem illa non *Agapae* tantùm appellari ſolebant, ſed etiam δοχαὶ, quam appellationem etiam S. Lucas Cap. XIV. uſurpavit. Quare in Conſtitutionibus, ut vulgò dicuntur, Apoſtolicis Lib. II. Cap. XXVIII. haec habentur: Τοῖς εἰς ἀγάπην, ἤτοι δοχὴν, ὡς ὁ Κύριος ὠνόμασε, προαιρουμένοις καλεῖν πρεσβυτέρας. *Iis, qui ad Agapen, ſeu ut Dominus appellavit, Convivium, anus invitare voluerint &c.* Et in hoc ſenſu δοχὴν legimus in S. Ignatii Martyris Epiſtola interpolata ad Smyrnaeos Cap. VIII. Οὐκ ἐξόν ἐστι χωρὶς τοῦ Ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομίζειν, οὔτε δοχὴν ἐπιτελεῖν. *Non licet ſine Epiſcopo neque baptizare, neque offerre, neque ſacrificium immolare, neque Convivium Dominicum celebrare.* Ita vetus Interpres verba poſtrema La-

tinè

tinè reddidit, pro quibus alius haec habet apud doctiſſimum Cotelerium: *neque Agapen facere.*

Quod ſi Latinos hujus conſuetudinis teſtes optas, en Tertullianum in Apologet. Cap. XXXIX. ita de Chriſtianorum rebus differentem ad Romanum Senatum: *Coena noſtra de nomine rationem ſui oſtendit; vocatur enim ἀγάπη, id quod Dilectio penes Graecos eſt. Quantiſcumque ſumtibus conſtet, lucrum eſt pietatis nomine facere ſumtum; ſiquidem inopes quoque refrigerio iſto juvamus.* Tum infra deſcribit, quanto cum temperantiae, ac modeſtiae modulo ſacrae celebrarentur *Agapae. Nihil*, inquit, *vilitatis, nihil immodeſtiae Coena admittit. Non prius diſcumbitur, quàm oratio ad Deum praeguſtetur. Editur, quantum eſurientes capiunt; bibitur, quantum pudicis eſt utile. Ita ſaturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe.* Hujuſmodi fere verbis uſus eſt in aureo libello Minutius Felix, ut Chriſtianorum Convivia ab Ethnicorum calumniis vindicaret. *Convivia*, inquit, *non tam pudica colimus, ſed ſobria. Non enim indulgemus epulis, aut Convivia mero ducimus, ſed gravitatem hilaritate temperamus.* At longum nimis iter inſtituerem, ſi loca ſingula veterum Patrum de *Agapis* congerere huc vellem, & actum etiam agerem, quippe apud recentiores rerum Eccleſiaſticarum cultores congeſta dudum invenias.

Praeſtabit igitur adnotare, vel ipſis Apoſtolorum temporibus in hanc piam convivandi conſuetudinem, partim ambitione divitum, partim etiam vulgi copiâ, non paucos irrepere coepiſſe abuſus. Luxus, atque intemperantia, proxima virtutibus vitia, illic ſenſim obtinuere locum. Quamobrem ſuum eſſe duxit Gentium Doctor Corinthios debiti officii monere, corruptoſque eorum mores vulgatis iis verbis caſtigare: *Convenientibus vobis in unum jam non eſt Dominicam Coenam manducare; unuſquiſque enim ſuam Coenam praeſumit ad manducandum; & alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? Aut Eccleſiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent?* Sanctus verò Judas in Epiſtola ſuperiùs laudata Chriſtianas *Agapas* à Gnoſticis commaculari animadvertit. Hinc SS. Patres nervis omnibus deinde contendere coeperunt, ut pium inſtitutum ab ingruentibus vitiis expurgarent; illos contra, qui ſacram illam conſuetudinem deſpiciebant, communionis Eccleſiaſticae beneficio privarunt. Synodus Gangrenſis Can. XI. Εἴ *τις καταφρονοίη τῶν ἐκ πίςεως ἀγάπας ποιούντων, καὶ διὰ τιμὴν τῦ Κυρίυ συγκαλύντων τὺς ἀδελφὺς,*

ἀγάθε-

ἀνάθεμα ἔςω. *Si quis contemnat eos, qui Agapas ex fide faciunt, & propter Dei bonorem fratres convocant, ſit anathema.* Atque haec de *Agapis* in communi à nobis commemorata ſufficiant. Nunc ſermo ad ea Convivia convertatur, quae in honorem SS. Martyrum veteres Chriſtiani celebrare ſolebant, & quibus Diſquiſitionem iſtam deſtinavi, utpote minus accuratè per alios explicatis.

Itaque animadvertendum primò eſt, alia etiam inter Chriſtianos ſacrorum Epulorum genera fuiſſe, nempe natalitia, funebria, & connubialia, quorum mentionem Gregorius noſter in Carm. X. de diverſis vitae generibus facit; ita enim de ſe ipſo canit:

Οὐδ' ἱερὴν ἐπὶ δαῖτα γενέθλιον, ἠὲ θανόντος,
Η' τινα νυμφιδίην σὺν πλεόνεσσι θέων.
Nod ad aliquod ſacrum epulum natale, ſive funebre,
Sive connubiale; cum pluribus currens.

De Conviviis nuptialibus, atque funebribus plura alii. Mihi reliqua pro virili explicanda nunc erunt tum pro Nazianzeni verſibus illuſtrandis, tum pro SS. Martyrum gloria. Certe nullum apud Majores noſtros praeſtantius habebatur decus, quàm pro Chriſtiani nominis confeſſione tormenta, ac Tyrannorum gladios fortiter ſuſtinere, ipſamque etiam oppetere mortem. Hinc ſummi honores Victoribus noſtris decreti, ut eorum triumphus longè latèque patens alios ad parem fortitudinis gloriam incitaret. Illorum cineres, & oſſa ingenti populorum concurſu, feſtivis plauſibus, religione ſummâ, tumulo dabantur. Cujus rei praeter innumeros alios teſtem vetuſtiſſimum habemus Smyrnenſem Eccleſiam in celebri Epiſtola de Martyrio S. Polycarpi. Ad haec ſolemnis Martyrii dies quotannis in Eccleſia Chriſtiana recolebatur, Templaque, & Baſilicae, & Aedes ſacrae Deo Optimo Maximo in Martyrum honorem excitabantur. Et quidem ſuis Ducibus Roma triumphos decernebat, ſi quando aut militum robur, aut fortuna victoriam patriae peperiſſet. Quantò aequiùs iidem honores in Chriſtianorum Republica victoribus debebantur, qui conſtantiſſimè tormentis, ac morti ſeſe objiciebant longe honeſtiori, quique, ut canit S. Damaſus in Carm. de S. Agnete,

Tartaream ſoli potuerunt vincere mortem,
Invictum ſoli Coelis inferre triumphum?

Incredibili itaque pompa, ac hilaritate SS. Martyrum Natales dies (ita quippe nuncupabantur dies eorum emortuales) celebrari quotannis coepti. Sacris verò in Templis ſobria, ac pudica habebantur Convivia, quibus tum divites, tum pauperes aſſidebant, Caritas verò Chriſtiana praeſidebat. Audi, quid hac de re ferat Auctor Commentariorum in Job, qui Origeni ſolent adſcribi. Ubi Feſta in honorem Martyrum inſtituta commemoravit, haec addit: *Celebramus nimirum riligioſos cum Sacerdotibus conventus, Fideles unà cum Clero invitantes, adbuc egenos, & pauperes, pupillos, & viduas ſaturantes, ut fiat feſtivitas noſtra in memoriam requiei defunctis animabus, quarum memoriam celebramus; nobis autem efficiatur in odorem ſuavitatis in conſpectu Dei &c.* Theodoretus in praeclaro opere de Evangl. Verit. ſeu Graecarum affectionum curatione Serm. VIII. quantum non virtus tantummodo, ſed terrena etiam SS. Martyrum gloria Ethnicis Heroibus praeſtet, luculentiſſimè oſtendit. Qua occaſione ſacra illa Convivia commemorat, quae in eorum Feſtis celebrabantur, & unde in Sanctorum memorias uberem gloriam fluere affirmat. En ejus verba: Πέτρυ, καὶ Παύλυ, καὶ Θωμᾶ, καὶ Σεργίυ, καὶ Μαρκέλλυ, καὶ Λεοντίυ &c. καὶ τῶν ἄλλων Μαρτύρων ἐπιτελῦνται δημοθοινίαι. Καὶ ἀντὶ τῆς πάλαι πομπείας, καὶ αἰσχρυργίας, καὶ αἰσχροῤῥημοσύνης, σώφρονες ἑορτάζονται πανηγύρεις, ὐ μέθην ἔχυσαι, καὶ κῶμον, καὶ γέλωτα, ἀλλ' ὕμνυς θείυς, καὶ ἱερῶν λογίων ἀκρόασιν, καὶ προσευχὴν ἀξιεπαίνοις κοσμυμένην δακρύοις. Hoc eſt: *Petro Paulo, Thomae, Sergio, Marcello, & Leontio &c. aliiſque Sanctis Martyribus ſolemnia populari Epulo peraguntur. Proque illa veteri pompa, pro turpi obſcoenitate, ac impudentia, fiunt modeſtae, caſtae, ac temperantia plenae feſtivitates, non illae quidem ad ebrietatem uſque productae, neque comeſſantium laſcivia, & cachinnis diſſolutae, ſed divinis canticis perſonantes, ſacriſque ſermonibus audiendis intentae, in quibus ad Deum preces non ſine ſanctis lacrymis, ac ſuſpiriis ſummittuntur.*

Vocem δημοθοινίαν pro *Epulo publico* in Sanctorum honorem celebrato quum explicuerimus, explicari etiam facile poterit alius Theodoreti locus Lib. III. Cap. XIV. Hiſt. Eccl. ubi de Juventino, & Maximiano Martyrii palmam ſub impio Juliano conſequutis, haec ait: Τύτυς ἡ Ἀντιόχυ πόλις ὡς ἀγονιςὰς εὐσεβείας τιμήσασα, πολυτελεῖ παραδέδωκε θήκη, καὶ μέχρι δὲ τήμερον ἐτησίω δημοθοινίᾳ γεραίρονται. *Iſtos Antiochia velut ſtrenuos pietatis athletas venerata, magnifico tumulo mandavit, & ad hodiernum uſque diem quotannis Feſto,*

Feſto, *&* *Epulo publico eos honorificè celebrat*. Sanctae Martyris Euphemiae miracula in Baſilica Chalcedonenſi peracta deſcribit Evagrius Scholaſticus Lib. II. Cap. III. Hiſt. atque inter alia haec habet: *Saepe numero aut Epiſcopis, qui ordine illius urbis Eccleſiam rexerant, ſecundum quietem ipſa Martyr apparens, aut aliis quibuſdam ob piam vitae rationem accedens, jubet ut in ipſo Templo Feſtum opiparis epulis celebrent*, κατὰ τὸ τέμενος τρυφᾶν.

Attamen verum fateri ſine cunctatione juvat. Hujuſmodi Convivia, quamquam *Agapae* à Chriſtianis appellarentur, ab iis tamen longè diſtabant, quas in Diſquiſitionis exordio deſcripſi. Etenim *Agapae*, Apoſtolis etiam notae ac uſurpatae, ad ſacrae Coenae à Chriſto ante mortem peractae imitationem celebrari conſuerunt, & cum Euchariſtia conjungi. *Agapae* verò in honorem Martyrum celebratae, ſi non ſemper, ſaltem ſaepe incruento Sacrificio caruiſſe videntur, & à rudibus potius populis, quàm ab Apoſtolis, inſtitutae. Nempe tot populis ab Ethnicorum errore ad Chriſti Fidem converſis durum videbatur iis omnino ritibus renunciare, quibus à teneris annis ſeſe aſſueverant, cujuſmodi fuere Convivia illa, quae in ſuorum funere habere mos erat, & S. Hieronymus his verbis commemorat Lib. III. Cap. XVI. in Hieremiam: *Moris eſt lugentibus ferre cibos, & praeparare Convivium, quae Graeci* περίδειπνα, *& à noſtris vulgò appellantur Parentalia, eò quòd parentibus juſta celebrentur*. Alio nomine *Silicernia* nuncupabantur funebria apud Ethnicos Epula; utramque enim appellationem conjunxit Varro in Meleagris ita ſcribens: *Funus exſequiati cum lauſu ad ſepulcrum antiquo more Silicernium confecimus, ideſt* περίδειπνον, *quo pranſi diſcedentes dicimus aliis alii Vale*. Mortuorum animas frui, atque exhilarari hujuſmodi Epulis, ferebatur, eaque Ethnicorum mentibus tam altè inſederat opinio, ut obſequio ac amori erga Majores omnibus inſito, ipſique Religioni à Natura inſpiratae, deeſſe arbitrarentur, qui ab hoc officio abſtinuiſſent. Quamobrem piiſſimi Chriſtianorum Patres, quando ineptum hunc ritum omnino evertere non poterant, ſatis eſſe opinati ſunt, ſi ut in aliis contigerat, purificarent, efficerentque ad Chriſti religionem accommodatum. Epulum ergo illud, quod in moeroris ſpeciem ſuis mortuis Ethnici parabant, laetitiae argumentum coepit eſſe Chriſtianis, quibus dum SS. Martyrum gloria repetebatur, Martyrii, atque Virtutis amor altiùs quoque inſpirari ſolebat.

Non nudam quampiam de penu meo conjecturam profero. Plebi ſuae recens ab Idolorum cultu revocatae Convivia, ſive *Agapas*, indulſit S. Gregorius Thaumaturgus, de quo haec in ejus Oratione tradit S. Gregorius Nyſſenus: *Quum animadvertiſſet, quòd propter corporis voluptates ſimplex, & imperitum vulgus in errore ſimulacrorum cultus permaneret, quo maximè, id quod praecipuum eſt, interim in eis aſſequeretur, nempe ut vanis ſuperſtitionibus relictis ad Deum converterentur, permiſit eis, ut in memoriam SS. Martyrum ſeſe exhilararent, & oblectarent, atque in laetitiam effunderentur; quod ſucceſſu temporis aliquando futurum eſſet, ut ſua ſponte homines ad honeſtiorem, & exactiorem vitae rationem tranſirent. Quae res nimirum jam etiam in pleriſque ſucceſſit, atque confecta eſt, omni voluptate à corporis oblectamentis ad ſpiritalem laetitiae formam traducta.* Haec Nyſſenus, qui aetate ſua, hoc eſt Nazianzeni aevo, jam apud pleroſque iſtam convivandi rationem obſoleviſſe prodit. Sanctus verò Joannes Chryſoſtomus populum ſuum ab Ethnicorum communione, & ab Idolorum Sede (hanc *Daphnem* appellabant) remoturus, eidem hunc prandiorum uſum indulſit, non intra quidem, ſed juxta Baſilicas celebrandorum. Ita ille in laudatione S. Martyris Juliani; *At etiam corporalis menſae vis fieri particeps: Heic ſoluto conventu licet juxta Martyrium* (ſcilicet juxta Martyrum Baſilicam) *ſub ficu, vel vite diverſanti, etiam corpori recreationem indulgere, & condemnatione conſcientiam liberare.* Tum hanc rationem addit: *Martyr enim è propinquo ſpectatus, & quum ſit vicinus, ipſique menſae adſtet, voluptatem in peccatum effundi non ſinit, ſed tamquam paedagogus, aut pater optimus oculis Fidei conſpectus riſum comprimit, indecoras voluptates circumcidit, laſcivos omnes inſultus carnis tollit.* Igitur ex indulgentia potius, quàm alia de cauſſa, Chriſtianae plebi convivia in honorem Martyrum celebrare olim fas erat; & quò rude vulgus ab Idolorum cultu compeſceretur, quaedam Ethniciſmi veſtigia, in meliorem uſum converſa, permittebantur, modò ab hujuſmodi conſuetudine temulentia Ethnicis familiaris abeſſet.

Quibus animadverſis, jam Nazianzeno aliquam lucem quaeramus. Inquit hic in Carmine laudato CCXX.

Δαίμοσιν εἰλαπίναζον, ὅσοις τοπάροιθε μεμήλει
  Δαίμοσιν ἦρα φέρειν, οὐ καθαρὰς θυσίας.
Τούτου Χριστιανοὶ λύσιν εὕρομεν. Ἀθλοφόροισι
  Στησάμεθ᾽ ἡμετέροις πνευματικὰς συνόδους.

Hoc

Hoc eſt: *Daemonibus opiparas menſas parabant ii, quibus antea cordi erat Daemonibus grata offerre, minimè hoſtias puras. Hujus rei nos Chriſtiani finem invenimus. Martyribus noſtris ſtatuimus tantum ſpiritales conventus*. Nimirum, inquit Nazianzenus, quum olim Ethnici, rem gratam Daemonibus exhibituri, cum iis convivari, iis impuras epulas, atque Inferias offerre ſolerent: nos Chriſtiani ritum hujuſmodi ſuſtulimus, ſive expurgavimus; & Conventus ſpiritum potius, quàm corpus, ſaturaturos, in honorem SS. Martyrum inſtituimus. Tum haec addit:

Νῦν δέ τι τάρβος ἔχει με, ἀκούσατε ὦ φιλόκωμοι,
Πρὸς τοὺς δαιμονικοὺς αὐτομολεῖτε τύπους.

Nunc verò qui me habeat metus, audite ò comeſſationum ſtudioſi. Ad ſimulacra Daemonum deficitis. Jam quippe in haſce Agapas non pauci irrepſerant abuſus, ac potiſſimum luxus, & ebrietas, quorum conſortio ſpiritus opprimebatur, & facto luxuriae loco, nil reſtabat pietatis, nil virtutis inter convivas. Inquit propterea Nazianzenus: En qui ebrietatem, atque intemperantiam Conviviis ſacris immiſcere non dubitatis, ad priſtinum Daemonum cultum deficere videmini; epulae enim, quae hominum mentes opprimant, Daemonibus tantummodo, & non Martyribus, placere poſſunt, ac ſolent.

Haec, aliaque Nazianzenus in eos profert, qui religioni ſibi minimè ducebant, ſe in Martyrum Baſilicis vino ingurgitare, piamque *Agaparum* inſtitutionem intemperantia vitiare. Juvat autem & ejus vocem iterum audire in Orat. VI. habita ad Gregorium Nyſſenum, in qua hunc epulandi ritum improbat, atque à populis omnino auferre conatur. Εἰ οὕτως, inquit, συνεληλύθαμεν, καὶ συντρέχομεν &c. *Si ad hunc modum cojimus, aut confluimus, revera Feſtum hunc diem, ut Chriſto gratum eſt, celebramus; revera Martyres honore affecimus, aut afficiemus; revera triumphalem choream agimus. Sin autem eò convenimus, ut ventris voluptatibus indulgeamus, & fluxis, ac brevi perituris deliciis fruamur; eaque, quae mox evacuantur, inferamus, atque haec loca non temperantiae, ſed crapulae, & negotiationum tempora eſſe arbitremur: primum quàm hoc tempori conveniat, haud agnoſco. Quid enim paleae cum tritico? quid carnis voluptati cum certaminibus Martyrum? illa Theatris congruunt; haec meis conventibus. Illa libidinoſis, haec caſtitatis, & temperantiae ſtudioſis; illa carni addictis, haec iis qui corporis vinculis ſolvuntur &c. Demus*

igitur

igitur operam, Fratres, ne ſancta impurè, & ſublimia demiſsè & honore digna turpiter, & ut uno verbo complectar, ſpiritalia terrenè celebremus &c. Quàm igitur male ſe in Oriente hujuſmodi Convivia haberent, propterea quòd in vitia declinaſſent, ex his palam factum arbitror. Nunc videamus, qui mos in Italia foret, & an Sanctis Patribus probaretur.

In omnium principe Romana Eccleſia ſunt quae perſuadere videntur, tolerata olim haec prandia fuiſſe, modò ab iis temulentiae periculum abeſſet, atque hilaritate corporis laetitia mentis augeretur, non obrueretur. S. Hieronymus ad Euſtochium ſcribens, his utitur verbis: *Feſtus eſt dies, & Natalis B. Petri. Feſtivius eſt ſolito condiendus.* Tum ſub finem Epiſtolae ejuſdem: *Unde nobis*, inquit, *ſollicitius providendum eſt, ut ſolemnem diem non tam ciborum abundantia, quàm ſpiritus exultatione celebremus, quia valde abſurdum eſt, nimia ſaturitate velle honorare Martyrem, quem ſcias Deo placuiſſe jejuniis.* Quamquam verò intra Templorum ambitum ejuſmodi Convivia habita Hieronymus non prodat, id tamen alii factum prodidere. Paulinus Nolanus, Gregorii Nazianzeni, ac Hieronymi aequalis, locupletiſſimus teſtis eſt, Nolae quoque conſueviſſe populum Natalem S. Felicis diem Conviviis celebrare. Haec autem in ipſius Confeſſoris Baſilica peragebantur, minimè tamen probante Paulino, quippe & illic ebrietati ſuus erat locus. Audi nonnullos ejus verſus ex Natali IX. deſumtos.

Cernite, quàm multi coeant ex omnibus agris,
Quàmque piè rudibus decepti mentibus errent.

Tum infra haec addit:

Per totam vigiles extendunt gaudia noctem,
Laetitia ſomnos, tenebras funalibus arcent.
Verum utinam ſanis agerent haec gaudia votis,
Nec ſua liminibus miſcerent pocula ſanctis &c.
——— *Ignoſcenda tamen puto talia, parvis*
Gaudia quae ducunt epulis: quia mentibus error
Irrepit rudibus, nec tantae conſcia culpae
Simplicitas pietate cadit, male credula Sanctos
Perfuſis halante mero gaudere ſepulcris.

Viden,

Viden, ut pium populorum errorem ſimul improbet, atque excuſet S. Paulinus? Nimirum cenſebant ii, maximum Sanctis Martyribus laetitiae argumentum praeberi, ſi eorum memoriam epulis celebrarent, eorumque tumulos ipſo perfunderent mero. Idem, ut arbitror, cauſſabantur Graeci. Nam poſtquam Nazianzenus Martyres interrogavit, num ipſi feſtivis illis comeſſationibus delectarentur, illico ſubdit, poſſe quidem aliis, nempe Daemonibus, ebrietatem & ingluviem placere, Martyribus verò nequaquam, quos unum temperantiae ſtudium oblectabat. At S. Paulinum non prius dimittam, quàm ejus hac de re ſententiam audieris. Inquit igitur:

———— Divendant vina tabernis.
Sancta precum domus eſt Eccleſia. Cede ſacratis
Liminibus ſerpens; non hac male ludus in aula
Debetur, ſed poena tibi. Ludibria miſces
Suppliciis inimica tuis; idem tibi diſcors
Tormentis ululas, atque inter pocula cantas.

Quibus verbis ſtudet Paulinus, ut non tantùm ebrietatem ab iis Conviviis, ſed ipſa etiam Convivia à SS. Martyrum Baſilicis arceat. Et hic idem ille eſt, qui in Epiſtola XXXIII. Alethium laudat, quòd in funere ſuae conjugis Ruffinae cunctos Romanos pauperes in Baſilicam S. Petri coëgiſſet, atque illic *profluis omnes ſaturaſſet cibis*. Atqui mirum id minimè videatur; Epulum quippe illud, ab *Agapis* hactenus memoratis alioqui diverſum, nulla intemperantia vitiabat, multa verò Caritas commendabat.

Verum in Africam navigemus velim, inquiſituri, quei illic hujuſmodi Convivia celebrarentur. Jamque occurrit nobis Fauſtus Manichaeus talia Catholicis objiciens: *Sacrificia eorum* (Paganorum) *vertiſtis in Agapas, Idola in Martyres, quos votis ſimilibus colitis; defunctorum umbras vino placatis, & dapibus*. Quid ad haec Auguſtinus? Ita ille in Lib. XX. Cap. XXI. contra Fauſtum eumdem: *Qui autem*, inquit, *ſe in Memoriis Martyrum inebriant, quomodo à nobis approbari poſſunt, quum eos, etiamſi in domibus ſuis id faciant, ſana doctrina condemnet? Sed aliud eſt, quod docemus, aliud, quod ſuſtinemus; aliud, quod praecipere jubemur, aliud, quod emendare praecipimur, & donec emendemus, tolerare compellimur. Alia eſt diſciplina Chriſtianorum, alia luxuria vinolentorum, & ſacrilegorum. Longè quippe minoris peccati eſt, ebrium redire à Martyribus,*

quàm

quàm vel jejunum ſacrificare Martyribus. In tantam Chriſtiani vulgi licentiam, Afrorumque praeſertim, quibus omnino familiaris erat ebrietas, acriter invehitur Auctor (quiſquis ille eſt) Libri *de duplici Martyrio*, quem S. Cypriano tribunt nonnulli. *Temulentia*, inquit is, *adeo communis eſt Africae noſtrae, ut propemodum non habeatur pro crimine. An non videmus ad Martyrum Memorias Chriſtianum à Chriſtiano cogi ad ebrietatem? An hoc levius crimen eſſe dicamus, quàm Baccho hircum immolare?* Igitur tam altas in Africa radices hujuſmodi conſuetudo egerat, ut ſacrorum Antiſtitum illam ſuccidere conantium cura in irritum caderet. Vim ritui nimiam addebat univerſi populi conſenſus. Quamobrem Auguſtinus nondum Epiſcopus ad Aurelium Carthaginienſem Antiſtitem ſcribendum ſibi eſſe cenſuit, ejuſque auctoritatem implorandam adverſus pervicacem morbum. Eum ergo Epiſt. LXIV. variis argumentis, & rationibus hortatur, ac rogat, ut comeſſationes in honorem Martyrum, Africam totam obtinentes, Carthagine primùm tollendas curet, ſpe ductus, fore ut reliquae Provinciae exemplum urbis, & Eccleſiae Primatis deinde imitentur. *Comeſſationes* (ſunt ejus verba) *& ebrietates ita conceſſae, & licitae putantur, ut in honorem etiam beatiſſimorum Martyrum, non ſolùm per dies ſolemnes (quod ipſum quis non lugendum videat, qui haec non carnis oculis inſpicit?) ſed etiam quotidie celebrentur. Quae foeditas ſi tantùm flagitioſa, & non etiam ſacrilega eſſet, quibuſcumque tolerantiae viribus ſuſtentandam putaremus &c.* Tum oſtendere pergit vir ſanctiſſimus, iſtum convivandi morem è pleriſque Italiae Eccleſiis jam eliminatum, atque ideo accuratè ſtudendum, ut & in Africa deleatur: quod tamen difficile praeſtari poſſe non diffitetur. *Quis enim*, ait, *audet vetare privatim, quod quum frequentatur in ſanctis locis, honor Martyrum nominatur?* Addit infra: *Non ergo aſperè, quantum exiſtimo, non duriter, non modo imperioſo, iſta tolluntur; magis docendo, quàm jubendo, magis monendo, quàm minando. Sic enim agendum eſt cum multitudine; ſeveritas autem exercenda eſt in peccata paucorum.* Idem S. Doctor Tract. X. in Evangel. Joan. ita populum alloquitur: *Vides alios currere, & inebriari velle, & hoc velle in locis ſanctis, quod nuſquam decet; probibe quos potes &c.*

At quoniam in laudata Epiſtola LXIV. inquit Auguſtinus, gratius Deo, ac Martyribus, utiliuſque piis hominibus futurum, ſi epulae non ab offerentibus abſumerentur, ſed in pauperes erogarentur; heic alia ritus hujuſmodi ſpecies eſt explicanda, quae & ipſa

à Chri-

Digitized by Google

à Chriſtianis Eccleſiis demum exulare coacta fuit. Nonnulli ſiquidem, ut Baſilicis, ac Coemeteriis SS. Martyrum reverentiam oſtenderent, atque ebrietatis ſuſpicionem declinarent, ita ſe continebant, ut illuc quidem dapes deferrent, ſed eas deinde aut domi ſuae comederent ipſi, aut indigentibus elargirentur. Africam pervaſit iſta conſuetudo, & S. Auguſtinus Lib. VIII. Cap. poſtremo de Civ. Dei rem his verbis commemorat. *Quaecumque adhibentur religioſorum obſequia in Martyrum locis, ornamenta ſunt Memoriarum, non ſacra, vel ſacrificia mortuorum, tamquam Deorum. Quicumque etiam epulas ſuas eò deferunt, quod quidem à Chriſtianis melioribus non fit, & in pleriſque terrarum nulla talis eſt conſuetudo, tamen quicumque id faciunt, quas quum appoſuerint, orant, & auferunt, ut veſcantur, vel ex eis etiam indigentibus largiantur, ſanctificari ibi eas volunt per merita Martyrum.* Quoniam verò mos iſte Mediolanenſi potiſſimum in Eccleſia obtinuit, locus poſcit, ut mihi inter paucas cariſſimae Urbis antiquitates heic percurram. Primò igitur invenio, convenire Mediolanenſes conſueviſſe ad Martyrum Baſilicas, atque illic opipara Convivia ad ebrietatem uſque agitaſſe, imprudenter arbitratos, per adeo abſurdum obſequium preces, ac vota feliciùs in Coelis exaudienda. At S. Ambroſius pium vulgi errorem minimè ferens, ita in eos ſcribit Lib. de Elia, & Jejunio Cap. XVII. *Et haec vota ad Deum pervenire judicant, ſicut illi, qui calices ad ſepulcra Martyrum deferunt, atque illic ad veſperam bibunt, & aliter ſe exaudiri poſſe non credunt. O ſtultitiam hominum, qui ebrietatem Sacrificium putant, qui aeſtimant illis ebrietatem placere, qui jejunio paſſionem ſuſtinere didicerunt.* Haec ſanctiſſimus Antiſtes, eodem, quo Nazianzenus, argumento uſus, ut Fideles ab hoc delirio compeſceret. Immo, tametſi complures Mediolani forent, qui ſobriè ad iſta Convivia accederent, aut epulas ad ſepulcra Martyrum ferrent, pauperibus deinde diſtribuendas, ne hoc quidem tulit Ambroſius, ut omnis aditus reliquorum intemperantiae praecluderetur. Vulgatiſſimum eſt, quod matri ſuae Monicae, dum ageret Mediolani, contigiſſe, S. Auguſtinus tradit. Uti in Africa in more poſitum erat, ad Mediolanenſium Martyrum tumulos detulerat illa quaſdam dapes, partim à ſe libandas, partim pauperibus diſtribuendas. Verùm ubi ab Oſtiario didicit, interdictam ab Ambroſio Epiſcopo conſuetudinem illam fuiſſe, continuò paruit, ne ipſam quidem interdicti cauſſam ſciſcitata. Lib. VI. Cap. II. Confeſs. rem ita prodit Auguſtinus: *Quum ad Memorias Sanctorum, ſicut in Africa ſolebat, pul-*

tes, & panem, & merum attuliſſet, atque ab Oſtiario prohiberetur, ubi hoc Epiſcopum vetuiſſe cognovit, tam piè, tam obedienter amplexa eſt, ut ipſe miraretur, quòd tam facile accuſatrix potius conſuetudinis ſuae, quàm diſceptatrix illius prohibitionis effecta ſit. Explicat autem Auguſtinus, quomodo ritus ejuſmodi à matre perageretur, nempe: *Quum attuliſſet caniſtrum cum ſolemnibus epulis praeguſtandis, atque largiendis* (hoc eſt, inopi vulgo diſtribuendis) *plus etiam quam unum pocillum pro ſuo palato ſatis ſobrio temperatum, unde dignationem ſumeret, non ponebat.*

Ceterum quare conſuetudinem hanc abrogarit S. Ambroſius, licèt in pauperum utilitatem cederet, juvat ab eodem Auguſtino diſcere, qui haec infra ſubdit: *Itaque ubi comperit, à praeclaro praedicatore atque Antiſtite pietatis, praeceptum eſſe, iſta non fieri, nec ab eis, qui ſobriè facerent, ne ulla occaſio ſe ingurgitandi daretur ebrioſis, & quia illa quaſi Parentalia ſuperſtitioni Gentilium eſſent ſimillima, abſtinuit ſe libentiſſimè, & pro caniſtro pleno terrenis fructibus plenum purgatioribus votis pectus ad Memorias Martyrum afferre didicerat.* Habes heic Ambroſii prudentiſſimi, & ſanctiſſimi viri decreta, ut à Baſilicis Martyrum temulentiae, & ſuperſtitionis periculum averteretur. Verum non ita potuit hic uſus antiquari, ut illum populus vetuſtorum rituum tenaciſſimus omnino ejuraret. Ejuſdem veſtigia temporibus etiam S. Caroli reſtabant, quum in quibuſdam ſacris piarum Sodalitatum aedibus Convivia ſtatis diebus agerentur, eaque pietatis ſpecie. Idcirco S. Carolus in Conc. Provinc. I. parte III. Conſtitutionum Cap. de piorum locor. adminiſtr. haec ſtatuit: *Curent Epiſcopi, ut retento piae eleemoſynae inſtituto tollantur publicae illae comeſſationes, caeteraque hujus generis, quae à Sodalitatibus, quas Confratrias, vel Confraternitates vocant, praeſertim intra ambitum Eccleſiarum die Pentecoſtes, & die Coenae Domini, & certis aliis ſolemnibus Feſtis diebus pietatis ſpecie fieri ſolent, non ſine bonorum offenſione.* Similia iterum ab eodem ſanctiſſimo Archiepiſcopo conſtituta ſunt in Concilio Provinc. III. Cap. I. Atque haec de Mediolanenſi Eccleſia ſint ſatis; Sancti enim Ambroſii verba Lib. VII. num. 43. in Evangel. Lucae examinanda aliis relinquo. Addam heic, in Ravennate etiam Eccleſia morem hunc ſeculo Chriſti quinto valuiſſe; ita quippe, illum improbans, S. Petrus Chryſologus auditores ſuos alloquitur Serm. CXXIX. *Noli aeſtimare, cariſſime, quòd in ſolis prandiis, & profuſioribus epulis Natales Martyrum celebrentur.*

Atque

Digitized by Google

Atque hactenus, quot in provinciis, atque Eccleſiis Convivia in SS. Martyrum honorem celebrarentur, & quanto zelo aut ebrietatem ab iis, aut ipſa ab aedibus ſacris removere Epiſcopi ſtuduerint, animadvertimus. Nunc quid Concilia ſacra conſtituerint hac de re, nobis eſt inveſtigandum. Mitto Laodicenam Synodum Can. XXVII. Carthag. III. Cap. XXX. Trullanam Can. LXXIV. Aurelianenſem Cap. XII. Antiſſiodorienſem Can. IX. aliaſque Synodos, in quibus *Agapae* univerſae, & Conviviorum in Baſilicis conſuetudo omnis proſcribitur, in praeſentia oſtenſurus, quomodo peculiares illae *Agapae*, de quibus nobis eſt ſermo, abrogatae fuerint. Concilium, ut appellatur, Africanum, ſeu Collectio variorum Canonum Afrorum ſub hoc nomine facta, Cap. XXVII. haec decernit: *Illud etiam à religioſis Imperatoribus petendum, ut quae contra praecepta divina, Convivia multis in locis exercentur, quae ab errore Gentili attracta ſunt, vetari talia jubeant, & de Civitatibus, & de poſſeſſionibus, impoſita poena, prohiberi; maximè quum etiam in Natalibus beatiſſimorum Martyrum per nonnullas Civitates, & in ipſis locis ſacris talia committere non reformident.* Eadem repetita videas in Codice Graeco-Latino Canonum Africanae Eccleſiae Cap. LX. Quo autem Anno, & quo in Concilio Africani Patres iſta decreverint, conjecit Gothofredus in Comment. ad Leg. 17. Cod. Theod. Tit. *de Paganis, Sacrificiis, & Templis*, ſcribens, in Concilio Carthaginienſi V. Anno 399. petitionem hanc inſtitutam fuiſſe; ſiquidem eodem Anno XIII. Kal. Septembr. promulgavit laudatam Legem Honorius Auguſtus, in qua haec habentur: *Ut profanos ritus jam ſalubri Lege ſubmovimus, ita Feſtos Conventus Civium, & communem omnium laetitiam non patimur ſubmoveri. Unde abſque ullo Sacrificio, atque ulla Superſtitione damnabili, exhibere populo voluptates ſecundum veterem conſuetudinem; inire etiam Feſta Convivia, ſi quando exigunt publica Vota, decernimus.* Nempe, ut Gothofredo videtur, hac Lege Honorius piis Africanorum Patrum petitionibus reſpondet, non ipſa quidem damnans Convivia, ſed ea ab omni Paganorum ſuperſtitione expurgans. Verum an Carthaginienſium Patrum petitio quidquam conveniat cum Imperatoris Edicto, vehementer dubitare cogor. Epiſcopi *Convivia* illa vetita cupiunt; lex autem decernit, fas eſſe *inire etiam Feſta Convivia*. Tum Convivia ab Imperatore permiſſa non eadem videntur, ac celebrata intra ſacrarum aedium ambitum in honorem SS. Martyrum, ſed potius quae publicè, & profanis de cauſſis, & procul à Templis olim peragebantur, qualia certè Kalendis Januariis diu uſurpata ſunt, ſeu

in Feſtis Bacchi (Brumalia nomen iis erat) ſeu publicorum Ludorum, atque Votorum die, ſimilibuſque aliis temporibus.

Quanquam verò ſenſim ſublata è Chriſtiano grege adeò patentia intemperantiae pericula fuerint, & praecipuè è Martyrum Baſilicis, ita tamen abrogari conſuetudo non potuit, ut privatis ſaltem in domibus Feſti Sanctorum dies, Templorumque Dedicationes, Conviviis opiparis non celebrarentur. Quamobrem Sidonius Apollinaris ad Baptiſterii Dedicationem invitatus, his verbis ad Elaphium ſcribit Lib IV. Epiſt. XV. *Epulum multiplex, & capaciſſima lectiſternia para plurimis viis pluribus turbis. Ita bonorum contubernio ſedis &c.* At quum non in aedibus ſacris, ſed in *viis*, uti Sidonius ipſe teſtatur, Epula ejuſmodi parari ſolerent, ſobrietaſque, ut puto, primum illic locum teneret, non fuit, cur ille mos improbaretur. Conſtat idem ex S. Gregorio Turonenſi Lib. II. Cap. XVI. de Mirac. S. Martini. Nauta quidam ſolemnem Epiphaniorum diem, epulantibus aliis, prae inopia atque ciborum defectu jejunus celebrare cogebatur. Invocato S. Martino, in ejus ratem ingens piſcis inſiluit, quo vendito & ipſe cum aliis Feſtum diem inter epulas modeſta hilaritate egit.

Ceterum huc potiſſimum facit, quod Anglis recenter ab Idolorum cultu ad Chriſti Fidem converſis conceſſit Gregorius Magnus. Impios profanae Religionis ritus, & Convivia praecipuè ſolemnioribus diebus agi ſolita, reprobari prorſus non patiebantur Angli. Quare ſanctiſſimus Pontifex eorum conſuetudini ſatis conſultum cenſuit, ſi Chriſtianis mentibus dignam faceret, atque expurgaret. Indulſit ergo, ut non in ipſis aedibus ſacris, ſed circa eaſdem, Convivia & compotationes haberi poſſent, ad ſatietatem uſque, non ad intemperantiam. Audi quid ille ad Mellitum Abbatem Epiſt. LXXI Lib. IX. ſcribat. *Quia boves ſolent* (Angli) *in ſacrificio Daemonum multos occidere, debet his etiam hac de re aliqua ſolemnitas immutari, ut die Dedicationis, vel Natalitio SS. Martyrum, quorum illic Reliquiae ponuntur, tabernacula ſibi circa eaſdem Eccleſias, quae ex Fanis commutatae ſunt, de ramis arborum faciant, & religioſis Conviviis ſolemnitatem celebrent, & donatori omnium de ſatietate gratias referant, ut dum eis aliqua exteriùs gaudia reſervantur, ad interiora gaudia conſentire faciliùs valeant.* Ita Paganorum ſacrilegia in SS. Martyrum honorem tranſlata ſunt, atque ebrietate à Baſilicis atque Conviviis remota, publicam laetitiam ſobrietas ac temperantia ſacravit. Noſtra autem aetate in nonnullis Belgii Civitatibus, & pagis, hujuſmodi Convivia obſervantur, ubi Templorum Dedicationes, Sanctorum

ctorumque Patronorum ſolemnia per annum recurrunt, uti fidem facit C. V. Chriſtianus Lupus in Scholiis ad Canon. LXXIV. Synodi Trullanae; ſed quum iſte mos à ſacris Baſilicis longè exerceatur, ibique modeſtiam ac temperantiam non deſideres, nihil eſt, cur juſtam illam populorum hilaritatem moleſte feramus. Non tulit quidem Baſilienſe Concilium Seſs. XXI. *turpem illum abuſum in quibuſdam frequentatum Eccleſiis, quo certis anni ſolemnitatibus &c. comeſſationes, & Convivia ibidem praeparent &c.* Verum jure decretum hoc promulgavere Baſilienſes Patres, quippe quod intra Baſilicas ipſas comeſſationes peragebantur non ab iis diſſimiles, quas tum Nazianzenus noſter, tum reliqui, ut vidimus, Eccleſiaſtici Scriptores acribus verbis ſunt perſequuti.

Itaque jam, ut reor, dilucidè perſpeximus, Convivia primò in SS. Martyrum honorem celebrari ex indulgentia Patrum conſueviſſe, deinde quòd ebrietas & luxus vitiarent inſtituti hujus fructum, à ſacris Templis eliminata fuiſſe, unàque cum eis omnem *Agaparum* uſum. Certè noſtris temporibus, atque in Italia praeſertim, aut nulla hujuſmodi Convivia, aut ſaltem procul à Domo Dei, peraguntur, quum in animis populorum jam altè inſideat, non epulis, corporeiſque voluptatibus, ſed ſpiritus hilaritate, pioque cultu, amorem atque obſervantiam erga Sanctos Martyres eſſe prodendam. Ex his porro, quae hactenus commemorata ſunt, etiam diſcimus, ne eos quidem ritus interdum in Eccleſia Dei ferendos eſſe, qui tametſi aliquam à pietate originem habeant, abuſibus tamen nimiis contaminantur. Non enim inficiari poſſumus, quin *Agapae* in Martyrum Natalitiis peractae, ideo Chriſtianae plebi placerent, quòd gratiſſimae Coelitibus crederentur: quae pia opinio fecit, ut ab Epiſcopis toleratae aliquandiu fuerint. At quandoquidem in illam conſuetudinem tot abuſus irrepſerant, ſatius viſum eſt, ritum non ſacrilegum prorſus tollere, quàm ullam pietati communionem cum vitiis relinquere:

Sed jam ſatis ſuperque de hujuſmodi argumento, cui optaſſem, amantiſſime Boivini, major jucunditas ineſſet, quo tibi ſeverum Philoſophum agenti crearetur in legendo aliqua honeſta voluptas. Novi enim, novi, te fere tam parum remittere de gravibus literarum ſtudiis, ut in Regia Bibliotheca perpetuò abditus, eremi potius, quam ampliſſimae Urbis incola videare. Tu tamen qualecumque ſit, hoc pignus amoris, & obſequii erga te mei pro tua benevolentia complectere, & nunquam patiare, familiaritatem noſtram aut longinquitate locorum, aut progreſſu temporum interdicere. Vale.

DE

DE ANTIQUIS CHRISTIANORUM SEPULCRIS

DISQUISITIO III.

AD CLARISSIMUM, AC ERUDITISSIMUM VIRUM

JUSTUM FONTANINUM

In Archigymnaſio Romano publicum eloquentiae Profeſſorem, & Eminentiſs. Card. Renati Imperialis Bibliothecarium.

SYNOPSIS DISQUISITIONIS.

Chriſtiani ſacris in Aedibus & olim tumulati in Oriente. Abuſus in eum ritum invecti. Profanis etiam, & Infidelibus ſepultura illic data, Patribus contra clamantibus. Tumuli alieni dejecti, ut Martyrum ſepulcra ornarentur. Iidem tumuli venum dati. Explicatur Lex VI. Cod. Theod. de Sepulcr. viol., *oſtenditurque, ibi non improbari ſepulturam Chriſtianorum in Templis. Mortuos olim intra urbes tumulare nefas. Imperatores hoc tantummodo confirmarunt. Explicantur aliae quaedam Imperatorum Leges. Tum ante eas Leges, tum etiam poſtea in ſacris Templis ſepulti Chriſtiani. Varia pro varietate locorum diſciplina.*

NON paucos, Fontanine doctiſſime, inter Heterodoxos Scriptores invenias, quibus piaculum videatur, quòd ſacris in Aedibus Chriſtianorum cadavera tumulare ſoleamus. Neque id mirum, homines à noſtra communione ſegregatos ſententiis quoque, & moribus à nobis vel in minimis diſſidere. Illud potius mirari ſubit, quòd quoſdam etiam è noſtris habeamus, eumdem ritum averſantes, & opinionem ſuam veteris Eccleſiae auctoritate, ut ſibi videtur, tuentes. Verum ſi eam, quam utrique nobis objiciunt, priorum temporum notitiam diligentiùs conſuluiſſent, aut nullum Sepulcris noſtris bellum indictum, aut mitiùs cum illis jam actum fuiſſet. Etenim, ut in diſquiſitione XVII. Tom. I. Anecdotorum (*) meorum oſtendi, antiquis etiam temporibus

(*) Saep e dicta P. I. T. XI. Edit. hujus.

bus pia haec conſuetudo non invaluit modò, ſed etiam praeſtantiſſimorum virorum ſuffragium tulit. Equidem, ut candidè tecum loquar, non is ſum, qui tot tumulos in Domo Dei commendem, quum non Templa, ſed Coemeteria ingredi nonnumquam videar mihi. Sed qui modum in hujuſmodi re opto, non continuò rem ipſam improbo. Quin ſecundas curas ad idem argumentum deferre nunc placet, palamque facere ſaltem poſt Imperium Conſtantini conſueviſſe Chriſti Fideles in ipſis ſacris Aedibus tumulo tradi. Qua in re duo potiſſimum perſequar. Primam ſcilicet partem impendam in explicandis nonnullis, ſive Nazianzeni, ſive alíus vetuſti Scriptoris, verſibus, in quibus, niſi lux aliqua affulgeat, difficilè aſſequemur mentem Poëtae illius. Verſabitur altera pars in inquirendo, an revera hujuſmodi Sepulcra olim interdixerint Imperatores Chriſtianam Religionem profeſſi. Te autem hujus quaeſtionis Judicem in primis volui, ut aut conſenſu tuo ſententia mea glorietur, aut cenſurâ tuâ corrigatur quidquid confidentiùs pronunciavero. Certè non poteram neque graviorem, neque doctiorem amicum ſeligere, quum tibi tum in profana, tum in ſacra Eruditione tanta ſit rerum copia, ut cum praeſtantiſſimis quibuſque aevi noſtri certare jam poſſis. Quod niſi jam editis Libris tu ipſe palam feciſſes, uberiuſque in dies facturus ſis, intelligeret tamen quicumque novit, te jamdiu ab ampliſſimo Cardinali Joſepho Renato Imperiali delectum ad curam ſelectiſſimae ſuae Bibliothecae, & denique ad Romani Lycei Cathedram evectum à CLEMENTE XI. P. M. cujus optimi ſimul ac doctiſſimi Principis de te judicium non dubito quin futurum ſit cum apud praeſentes, tum apud poſteros, abſolutiſſimum tuae virtutis encomium. Age ergo, arenam ſine mora ingrediamur.

Uti in memorata Diſquiſitione palam me feciſſe arbitror, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, antiquitus etiam ſacris in Templis Chriſtianorum Fidelium oſſa fuiſſe compoſita. Quod autem in Occidentalibus Eccleſiis non conceſſum modò, ſed laudabiliter quoque uſurpatum oſtendi, id etiam apud Orientales viguiſſe, Nazianzenus in verſibus, quos nunc primum ego edidi, teſtabitur. Ita ille in Liviam Amphilochii uxorem Carm. XVII. Anecdotorum meorum:

Εἷς δόμος, ἀλλ' ὑπένερθε τάφος, καθύπερθε δὲ σηκὸς;
  Τύμβος δειμαμένοις, σηκὸς ἀεθλοφόροις.

Una domus, ſed inferiori parte ſepulcrum, ſuperiori verò Templum;
  Tumulus iis, qui aedificarunt; Templum Martyribus.

Ecce, ni mea me fallit opinio, Livia in Martyrum Aede tumulo tradita, ſuperior enim Templi pars Martyribus deſtinata erat; inferior verò, nempe ſubterranea, tumulum cadaveri Liviae praebebat, cujus ſtudio in honorem Martyrum excitata illa Aedes fuerat. Eadem colligi poſſe videntur è Gregorii noſtri Oratione X. in funere Caeſarii fratris, ubi haec habentur: Νῦν ἡμῖν ὁ πολὺς Καισάριος ἀποσέσωσαι, κόνις τιμία, νεκρὸς ἐπαινούμενος, ὕμνοις ἐξ ὕμνων παραπεμπόμενος, Μαρτύρων βήμασι πομπευόμενος. *Nunc nobis magnus Caeſarius ſervatus eſt, cinis pretioſus, mortuus laudatus, ex hymnis ad hymnos tranſmiſſus, ad Martyrum ſacraria cum pompa ductus &c.* Scilicet ad Martyrum Aedem funebri pompa perductum fuiſſe Caeſarium, ibique ſepultum juxta ſacros eorum cineres, intelligimus, ubi complures alii quietis locum ſibi parabant, piè ſperantes, fore ut faciliùs apud Deum vicinorum Sanctorum patrocinium experirentur, quemadmodum alibi docuimus. Ex alio quoque Nazianzeni Epigrammate nunc primùm per me edito diſcimus, Gregorium adoleſcentulum humanis functum ab avunculo Gregorio juxta puros Martyres fuiſſe appoſitum, καθαροῖς Μάρτυσι παρθέμενον. Neque diverſo in loco tumulata Nazianzeni mater Nonna. Ita de illa ſcribit filius in Epigrammate nunc evulgato:

> Σῶμα δ' ἀρ ἐκ νηῦ Μάρτυσι παρθέμεθα.
> *Corpus verò de Templo Martyribus appoſuimus.*

Tum ipſos Martyres ille his alloquitur:

> Μάρτυρες ἀλλ' ὑποδέχθε θύος μέγα, τὴν πολύμοχθον
>   Σάρκα, καὶ ὑμετέροις αἵμασιν ἑσπομένην.
> *Martyres ergo excipite magnam hoſtiam, laboribus confectum*
>   *Corpus, quod ſanguini veſtro ſociatur.*

De ipſa Nonna in alio Epigrammate haec habet Nazianzenus:

> Νηὸς ὅδ', οὐ γὰρ ὅλην Νόνναν θέμις ἦεν ἐρύξαι,
>   Ψυχῆς οἰχομένης, μοῦνον ἔπεσχε δέμας.
> *Templum hoc, non enim totam Nonnam fas erat retinere;*
>   *Anima egreſſa, ſolum retinuit corpus.*

Hiſce

Hiſce exemplis, ſi forte litem non dirimant, clariſſimum addam è Cappadocia Nazianzeni provincia, atque ab iſtius aevo petitum. Macrinam SS. Baſilii Magni, & Gregorii Nyſſeni ſororem, ejuſque parentes intra Martyrum Baſilicam tumulo datos fuiſſe, certiſſimus Auctor eſt idem Gregorius Nyſſenus in Oratione de S. Macrina, quam ad diem XIX. Julii retulit Surius. Inquit enim: *Porro quum inter ſeceſſum, & SS. Martyrum aedem, in qua parentum etiam corpora quieſcebant, ſeptem, octove intercederent ſtadia, totum prope diem in eo ſpatio conficiendo conſumſimus.* Addit infra: *Quum parentum jam eſſet patefactus tumulus, in quem illam decreveramus inferre &c.* Denique ait: *Sacrum illud corpus è feretro tollentes, juxta matrem appoſuimus, atque ita votum utriuſque complevimus. Uno enim conſenſu ſemper oraverant Deum, ut corporibus poſt mortem copularentur.* Quibus ex rebus conſtare ſatis poteſt, ut mihi videtur, minimè Nazianzeno, ejuſve aequalibus diſplicuiſſe Chriſti Fidelium Sepulcra in Aedibus ſacris, eumque morem in Cappadocia viguiſſe, qui altas in Occidente jam egerat radices. His autem poſitis, tutiùs progrediemur ad illius Carminis explicationem, quod *εἰς τὰς ἀνορύττοντας τάφους προφάσει Μαρτύρων*, *in effodientes ſepulcra praetextu Martyrum*, elucubravit Poëta noſter, ſive alius quiſquam certè vetuſtus Auctor; ſiquidem ibi non ipſam in Templis ſepulturam, ſed abuſus in eam irrepentes, aut ex ipſa conſequutos damnat, quemadmodum è ſingulorum verſuum enarratione liquebit.

Ita ſe habent priores:

Τριςθανέες, πρῶτον μὲν ἐμίξατε σώματ' ἀνάγνων
Ἀθλοφόροις: τύμβοι δὲ θυοπόλον ἀμφὶς ἔχουσιν.
Ter morte digni, primò quidem miſcuiſtis corpora profanorum
Martyribus: & ſepulcra Sacerdotem utrinque habent.

En prior abuſus Chriſtianorum ſepulturam inficiens, cui viam praecidere molitur Poëta. Uti enim dicebamus, ſpe felicitatis aeternae adducti Chriſtiani juxta SS. Martyrum tumulos oſſa ſua collocanda curabant. At in piis tantummodo hominibus non ſubſtitit hujuſmodi conſuetudo; nam *ἄναγνοι* etiam, ſeu *profani*, & *impii* eamdem ſibi in Templis ſedem quietis eligere coeperunt. Hinc eos corripit Poëta. Dabimus Scholiaſtis Ambroſiani MS. verba, ſive explicationem verſuum eorumdem: *ὦ τριςκατάρατοι, καὶ τριςθάνατοι. πρῶτον μὲν ἐμίξατε σώματα ἀνάγνων ἀνδρῶν τοῖς τῶν ἁγίων Μαρτύ-*

ρων σώματι. τύμβοι δὲ βεβήλων θυοπόλον πολλάκις μέσον ἔχουσι κείμενον. *O ter execrandi, terque morte digni, primò quidem impurorum hominum corpora SS. Martyrum corporibus commiſcuiſtis. Sepulcra verò profanorum Sacerdotem ſaepè circumquaque obſident.* Et ſanè τὸ ἀμφὶς in Nazianzeni Carmine poſitum, non obſcurè ſignificare videtur, ſaepe Sacerdotes, dum in Templis ſupra SS. Martyrum ſepulcra incruentum Sacrificium offerrent, hinc & illinc impiorum, aut impurorum cadavera habuiſſe.

Atqui piis Sanctorum Patrum mentibus piaculum minimè tolerandum videbatur, quòd ſanctitatis domicilium aut Ethnicis, aut profanis cadaveribus impleretur. S. Hilarius Pictav. Epiſcopus Chriſti Domini verba explicans Cap. VIII. Matthaei relata: *Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos*, haec ſcribit ad eundem locum: *Oſtendit Dominus, inter fidelem filium, patremque infidelem jus paterni nominis non relinqui. Non igitur obſequium humandi patris negavit, ſed admonuit, non admiſceri MEMORIIS SANCTORUM Mortuos Infideles; mortuos autem etiam eos eſſe, qui extra Deum vivant.* Quibus ex verbis non modò à Baſilicis Martyrum arcenda eſſe Ethnicorum corpora intelligis, verum etiam Hilarii temporibus in more fuiſſe, ut ibidem tum Chriſtianorum, tum Paganorum corpora tumularentur. Et quoniam horum tantùm ſepulturam improbat Hilarius, conſequens eſt, ut ab eodem pia Fidelium conſuetudo probata fuerit. Quod ſi de Idololatris Nazianzenum nequaquam contendas loquutum: quantum etiam flagitium erat, Chriſtianos in vitiorum coeno, dum in vivis agerent, volutatos, Coeloque propterea indignos, tam piâ ſepulturâ, & Martyrum, ut ita dicam, contactu dignari! Tantam temeritatem Coelum ipſum non tulit interdum; quin grandibus prodigiis ſuam hac de re indignationem aperuit. Certè Lib. IV. Dialog. Cap. L. auctor eſt non uno exemplo Gregorius Magnus, coelitus è ſepulturis exturbata profanorum, impiorumque cadavera fuiſſe. Unum ex iis tantùm adferam in urbe Genuenſi factum. *Ibi*, inquit S. Pontifex, *Valentinus nomine, Eccleſiae Mediolanenſis Defenſor, defunctus eſt, vir valde lubricus, & cunctis levitatibus occupatus, cujus corpus in Eccleſia B. Martyris Syri ſepultum eſt. Nocte autem media in eadem Eccleſia factae ſunt voces, ac ſi quis violenter ex ea expelleretur, atque trahretur foras &c. Mane autem facto aperientes ſepulcrum, in quo idem Valentinus poſitus fuerat, ejus corpus non invenerunt. Quumque extra Eccleſiam quaererent, ubi projectum eſſet, invenerunt hoc in ſepulcro*

alio

alio poſitum, ligatis adhuc pedibus, ſicut ab Eccleſia fuerat abſtractum. Quibus, aliiſque exemplis recenſitis addit S. Gregorius, ita Petrum alloquens: *Ex qua re, Petre, collige, quia hi, quos peccata gravia deprimunt, ſi in ſacro loco ſepeliri ſe faciant, reſtat ut etiam de ſua praeſumtione judicentur, quatenus eos ſacra loca non liberent, ſed etiam culpa temeritatis accuſet*.

Non ſolis autem Gregorii M. temporibus piorum mentes juſtitiae divinae timor occupabat, ſi ſe abſque meritis tumulandos in ſacris Aedibus curabant; ſed eos etiam occupavit, qui Gregorio noſtro Nazianzeno aetate propiores fuere. Atque idcirco nonnulli ſanctitate praeſtantes viri, quòd nempe demiſsè de ſua vita ſentirent, extra Templorum ambitum ſepulcri beneficium exquiſiere. Celeberrimum hujus rei exemplum reliquit S. Ephrem Syrus, qui in Teſtamento ſuo, publici juris jam dudum facto, diſcipulos ſuos ita obteſtabatur: *Ne ſinatis me in Domo Dei poni, aut ſub Altari. Si quis verò fallacibus rationibus auſus fuerit ſub Altari me collocare, ſupernum, ac coeleſte Altare talis non videat*. Rationem autem, cur pium officium hoc ſuis interdiceret, poſtea ſubdit. *Non enim decet vermem putredine ſcatentem in Templo, & Sanctuario Domini reponi, &c. non enim homini peccatori, atque indigno prodeſt vana gloria, & cui praeſertim ea non congruit &c. Quorſum igitur honore me afficitis, qui me ipſum actionum appellatione non honoravi?* Infra etiam eamdem repetit cauſſam, ita inquiens: *Praeterea vos adhortor, obteſtorque, ò viſcera mea deſiderata, ne me cum Sanctis ponatis; nam peccator ego ſum, & minimus, & propter inſipientiam, ac ſtultitiam meam ipſis appropinquare metuo &c. Non autem iſta dico, quòd ſocietatem, & conjunctionem illorum reſpuam, ſed infinitam, atque immenſam peccatorum meorum multitudinem inſpiciens exhorreſco, & contremiſco*. Quibus ex verbis colligas, minimè à ſanctiſſimo viro ſepulcrum in Aede ſacra improbatum, ſed ideo evitatum, quòd ſibi prae ſancta animi demiſſione timeret, ſi apud Martyres quietem oſſibus ſuis quaereret. Hinc fratres iterum obſecrat, ut ſe tanquam opprobrium, deſpectum, atque abjectum ſepeliant; vilem enim, atque abjectum coram Domino, ſuiſque operibus ſe planè confuſum dictitabat. Quod ſi ea ſanctis viris ſententia ſedebat, ut nequaquam in ſacris Templis ſe tumulari paterentur, quantò magis ab hujuſmodi ſepultura abhorrere debebant impii, profanique homines, ne eorum cadaveribus loca ſacra foedarentur, animabus verò in Tartara projectis major poena crearetur? certè quod virtutis cauſſâ pii

Digitized by Google

quidam viri fugiebant, nefariis, ſceleſtiſque impietatis ergo interdicendum fuit, quando iis neque viventium preces, neque Sanctorum patrocinium quidquam ſubſidii afferre amplius poſſent. Jure itaque Nazianzenus conqueritur, quòd ſacris in Aedibus nullus ſepeliendorum delectus haberetur. Quem abuſum Chriſtiani Patres nunquam non ſunt abominati, pluraque deinde Concilia, & Mediolanenſia praecipuè, ſuſtulerunt, Ethnicorum, Judaeorum, & Haereticorum cadavera è Templis exulare cogendo. Ad haec publici foeneratores, ſe ipſos interficientes, blaſphemi in Deum ac Coelites, incendiarii, meretrices, concubinarii, ſimileſque pravi homines à Chriſtianorum Coemeteriis, ac Templis arceantur.

Atque hic prior abuſus fuit, quo Eccleſiaſtica olim in Martyrum Baſilicis ſepultura vexabatur. Ad alterum veniamus his verſibus à noſtro Poëta deſcriptum.

> Δεύτερον αὖτε τάφους τοὺς μὲν διετέρσατ' ἀθέσμως,
> Αὐτοὶ σήματ' ἔχοντες ὁμοῖια.
> *Deinde verò tumulos alios quidem evertiſtis nefariè,*
> *Ipſi ſepulcra habentes ſimilia.*

Seculo Chriſti quarto, ut in Notis etiam ad Carmen εἰς Μαρτινιανὸν animadverti, peſſima invaluerat conſuetudo, ut paſſim mortuorum tumuli dejicerentur, ſeu divitias ibi ſomniatas homines perquirerent, ſeu marmora ex alienis aſportata ſepulcris divendere, aut in uſum ſuum convertere vellent. Hinc Templorum, in quibus, aut juxta quae, ſita erant Sepulcra, nulla habebatur religio, & confuſâ ſepultorum Fidelium quiete, Martyrum etiam tumulis quodammodo bellum indicebatur. Tantum flagitium Legibus compeſcere, ſuum eſſe arbitrati ſunt Imperatores; quare Conſtans Auguſtus Anno 340. Mediolani agens contra Sepulcrorum violatores edictum promulgavit, cujus exordium eſt: *Si quis in demoliendis Sepulcris fuerit adprehenſus, ſi id ſine domini conſcientia faciat, metallo adjudicetur.* Vide *Legem* 1. *Cod. Theodoſ. de Sepulcr. Viol.* Alterâ etiam Lege idem Imperator An. Ch. 349. Sepulcra demolientes perterruit, quam reperire eſt in eodem Codice Theodoſ. Tit. memorato unà cum aliis conſtitutionibus ad hanc rem attinentibus. Ea de cauſſa tot verſibus à Martiniani tumulo confractores avertere ſtudet Nazianzenus, cujus etiam Carmina Jambica exſtant quamplurima κατὰ τυμβωρύχους, ſive *contra Sepulcrorum effoſſores* in Billiana editione, & nos multò plura nunc dedimus in Anecdotis noſtris.

Propterea in id genus homines excandeſcit Gregorius noſter; & cur, inquit, alienos evertitis tumulos, quum & ipſi tumulos corporibus veſtris jam paraveritis, factoque aliis exemplo idem cineribus poſtea veſtris periculum immineat? Quum verò exportatis de alieno Sepulcro ruderibus, ſaxis, quidam exornarent Sanctorum Martyrum monumenta, in ſubſequenti Carmine his eos verbis Poëta caſtigat:

> Μέχρι τίνος τύμβοις Μάρτυρας ἀλλοτρίοις.
> Τιμᾶτ' εὐσεβέοντες, ἃ μὴ θέμις;
> *Uſquequò tumulis alienis Martyras*
> *Honoratis, pii, quatenus non licet?*

Hoc eſt, cur alienorum tumulorum ſpoliis Sanctorum Martyrum Sepulcra honorari poſſe creditis? cur pietatis famam ex illata aliis injuria conſectamini? Atque his animadverſis, facilè, ut reor, liquebit, quid titulus ſonet hiſce Carminibus à Poëta noſtro inſcriptus *εἰς τοὺς ἀνορύττοντας τάφους προφάσει* Μαρτύρων, *in eos, qui tumulos effodiunt occaſione*, ſive *praetextu Martyrum*. Ut enim Martyrum monumenta, quae difficillimis Eccleſiae Chriſtianae temporibus, dum Ethnicorum tyrannica vis in Chriſti populum debaccharetur, veluti deſpecta fuerant, nulloque ornamento diſtingui potuerant, redditâ ſub piis Imperatoribus pace, illuſtrarentur, licitum ſibi nonnulli arbitrabantur, aliena evertere Sepulcra, & ex eorum marmoribus tumulos SS. Martyrum ditare. Itaque pium hoc, ut ita dicam, ſacrilegium improbant iidem Coelites, ita per os Nazianzeni comminantes:

> ——— Ὅς βήματα δ' ἄμμιν ἐγείρει
> Ἀλλοτρίοισι λίθοις, μηδὲ τάφοιο τύχοι.
> *Qui autem ſacraria nobis exſtruis*
> *Alienis lapidibus, is nec ſepulturam conſequatur.*

Verumtamen ab Ambroſiano Scholiaſte MS. aliter explicatos videri verſus iſtos non diſſimulo; ſiquidem in hanc ſententiam loquitur: *ὅςις δὲ ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις τάφοις βήματα ἡμῖν ἀνεγείρει, καὶ ἀτίμους, καὶ βδελυρὰς φέρει τιμὰς, μηδὲ τάφου τύχοι τοῦ νενομισμένου*. *Quicumque verò in alienis tumulis ſacraria nobis excitat, quum ignominioſis, atque abominandis nos afficiat honoribus, neque ipſe legitimam, juſtamque ſepulturam ſortiatur*. Ac ſi diceret, conſueviſſe quoſdam ſu-

per

per hominum impiorum ſepulcra conſtruere Baſilicas Martyrum, aut ipſa in ſacras Aedes convertere. Ut lubet, eruditi judicent; non enim moror. Sed ſi pro ἐν legamus ἐκ τοῖς ἀλλοτρίοις τάφοις, *ex alienis tumulis*, facile germanum ſenſum exigua mutatione reſtituemus.

Tertium nunc perpendamus abuſum, quem his verſibus refert Poëta noſter:

.... τοὺς δὲ (τάφους) ἀπέδοσθε
Πολλάκι, καὶ δὶς ἕκαστον, ὁ δὲ τρίτον.
.... *Alios autem* (tumulos) *vendidiſtis*
Saepe, *&* *bis unumquemque; aliquis & ter* (vendidit.)

Eò nonnullorum avaritia devenerat, ut minimè ſibi religioni ducerent monumenta vendere, & ut ita dicam de tumulis communione locorum ſacrorum ſanctificatis mercaturam facere. Certè Chriſtianae plebis pietatem illud nequaquam decebat, quum & à ſacris officiis, & à locis populorum religione, & Sacramentorum praeſentia conſecratis turpe lucrum exulare debeat. Animadvertendum autem, apud ipſos Ethnicos tanto in pretio ſepulcra fuiſſe, ut minimè eorum alienatio permitteretur. Gordianus Imperator *Leg.* 1. *Cod. de Sepulcr. viol.* reſcripſit: *Res religioni deſtinatas, quin imo jam religionis effectas, ſcientes qui contigerint, & emere, & diſtrahere non dubitaverint, tametſi jure venditio non ſubſiſtat, laeſae tamen religionis inciderunt in crimen.* Et quoniam inter hujuſmodi res religioni deſtinatas monumenta mortuorum computabantur, certè eorum alienatio interdicta erat. Ulpianus idcirco in *Leg. ſi quis ſepulcrum.* §. *Senatuſconſulto. ff. de Religioſ. & ſumtib. fun.* edicto cautum affirmat, *ne uſus ſepulcrorum permutationibus polluatur*, hoc eſt, ne venum detur. Ad haec Antoninus Auguſtus in Leg. 2. & Alexander Aug. in *Leg. 9. Cod. de Relig. & ſumt. funer.* apertiſſimè ſanxerunt, nefas eſſe mortuorum monumenta vendere. Quin publicis Legibus talem venditionem interdicentibus non contenti quidam, privatis etiam poenarum minis jura tumulorum ſuorum tuebantur. Ita apud Gruterum pag. 672. Num. 1. Aur. Maximianus filiae ſepulcro inſcripſit: *Si quis hoc ſepulcrum, vel monumentum cum aedificio univerſo poſt obitum meum vendere, vel donare voluerit, vel corpus alienum invehere velit, dabit poenae nomine ark. Pontif. L. S. C. N. & ei, cui donatum, vel venditum fuerit, eadem poena tenebitur.* Similes aliae Inſcriptiones non paucae exſtant. Quod ſi Gentilibus

tanta

tanta erat ſepulcrorum ſuorum cura, quantò major Chriſtianis futura erat in ſpe reſurrectionis innutritis, & corporum immortalitatem poſt ſupremum Judicii diem expectantibus? Imo quantò turpius fuit apud Chriſtianos, quàm apud Ethnicos, è tumulorum venditione lucrum quaerere, quum in Aedibus ſacris eorum, horum verò ſemper in campo, & ſub dio ſepulcra conſtituerentur? Hoc igitur hominum genus Poëta noſter increpat, & Martyres ipſos flagitiis iſtis laedi clamat:

.... *ἱεροσυλεῦς*
Μάρτυρας, οὓς φιλέεις. Σοδομίτιδες εἴξατε πηγαί.
.... *ſacrilegio laedis*
Martyres, quos amas. Sodomitici cedite fontes.

Videlicet, ò Sodoma cede, major enim eſt horum, quàm tua improbitas.

Atque hactenus qui fuerint abuſus piam Chriſtianorum in Templis ſepulturam conſequuti, luculentè perſpeximus. Et eos quidem Nazianzeni zelus nequaquam ferebat, quamvis alioqui non toleraret ſolum, ſed exemplo etiam ſuo probaret Fidelium ſepulcra ſacris in Aedibus. At graviores nunc erumpunt in Chriſtianorum ſepulturam arietes, non ut ejus tantum abuſus concutiant, ſed etiam ut ejus uſum prorſus evertant. Nimirum producitur *Lex 6. Cod. Theod. Tit. de Sepul. viol.* quam Anno 381. Eucherio, & Syagrio Coſſ. promulgavere Imperatores Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius, his concepta verbis: *Omnia, quae ſupra terram urnis clauſa, vel ſarcophagis corpora detinentur, extra Urbem delata ponantur, ut & humanitatis inſtar exhibeant, & relinquant incolarum domicilio ſanctitatem &c. Ac ne alicujus fallax, & arguta ſolertia ab hujus ſe praecepti intentione ſubducat, atque Apoſtolorum, vel Martyrum Sedem humandis corporibus aeſtimet eſſe conceſſam, ab his quoque ita, ut à reliquo Civitatis, noverint ſe, atque intelligent eſſe ſubmotos.* Poſtrema haec periodus non Heterodoxos duntaxat, ſed nonnullos etiam Orthodoxos in eam opinionem induxit, ut arbitrarentur, Fidelium ſepulturam in Martyrum Baſilicis omnino fuiſſe interdictam. Atque in ea ſententia fuiſſe videntur doctiſſimi viri Gretſerus Lib. II. Cap. VIII. de Fun. Chriſt. Spondanus Lib. I. par. III. Cap. XIV. de Coemet. ſacr. Gonzales in notis ad Lib. III. Decretal. Tit. XXVIII. de Sepulcr. Cap. I. ac Thomaſſinius Tom. III. Lib. I.

Cap.

Cap. LXVI. de Benef. Cenſet autem Spondanus, ab Imperatoribus legem hanc in omnes Chriſtianos latam hortatu Praeſulum, ad retundendam hac ratione eorum petulantiam, qui cunctis indiſcriminatim id conceſſum exiſtimarent, quod ſacris duntaxat, & pietate inſignibus perſonis tribuebatur. Nempe, ut indignis aditus praecluderetur, dignos quoque una Lege excludere conſultius viſum fuit.

Nihilominus re ſeriò perſpecta, nihil in laudata ſanctione contra Fidelium ſepulcra conſtitui, aliamque Imperatorum fuiſſe mentem, fidenter affirmo. Quod ut pateat, memoria repetendum eſt, Lege XII. Tabularum cautum fuiſſe, *ne homo mortuus in Urbe ſepeliretur, neve ureretur*. Sive id Majoribus noſtris placuerit, ut Civium ſaluti melius conſuleretur, amotis ab Urbe cadaveribus, ſive quòd mortuorum conſpectum averſarentur, diu Lex illa inter Romanos, aliaſque gentes, obtinuit. Senatus etiam Conſultó circiter Annum 490. ab Urbe condita Duillius Conſul veterem firmavit Legem, ut auctor eſt Servius ad Lib. XI. Aeneid. *Ante etiam*, inquit is, *in Civitatibus homines ſepeliebantur: quod poſtea Duillio Coſ. Senatus prohibuit, & lege cavit, ne quis in Urbe ſepeliretur*. Poſt haec Hadrianus Imperator, Ulpiano perhibente in *Leg.* 3. §. 5. *ff. de Sepulcr. viol.* ac Antoninus Pius, Julio Capitolino teſte in ejus Vita, *intra Urbes ſepeliri mortuos vetuerunt*. Exſtat etiam hac de re Diocletiani, & Maximiani decretum in *Leg.* 12. *Cod. de religioſ. & ſumtib. fun.*, ut miſſa faciam Pauli Juriſconſulti, aliorumque veterum verba.

Tametſi verò ſepulturam urbanam tot Leges improbaſſent, Chriſtiana tamen Religione ſub Chriſtianis Imperatoribus invaleſcente, cum Baſilicae Martyrum, tum Coemeteria in Civitatibus ſenſim exſtrui coepta ſunt. Illic dabant operam Chriſtiani, ut cadavera ſua componerentur, fructum ut diximus, è vicinis Sanctorum Reliquiis piè ſperantes. Novae properea conſuetudini edicta veterum Imperatorum ſuccubuerant, liberumque ſibi quiſque ducebat in urbibus tumulari. At Conſtantinopolitani Imperatores populorum licentiae obviam eundum arbitrati, Lege laudata ſanxerunt, ut nemo in poſterum ſepeliretur in urbe, quae verò cadavera urnis, vel ſarcophagis incluſa ſuper terram intra urbis moenia continebantur, extra urbem deferrentur. Ne verò quis legem eluderet exiſtimans, quamvis urbana ſepultura generaliter prohiberetur, hac tamen generali prohibitione ſepulturam in Martyrum Baſilicis non cohiberi: additum eſt, non à reliquis tantùm urbis Conſtantinopolitanae locis, ſed ab ipſa nominatim

minatim *Apoſtolorum*, *ac Martyrum ſede* urnas eſſe ſubmovendas. Haec Legis frons eſt, & ſenſus germanus.

Quaedam autem conſideranda heic praecipuè occurrunt. Et primò hinc etiam apertè probari, ſeculo Conſtantiniano Apoſtolorum, vel Martyrum Aedem humandis corporibus fuiſſe conceſſam. Quei enim hujuſmodi ſepulturam Imperatores interdicerent, niſi antea in more fuiſſet? Secundò, laudatam Conſtitutionem pro una tantùm Urbe Conſtantinopolitana editam; ad Pancratium enim eidem Urbi Praefectum dirigitur, atque in ea Urbis tantùm illius, non verò caeterarum, mentio habetur. Quare, tametſi hac in Lege à ſepulcro in Aedibus ſacris quaerendo Chriſtiani abſterrerentur, non omnes tamen Imperio Romano ſubjecti, ſed Cives duntaxat Conſtantinopolitani ea prohibitione tenebantur, licebatque propterea in aliis Urbibus tumulum intra Martyrum Aedes impetrare. Tertiò, à Martyrum, ac Apoſtolorum Templis Chriſtianorum cadavera fuiſſe ſubmota, non directè quidem, atque animo revera hujuſmodi ſepulturam improbandi, ſed indirectè, & ex conſequenti. Ni ita ab Imperatoribus cautum fuiſſet, nullum ſucceſſum ſibi Lex ſpopondiſſet, imo planè irrita jacuiſſet; ſiquidem ſibi quiſque in urbanis Templis ſepulturam poſtea quaeſiiſſet cauſaturus, pium apud Sanctos Martyres tumuli uſum edicto generali minimè fuiſſe comprehenſum. Non igitur ideo ſepultura urbana interdicta eſt, ut Chriſtianorum cadavera à ſacris Aedibus arcerentur, ſed ideo ſepulcra in eiſdem Aedibus interdicta, ut ab urbana ſepultura quilibet excluderetur. *Ab his* (edicti ſunt verba) *ſacris Aedibus ita ut à reliquo Civitatis noverint ſe atque intelligent eſſe ſubmotos.*

Quamobrem deinceps etiam fas erat in ſuburbanis Baſilicis ſepulcro donari: quod certè hac Lege nequaquam vetabatur, Legibuſque etiam antiquis conſentaneum erat, quae ſepulturae tantùm urbanae uſum non ſuſtinebant. Atque hanc praeter alias fuiſſe quoque cauſſam veteribus Chriſtianis, vel poſtquam ſanctae Religioni nomen Imperatores dederant, cur Baſilicas extra Urbes conderent, nempe ut ibi cum ſacri Martyrum cineres, tum aliorum quandoque Fidelium oſſa, Legum jure incorrupto, componi poſſent. Ne ab Urbe aeterna, in qua praeclariſſimae Baſilicae, & Vaticana potiſſimum, olim extra pomoeria exſtructae fuerant hujus moris exempla petamus, ſit ſatis ampliſſimas, ac vetuſtiores Mediolanenſis Urbis mihi notiſſimas recenſere Baſilicas, quae nunc quidem amplificatâ Ci-

vitate uno moenium ambitu cinguntur, ſed antiquitus ſuburbano in agro conſpiciebantur. Philippi enim Baſilica (nunc S. Franciſci) Portiana (nunc S. Victoris) Dionyſiana, & Euſtorgiana, ut nos antiqua monumenta docent, in ſuburbiis ſitae fuerant, quemadmodum & quae S. Simpliciani nomine conſpicua eſt. Quin Sanctus Antiſtes Ambroſius Baſilicas minimùm duas, unam à SS. Apoſtolis nomen habentem, quae deinde Nazariana nuncupata fuit, alteramque de ſuo nomine excitavit, utramque procul dubio extra Urbem, ut in iis liberè quorumdam etiam Chriſtianorum cadavera tumulo traderentur.

Vides igitur, minimè probari poſſe ſententiam affirmantium, ſepulturam Fidelium Imperiali decreto in quibuſcumque Aedibus ſacris fuiſſe damnatam. Evidentiùs autem conſtabit, illic de ſola ſepultura urbana fuiſſe actum, ubi promulgandae Legis rationes expendantur. En illas: *Ut mortuorum corpora extra Urbem delata humanitatis inſtar exhibeant, & relinquant incolarum domicilio ſanctitatem.* Videlicet, ut juxta vias publicas in Coemeteriis poſita mortalitatis imaginem praetereuntium oculis exhiberent, humanaeque conditionis admonerent viatores. Tum ut ne tota Urbs à Sepulcris occupata ab iiſdem ſancta, & ſacra efficeretur, atque ut locum incolarum viventium ſanctitati relinquerent. Non enim ſola apud antiquos, ut noſti, Sepulcra ad religionem ſpectare credebantur, *ſanctaque* idcirco, *ſacra*, & *religioſa* appellari ſolebant, ſed loca etiam adjacentia, aedificia, agrique circumpoſiti *religione*, & *ſanctitate* obligabantur. Id ſexcentis tum Ethnicorum, tum Chriſtianorum exemplis conſtare poteſt, quae apud Spondanum leguntur Lib. I. Part. I. Cap. IX. de Coemet. ſacr. & Lib. III. Cap. XV. & apud Kirchman. Lib. III. Cap. XXI. de Funer. Roman. & apud Gutherium de Jure Man. Lib. III. Cap. IX. Neceſſum igitur fuit, extra Urbes Sepulcra compellere, ut ea in Civitatibus loca tantùm eſſent ſanctitate obſtricta, quae incolarum pietati, ac Templorum religioni conſentanea viderentur. Atque haec potior fortaſſe, verique ſimilior Legis interpretatio eſt, quàm quae à Gothofredo adfertur, nempe, ideo vetitam in Urbe ab Imperatoribus laudatis mortuorum ſepulturam, *ne ſacra Civitatis funeſtarentur*, quemadmodum Paulus Juriſconſultus Lib. II. recept. ſentent. Tit. XXI. ſcripſit. Nimiam ſuperſtitionem, ac Gentilium indolem ea ratio redoluiſſet, Principibus certè Chriſtianis indigna. Quòd ſi temerariae conjecturae periculum non immineret, pro *Sanctitatem*, ut habent editi libri, *Sanitatem* legendum heic

opinari

opinari poſſemus, nimirum ne cadavera peſtiferis exhalationibus Urbem inficerent, neve cum incolarum viventium ſalute foetor mortuorum corporum confliƈtaretur. Si igitur ſepulturam, non ab urbanis tantùm, ſed etiam ab omnibus Martyrum Templis, avertere Imperatores ſtatuiſſent, aliquam procul dubio prohibitionis hujus univerſalis rationem attuliſſent, puta, ne Domus Dei, ubi puriſſimum omnium ſacrificium peragitur, funeribus impleatur, aut ut impii ſepeliri vetarentur eodem in loco, & ſimilia. Verum nihil minus cogitarunt Principes, memoratae Legis auƈtores, quibus in animo tantùm erat, ab una Urbe eliminare ſepulcra, atque ideo ſuburbanis Baſilicis eorumdem uſum relinquere.

Quae quum ita ſint, jam intelligere poſſumus, à Conſtantinopolitanis Imperatoribus nunquam, niſi indireƈtè, & ut Scholarum vocabulo utar, niſi per accidens, cautum fuiſſe, ne in ſacris Aedibus Fidelium Sepulcra haberentur. Seculo verò ſequenti Leo Imperator, quum hujuſmodi prohibitionem Chriſtianorum pietati minimè congruam reputaret, liberum cuicumque fecit, vel intra Urbes tumulari, Legemque contrariam abrogavit, atque à Legum civilium corpore delevit Conſtit. Nov. LIII. *Πῶς γὰρ*, inquit is, *οὐκ ἔστι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν αἰσχύνειν, ὅταν μὴ βούληται ὁ νόμος γῇ κρύπτεσθαι, εἰ μὴ ἔξω πόλεων φέροιτο τὸ βληθὲν ὑπὸ τοῦ θανάτου σῶμα;* ***At quod Lex mortuorum corpora non niſi extra Urbes humari vult, quomodo id humanam naturam dedecore afficere non eſt?*** Equidem heic improbari quamdam Legem Hadriani Auguſti relatam in *ff. de Sepulcr. viol.* hoc eſt, *Leg.* 3. *Divus Hadrianus*, non autem eam, quam à Conſtantinopolitanis Auguſtis promulgatam vidimus, arbitror; ſiquidem ab una Urbe Conſtantini iidem Imperatores ſanxerant amovenda eſſe Sepulcra; Hadrianus verò Majorum ſuperſtitionem ſequutus ab omnibus Imperii Romani Civitatibus arcuerat. Sed, quidquid ſit, certè Cl. V. Thomaſſinio aſſentiri non poſſum, qui per hanc Leonis Legem reſtitutum Sepulcrorum uſum in ſacris Aedibus opinatur, propterea quòd à laudatis Imperatoribus Chriſtianis in memorata Lege hujuſmodi ſepulturam proſcriptam fuiſſe ille ſibi perſuaſerat. ***Leo Sapiens***, inquit is Par. III. Lib. I. Cap. LXVI. de Benef., ***indulſit ut ſepeliri fas eſſet in urbibus, hoc eſt, in Eccleſiis. Ita enim promtum eſt de ejus mente conjeƈtari.*** Sed Leonis Imperatoris verba perquam clara nullius interpretationis indigent. Urbanam ſepulturam priores Imperatores proſcripſerunt; eamdem Leo

reſtituit. Nulla heic idcirco de Eccleſiaſtica ſepultura mentio, neque id indulgetur, quod nunquam antea fuerat interdictum.

Nugantur verò, ſeque mirum in modum torquent Juriſconſulti quidam, & Civilium Legum Interpretes, ut *Leg.* 2. *nemo*. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* explicent his conceptam verbis: *Nemo Apoſtolorum, vel Martyrum Sedem humanis corporibus exiſtimet eſſe conceſſam.* Hi enim ſacris in Aedibus mercimonia vetita, illi habitationem prohibitam arbitrati ſunt; alii etiam Laicos in choro morantes, dum ſacra perſolvuntur, heic damnatos ſomniarunt. Verum, ſi fontem, unde hauſta à Juſtiniano Lex illa fuit, petiiſſent, nempe laudatam *Leg. 6. Cod. Theodoſ. Tit. de Sepulcr. viol.*, primò errorem in verbis deprehendiſſent, quum pro *humanis corporibus* legendum ſit *humandis corporibus*; tum intellexiſſent, humanorum corporum ſepulturam in Byzantinis Apoſtolorum, & Martyrum Baſilicis fuiſſe interdictam. Quum verò Imperatores praecedentes hujuſmodi jure urbana tantummodo, ut viſum eſt nobis, Urbis Conſtantinopolitanae Templa privarint, dubitandi relinquitur locus, utrum per eam Legem renovatam Juſtinianus non ab urbanis tantùm, ſed & à ſuburbanis Templis ſepulcra eliminarit. Equidem nego; quippe nihil amplius praeſtitit Imperator, quàm edicta Majorum, ac Theodoſii praeſertim, repetere, novoque edicto confirmare. Et quoniam, uti dictum eſt, urbanam tantùm in Baſilicis ſepulturam Theodoſius vetuerat; idem ipſum Juſtinianus voluiſſe cenſendus eſt. Secus aliis uſus fuiſſet verbis, prohibitionem ad omnia Templa extenſurus.

Ejuſmodi autem interdicto ſacra Templa extra Urbes poſita nequaquam fuiſſe obnoxia, exemplis quoque nonnullis in exordio diſputationis hujus productis palam factum puto. Quibus nunc addendum, ab ipſius Conſtantini M. temporibus intra ipſas Baſilicas urbanas conſueviſſe tumulari Imperatorum, & Epiſcoporum corpora, ut ex certiſſimis monimentis liquet, quae Du-Freſnius in Conſtantinopoli Chriſtiana refert Lib. IV. pag. 108. & ſequ. Praeterea de Jacobo Maronis diſcipulo, viro ſanctitate ſingulari praedito in Vitis Patrum Cap. XXI. Theodoretus haec tradit: *Conſtruxi*, inquit egregius Scriptor, *ego quoque locum in Aede Victoria inſignium Apoſtolorum. Sed quum hoc reſciviſſet vir divinus, ſaepe me rogavit, ut in illo monte corpus mandaretur ſepulturae &c. Annui, & ſum aſſenſus, & feci ut ſcinderetur arca, & ſurſum ferretur &c. Nibilominus humilis vir: Non patiar, inquit, hoc vocari ſepulcrum Jacobi,*

ſed

Digitized by Google

ſed volo hanc fieri Aedem Martyrum victoria inſignium; me autem tamquam aliquem inquilinum poni in altero ſepulcro, ut qui dignus habitus ſim, ut apud eos habitarem. Neque verò hoc ſolum dixit, ſed etiam fecit, & quum multos quidem Prophetas, multos autem Apoſtolos, maximè autem plurimos Martyres undique collegiſſet, eos poſuit in una arca, volens ſimul habitare cum populo Sanctorum, & deſiderans cum eis reſurgere, & dignari Dei contemplatione. Itaque in Martyrum Aede ſuum corpus ſepulturae mandandum curavit Jacobus, ut mortuus quoque unà cum iis habitaret, quorum vivens Reliquias collegerat, atque coluerat. Accedat etiam teſtis luculentiſſimus S. Hieronymus, qui ad Euſtochium ſcribens Epiſt. XXVII. (*) Paulae Romanae ſepulturam his explicat verbis: *Pſalmi in ordine perſonabant, non ſolum triduo, donec ſubter Eccleſiam, & juxta ſpecum Domini conderetur Paula &c.*

His igitur hactenus prolixo ſermone adnotatis, abſque temeritatis periculo affirmari poſſe mihi videtur, piam intra ſacras Aedes Chriſtianorum ſepulturam ab Imperatoribus minimè fuiſſe improbatam, ſed in una tantùm Conſtantinopoli, idque non ejuſmodi ſepulturae contemtu, ſed ut ab Urbe tot ſepulcra mortuorum abeſſent. Nunc ſupereſt, ut perſpiciamus, quae praxis deinde fuerit in ſepeliendis Chriſtianorum corporibus. Diverſum hunc morem Eccleſiaſtica Diſciplina fecit, & in quibuſdam Provinciis licuit apud Sanctos Martyres tumulari, in aliis verò nequaquam. Romae id nunquam interdictum, plurima antiquitatis documenta ſuadent. Loayſa in Notis ad Concilium Bracarenſe, Decretum MS. Pelagii II. P. M. Anno 580. promulgatum, ſe vidiſſe in S. Laurentii Bibliotheca teſtatur, in quo cautum, ut *corpora defunctorum nullo modo intra Baſilicam, ſed ſi neceſſe eſt, foris circa murum Baſilicae* ſepelirentur. Quantum à veritate haec abſint, Gregorii Magni, qui Pelagio in Pontificatus munere proximè ſucceſſit, lucubrationes luculenter produnt. Sanctiſſimus enim vir piorum ſepulturam intra Baſilicas ubique probat, facile non facturus, ſi contra hujuſmodi ritum pronunciaſſet illius deceſſor. Itaque Loayſam vitiato Codice, aut apocrypho monumento uſum meritò ſuſpicemur.

Neque Nicolao I. Pontifici Maximo alia ſententia fuit; nam percunctantibus Bulgaris, an intra Baſilicas ſepeliendi forent Chriſtiani, reſpondit: *Hanc Sanctus Papa Gregorius quaeſtionem abſolvit dicens:*

(*) In nuperrima Edit. Vallarſiana Epiſt. CVIII.

dicens: quum gravia peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in Eccleſia ſepeliantur; quòd eorum proximi, quoties ad eadem ſacra loca conveniunt, ſuorum, quorum ſepulcra aſpiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt &c. Mediolani eamdem quoque piam conſuetudinem viguiſſe, S. Ambroſii verba, exemplaque Tom. I. Anecdot. Latin. (*) relata uberrimè teſtantur; eamque Nolae etiam uſurpatam fuiſſe oſtendimus. Neque aliter in Africa factum eſt. In Hiſpaniis tamen Concilium Bracharenſe An. Ch. 563. celebratum conſuetudini illi obviam ivit; Canone enim XVIII. haec ſtatuit: *Placuit, ut corpora defunctorum nullo modo in Baſilica* (alii Codices *intra Baſilicas* praeferunt) *ſepeliantur. Sed ſi neceſſe eſt, de foris circa murum Baſilicae, uſque adeò non abhorret.* En locus, unde ſuppoſititium Pelagii II. edictum, quod nuper notavimus, derivatum mihi videtur.

In Galliis verò diu Chriſtianorum corpora in ſacris Aedibus ſepulturae mandata fuiſſe, non Gregorius modò Turonenſis pluribus in locis teſtatur, ſed alia exempla palam faciunt. Auctor Vitae. S. Caeſarii Arelatenſis Epiſcopi, Baſilicam ab eo exaedificatam ſcribit, & ſub ejus pavimento arcas lapideas, ut ibi Sanctimoniales tumularentur, collocatas fuiſſe. *Et ut offerret*, inquit, *ſacris Virginibus, quas congregaverat, curam neceſſariae ſepulturae, nobiles arcas corporibus humandis aptiſſimas, de ſaxis ingentibus noviter fecit incidi, quas per omne pavimentum Baſilicae conſtipatas ſterni fecit ordine.* Verum quòd fortaſſe in eam ſepeliendi conſuetudinem abuſus irrepſerant, Galliarum Patribus placuit, à Templis removere mortuorum ſepulcra. Ignotum eſt, quo anno Concilium Namnetenſe habitum fuerit; perantiquum tamen eſſe conſtat. In ejus autem Canone VI. *prohibetur, ut in Eccleſiis nullatenus ſepeliantur vita functi, ſed in atrio, aut in porticu, aut in exedris Eccleſiae.* Canonem hunc ad Concilium Vaſenſe refert Gratianus in c. *praecipiendum* 13. *quaeſt.* 2.

Theodulphus Aurelianenſis in Epiſt. ad fratres, & Compresbyteros ſuos in eamdem ſententiam ſcribit. *Antiquus in his regionibus in Eccleſia ſepeliendorum mortuorum uſus fuit, & plerumque loca divino cultui mancipata, & ad offerendas Deo hoſtias praeparata, Coemeteria, ſive polyandria facta ſunt, Unde volumus, ut ab hac re deinceps abſtineatur, & nemo in Eccleſia ſepeliatur, niſi fortè talis ſit perſona*

(*) Tom. XI. P. I.

perſona Sacerdotis, aut cujuslibet juſti hominis, quae per vitae meritum talem vivendo ſuo corpori defuncto locum acquiſivit. Tum corpora, quae antiquitus in ſacris Aedibus humata fuerant, nequaquam projicienda monet, ſed altiùs in terram immergenda, ita ut ſupra pavimentum nulla tumulorum veſtigia ſuperſint: quod etiam Sanctiſſimus Mediolanenſium Antiſtes Carolus Borromaeus faciundum curavit, ac juſſit in Concilio Provinc. I. Cap. de Sepulturis, & in Synodo Dioeceſ. IV. Decr. XXXVII. & alibi.

Porro in Theodulphi verbis duo potiſſimum animadverteris. Primum eſt, non recenter invectam, neque *invaleſcentem tunc in Galliis conſuetudinem* illam fuiſſe, uti Clariſſ. Thomaſſinius Part. III. Lib. I. Cap. LXVII. de Beneficiis minus rectè appellat, ſed *antiquam* planè, & multorum forſitan ſeculorum uſu confirmatam. Alterum eſt, quandoquidem tanta in locis divino cultui dicatis cadaverum moles creverat, ut non jam Templa, ſed Coemeteria viderentur, hunc abuſum à Theodulpho ſublatum, relictamque tamen hujuſmodi ſepulturae facultatem tum Sacerdotibus, tum Laicis, qui explorata, dum in vivis agerent, pietatis ſigna dediſſent. Idem quoque à Concilio Moguntino An. Ch. 813. conſtitutum eſt Can. LII. quem refert Gratianus in *c. nullus* 13. *quaeſt.* 2. At quum ſibi quiſque piae vitae in ſeculo peractae teſtimonium adſcriberet, ideoque pauci humanis functi à Baſilicis arceri poſſent, Laicis quibuslibet à Carolo M. interdictum eſt, ne in Templis ſepulturae mandarentur: quod Capitularia nos docent Lib. I. Cap. CLIX. & Lib. V. Cap. XLVIII. Eadem ſancita reperias à Concilio Triburienſe Cap. XVII. Anno 895. Multorum ſubinde Conciliorum hanc in rem prodiere decreta, quae quum varium Diſciplinae Eccleſiaſticae uſum praeferant, atque ab aliis Scriptoribus ſedulò congeſta fuerint, omittenda mihi in praeſentia videntur.

Ceterum quae hactenus expoſuimus, in eam nos ſententiam facilè ducunt, ut affirmemus, antiquis etiam Chriſti Fidelibus licuiſſe intra Templorum ambitum tumulo tradi, idque Seculo potiſſimum quarto, quo Nazianzenus degebat. Ne igitur piam iſtam noſtrorum temporum conſuetudinem, ac ſi Gregorii tantùm Magni aevo nata fuerit, Sacrarumque Baſilicarum decori ſit minus conſentanea, Heterodoxi damnent, quando illam tot veterum Patrum non exempla ſolum, ſed ipſi etiam calculi probant. Laudabile quidem & ego arbitror juxta ſacras Aedes in Coemeteriis ſepulcra quaerere,

ut

ut animi demiſſi confeſſio prodatur, ſimulque ut ob ſacrorum reverentiam cadavera Chriſtianorum ab aris diſtent, in quibus immaculati Agni ſacrificium peragitur. Verum non idcirco minus eorum pietas eſt commendanda, qui intra ipſas Aedes ſacras humilem, & ambitionis neſciam ſibi parant ſepulturam, tum ut Martyres ibi contumulatos apud ſupremum Numen patronos ſentiant, tum ut viventes mortalitatis commonefaciant, & ab eis faciliùs precum, & orationum impetrent opem.

Atque haec habui, Fontanine eruditiſſime, quae in veterum Chriſtianorum ſepulcra commentarer, ut ritus noſtros cum antiquis conſentire oſtenderem, & Nazianzeni (ſi tamen is Auctor) verſibus quibuſdam facem aliquam praeferrem. Tu aut triſti argumento, aut longo ſermoni ignoſce, meque tui amantiſſimum, ut facis, amare perge.

Digitized by Google

ΦΙΡΜΟΥ ἘΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ

Ἐπιστολαί.

FIRMI EPISCOPI CAESARAEAE

Epiſtolae.

Prolegomena in Epiſtolas Firmi Caeſarienſis.

FIRMUM Epiſcopum Caeſarienſem in eorum Faſtos, qui aliqua eruditionis ſuae monumenta poſteris mandarint, primus, quod ſciam, infero. En ejus Epiſtolas XLV. non multo quidem rerum pondere, ſed familiari elegantiâ commendabiles. Brevitas in eis praeſtat, ac eruditio, prout argumentum, eorumque temporum conſuetudo poſcebat. Quodque non parvi faciendum, heic ſaltem legere licet, qui mores, quae officia inter familiares olim eſſent, noſtris ſanè perquam ſimilia. Conſcriptas pari brevitate Epiſtolas familiares apud alios Graecos Scriptores invenias, quales S. Gregorius Nazianzenus, S. Iſidorus Peluſiota, S. Nilus, ut reliquos omittam.

Quis autem Firmus fuerit, brevibus explicare neceſſe eſt. Caeſaraeam Cappadociae Urbem, & ab altera Palaeſtinae diverſam, Ponti, ac univerſae Dioeceſeos Ponticae caput fuiſſe, eruditis fere omnibus conſtat. Decem illi ſuberant Provinciae, quas Vicarius Praefecti Praetorio Orientis in civilibus negotiis regebat. Undecim verò Provinciae, teſtante Theodoreto Lib. II. Cap. IX. Hiſt. Eccleſ. Epiſcopo Caeſarienſi in Eccleſiaſticis parebant; atque is propterea *Archiepiſcopus* dicebatur, & à nullo Patriarcha olim pendebat. Hanc celeberrimam Sedem Nicaeni Concilii tempore implebat Leontius Epiſcopus, vir ſanctis moribus illuſtris. Huic ſucceſſiſſe Dianium, inter acerrimos S. Athanaſii hoſtes famoſum arbitror, qui Antiochenae Pſeudoſynodo interfuit, quique, ni fallor, ſub Dionis nomine refertur in ſubſcriptionibus Conciliabuli Sardicenſis. Huic Euſebius, tum

An. Ch. 369. S. Baſilius Magnus ſucceſſere. Poſt hunc Helladius, quem Synodo Conſtantinopolitanae primae ſubſcripſiſſe invenio. Inter Helladium verò, ac Firmum, quem Epiſcopum referam, non habeo. Probabile tamen mihi videtur, alium quempiam interceſſiſſe.

Poſtremò igitur Caeſarienſis Epiſcopus conſtitutus eſt Firmus, de quo nobis in praeſentia eſt ſermo. Hic autem Epheſinae Synodo Oecumenicae Anno Epochae vulgaris 431. non interfuit ſolum, ſed etiam, quod ordo poſcebat, inter primos eidem ſubſcripſit, & Neſtorii damnationem promovit. Videnda ſunt in hanc rem ejuſdem Epheſini Concilii Acta. Non eſt autem heic praetermittendum, quod in Firmi laudem ſcriptum à Joanne Antiocheno Epiſcopo, Neſtorianae cauſſae alioqui patrono, habemus in quadam ex iis Epiſtolis, quas primum C. V. Chriſtianus Lupus, tum doctiſſimus Baluzius edidere occaſione ejuſdem Concilii conſcriptas. Ibi haec ad Firmum ſcribit Joannes. *Tuae Religioſitatis memores permanemus, qui parvo quidem tempore in Conſtantinopoli tuis amicitiis fruebamur, virtutis verò tuae experimentum tempore prolixiori ſumſimus. Praeter alios enim in cohabitationibus es ſuavis, & videntibus te humilitatem cum ſuavitate praeſtas. Dum verò humilitatem ſectaris, excelſas habes cogitationes. Sed excedit ſtyli Epiſtolaris menſuram virtutum tuarum dinumeratio.* In ea Epiſtola nititur Antiochenus Neſtorio nondum, ut opinor, damnato benevolum reddere Firmum. Sed in Catholicorum ſententia conſtantiſſimus fuit Firmus, nulliſque Haereticorum verſutiis è tramite rectae Fidei dimoveri potuit. Exſtat adhuc in ſupra memorata Epiſtolarum Collectione quaedam Maximini (Anazarbenſis, ni fallor, Epiſcopi) Epiſtola ad Alexandrum, hoc eſt Neſtoriani ad Neſtorianum. Referuntur ibi mala, quae Neſtorii cauſſae, ejuſque patronis, abſoluto jam Epheſino Concilio, quotidie inferebantur. Inter alia haec habet: *Qui verò ſunt in noſtro confinio, praecipuè qui montana habitant, quibus & in Cappadocia, & in Armenia negotiandi neceſſitas, multa millia malorum ſuſtinent, eò quòd mihi Caeſarienſis ſcripſerit, & à me nec reſponſum potuerit impetrare, nec ut ipſe ſuſciperem literas ejus.* Ad Maximinum, ut opinor, literas Firmus Caeſarienſis Epiſcopus dederat, quibus amicum ad Catholicorum ſententiam, communionemque amplectendam, atque Neſtorium ejurandum invitarat. Pervicax in Haereſiarcha protegendo Maximinus non ſolum à reſpondendo abſtinuit, ſed ne Firmi quidem literas ſuſcipere eſt dignatus. Hinc in gentem adeo ſuperbam, & à Catholica Religione deviam, auctum eſt odium.

Sed

Digitized by Google

Sed nullum documentum illuſtrius nobis occurrit, ut Firmi virtus, & conſtantia probetur, quàm Haereticorum ipſorum machinamenta, ad illius infringendum propoſitum adhibita. Juſſi fuerant Epheſini Patres Legatos Conſtantinopolim ad Imperatorem mittere, quae in Sancta Synodo agerentur relaturos. Delecti itaque ſunt ad id muneris Philippus Presbyter Coeleſtini Romani Pontificis vices gerens, & Epiſcopi ſeptem, nempe Arcadius Occidentalis Eccleſiae Epiſcopus, Juvenalis Hieroſolymitanus, Flavianus Philippenſis, Firmus Caeſaraeae Cappadociae, Theodotus Ancyranus, Acacius Melitenenſis, & Euoptius Ptolemaidis. Ubi haec Neſtorii ſectatoribus nunciata ſunt, Epiſcopi nonnulli, quorum agmen Joannes Antiochenus ducebat, in Tarſo primae Ciliciae Metropoli eodem Anno 431. Concilium habuere, ibique temerario conatu Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum, & ſeptem nuper laudatos Epiſcopos damnarunt, atque depoſuerunt. Cujus rei perſpicua admodum veſtigia habes in eadem Epiſtolarum Collectione Cap. LXVI. CXXXVI. CXXXXI. CLXXIV. & CCI.

Quo tempore Firmus è vivis exceſſerit, à Socrate Cap. ultim. Lib. VII. Hiſt. Eccleſ. audire juvat. Inquit is Περὶ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ὑπατείαν τοῦ Βασιλέως, Φίρμου τοῦ Ἐπισκόπου τῆς ἐν Καισαρείᾳ Καππαδοκίας τελευτήσαντος, παρῆσαν Καισαρεῖς ζητοῦντες Ἐπίσκοπον &c. *Sub Conſulatu Theodoſii Imperatoris decimoſeptimo, mortuo Firmo Caeſaraeae Cappadociae Epiſcopo* (Graecè ſcribendum videtur τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ Καισαρείας) *Caeſarienſes Conſtantinopolim venere, Epiſcopum poſtulantes*. Tum Socrates narrare pergit, quomodo Thalaſſius Praefectus Praetorio Illyrici cum Senatoribus reliquis ad Proclum Conſtantinopolitanum Epiſcopum inviſendum conveniſſet. Vix in illum Proclus oculos conjecit, quum adprehenſum manu Caeſarienſem Antiſtitem conſtituit. Idem traditur à Nicephoro Calliſti Lib. X. Cap. XXXIV. Hiſt. Ad hunc Thalaſſium conſcriptam fuiſſe Epiſtolam XVI. Firmi opinatus ſum in notis ad eandem Epiſtolam. Anno igitur Chriſtianae Epochae 439. Firmum noſtrum vivere deſiiſſe, ex his fit palam.

Ceterum Ambroſianae Bibliothecae MS. Codex, unde has Firmi Literas deſcripſi, ante annos circiter ſeptingentos ſcriptus videtur, & ex minutis quadratiſque characteribus conſtat. Multis tamen ſcatere illum mendis reor, niſi eruditionis meae curtae ſupellectili, quàm Librariorum culpae, id potius ſit tribuendum. Certè nonnulla ego patentia σφάλματα ſuſtuli. Quamplurimos etiam accentus in

Codice deſiderari, ac rarò inter ſe disjuncta reperiri verba animadverti. Multa alia illic habentur veterum ſcripta, nempè ἐπιστολικοὶ τύποι, ſeu *Epiſtolarum formulae* variae unà cum literarum ſcribendarum methodo. Succedebant Phalaridis, tum Iſidori Peluſiotae Epiſtolae CLXXX. Poſt has Firmi noſtri Literae, quas nunc luce donamus. Ad haec Θεοφυλάκτου σχολαστικοῦ τοῦ Σιμοκάττου ἐπιστολαὶ ἠθικαί, ἀγροικικαί, ἑταιρικαί. ideſt, *Theophylacti Scholaſtici cognomento Simocati Epiſtolae Ethicae*, *agreſtes*, *amatoriae*. Has Theophylactus è Photio, Juliano Auguſto, Critia, Diogene, Apollonio Thyanaeo, Procopio Scholaſtico, Bruto, Heraclito, Aenea Sophiſta, aliiſque vetuſtis Auctoribus delibatas in unum corpus redegit; curâ verò Clar. Juriſconſulti Jacobi Cujacii Latio donatas Aureliae Allobrogum Anno 1606. edidit Typographus quidam. Dixi in unum corpus redactas à Theophylacto fuiſſe Epiſtolas illas, atque ita viſus ſum mihi deprehendere, dum eſſem Mediolani. Nunc ſuboritur mihi dubitatio, an fortè me fefellerint oculi mei; ſi enim hic idem Theophylactus eſt, qui Heraclii temporibus ineunte ſaeculo vulgaris Epochae ſeptimo floruit, literiſque ſuorum temporum hiſtoriam mandavit, quei Epiſtolas Photii longè poſterioris colligere is potuit? Aut igitur nihil ad illius Codicis Epiſtolas congregandas Theophylactus contulit, ſed ut unus tantùm ex earum Epiſtolarum auctoribus in Ambroſiano Codice continetur; aut à Theophylacto Scriptore Hiſtoriarum diverſus eſt *Simocatus*. Et illum revera *Simocati* cognomento non donat Photius; *Simocatum* autem Suidas nominat, at nullas ipſius Hiſtorias agnoſcit. Mihi non eſt ad manus Euſtathius, aut alius quiſpiam Auctor, qui mihi dubitationem hac de re auferat omnem. Sed veniamus nunc ad Firmi Epiſtolas.

Ἀχιλλεῖ. α΄.

ΤΟ' ἁπλοῦν τοῦ ἤθους, καὶ ἀκατάσκευον, καὶ ἡρωϊκῇ πρέπον φιλοτιμίᾳ ἰδόντες ἐν σοὶ πόῤῥωθεν οἱ καλῶς τὰς φύσεις διερευνώμενοι, ἔθεντό σοι τὴν τοῦ ἐκκρίτου τῶν ἡρώων προσηγορίαν, ὡς ἡ πεῖρα τοῖς γενομένοις πρὸς μαρτυρεῖ. Τό τε γὰρ ὑπήκοον πρὸς εὐταξίαν ἐῤῥύθμησας, ἀπελήλα-

ται

Achilli. I.

INgenuitatem & ſimplicitatem morum, animumque Heroicae dignitati convenientem in te longe ante proſpicientes ii, qui recte hominum naturas expenderunt, tibi nomen Heroum praeclariſſimi impoſuere: quod jam experientia probe factum teſtatur. Eodem enim tempore populum tibi ſubje-

ctum

ται δὲ τῶν ἐσχατιῶν ὁ φόβος. Κἂν (*) ὁδὸν τὶς εἴπῃ, κἂν πέτραν ἠλίβατον, ἢ ἀπόῤῥωγα, καὶ ταύτην ἐςιν ὡς εἰρηνευομένην πόλιν παραδραμεῖν: Οὕτως ἡμῖν ἐκ τῶν κυμάτων ἐκείνων τῆς πονηρίας τὴν τȣ̃ Ταύρȣ ποσείαν τραχυνομένην, εὔδιον, καὶ λείαν τοῖς παριȣ̃σι πεποίηκας. Καὶ τȣ́των χάρις τοῖς ἐπὶ τῇ θαυμασιότητί σȣ ταῦτα πράττειν καταβαλλομένοις τὴν ψῆφον: χρηςȣ̀ς δείκνυς, τοιȣ̃τος ὢν, οἷς ἤδη συνών. Καὶ ἐν τῷδε ἐξητασμένην ἴδομεν γνώμης σεμνότητα: αὔξομέντε διὰ πάντων τὸ θαῦμα, καὶ τοιȣ́τȣς διαμένειν εὐχόμεθα, καὶ ἐπὶ τὸ πλεῖον προκόπτειν τοῖς κατωρθώμασιν, τῆς ἀγαθῆς ἐρῶντα δόξης, καὶ τὴν τῷ θεῷ φίλην εἰρήνην τοῖς ὑπηκόοις βραβεύοντα.

ſtum recto ſalubrique ordine compoſuiſti, pulſuſque fuit ab extremis ac remotis finibus terror. Quamvis inviam quis appellet, quamvis inacceſſam abruptamque rupem, hanc tamen praetervehi licet, tamquam quietam, & in pace agentem urbem: ita nobis è fluctibus illis improbitatis Tauri iter aſperum, praetereuntibus effeciſti planum, atque tranquillum. Enim vero harum rerum gratia habenda iis, qui magnificentiae tuae tempore ipſarum agendarum ſuffragium tulere; optimos enim, quibuſcum verſaris, quia hujuſmodi es, efficis. In hoc probatam ſpectatamque vidimus ſententiae gravitatem; admirationemque augemus, & tales manere optamus, teque longius progredi rectè factis, bonum nomen amando, pacemque Deo amicam ſubjectis populis comparando, ac miniſtrando.

NOTAE.

Achillem Provinciae moderatorem, ac fortaſſe Praefectum Praetorio, aut Dioeceſeos Ponticae Vicarium, Firmus commendat, quòd compoſitis publicis rebus, purgatis & reſtitutis montis Tauri itineribus, ſive inde pulſis latronibus, aut hoſtibus Romani Imperii, tot egregiis factis nominis ſui menſuram impleverit, antiquum Achillem revera imitatus. Tum rogat, ut in tam laudabili vitae curriculo perſiſtat.

(*) fort. [illegible];

Κυτεριῷ Σοφίςῃ. β'.

Ἡ Μὲν Πυθία τῷ Σωφρονίσκου προςέταττε μουσικὴν ποιεῖν, καὶ ταύτην ἐργάζεσθαι, ἐπιτείνουσα τὴν περὶ τὸ λέγειν τῷ πρεσβύτῃ σπουδήν. Ἐγὼ δὲ τὸν ἐκ παιδὸς τοῦτο μεμελετηκότα, καὶ τέχνην πεποιημένον θέλγειν τὰς ἀκοὰς μᾶλλον ἢ τὰς Σειρῆνας λόγῳ, ἐπειδὴ ἀθρόως εἶδον σιωπήσαντα πρὸς ἐμὲ, ἐκπέπληγμαι τῷ γενομένῳ, μή τι ἄρα ἐμπόδιον πρὸς τὸ γράφειν ἡ ἐμή σοι γέγονεν ἀμουσία. Ἀλλὰ παρακαλῶ ὄντα σε καὶ λόγων, καὶ πραγμάτων διδάσκαλον, μὴ πρὸς τὸν ἡμετέραν νωθείαν βλέπειν, μηδὲ, εἰ ἥττοσιν ἀντιγράφοις ἀμειβόμεθα, τοῦτο σκοπεῖν. ἀλλ' εἰδότα ὡς ἀρκεῖ γράμμα τῆς σῆς λογιότητος, καὶ λύπην κοιμίσαι, καί θεραπεῦσαι ψυχὴν, καὶ ποιῆσαι σώματι τόνον, γράφοντα διατελεῖν, μνήμην καί λόγων ἡμῶν ἐκ τοῦ ἐπιςολῶν τοῖς τε καθ' ἡμᾶς, καὶ τοῖς ἔπειτα παρεχόμενον.

Cyterio Sophiſtae. II.

PYthia quidem Sophroniſci filio Muſicam ut excoleret, in eaque ſe exerceret, imperavit, ſeni hoc pacto ſtudium dicendi, atque artem augens. Ego verò, ſtatim ac illum, cui ab ineunte aetate iſtud curae fuit, quique artem ſibi conſtituit dulcius, quam Sirenes, demulcendi ſermone aures, cognovi ſilentio erga me uti: ex iſta re timui, ne cui forte impedimento mea tibi ad ſcribendum foret inelegantia. Sed obſecro te verborum praeceptorem, ac rerum, ne ad noſtram tarditatem reſpicias, neve, ſi deteriori ſtylo reſcribam, id conſideres; verum probè ſciens, ſatis eſſe unam eloquentiae tuae epiſtolam ad ſedandum dolorem, animumque curandum, & robur corpori faciendum, ſcribas identidem rogo. Sic enim fiet, ut memoriam famamque noſtri, Epiſtolis tuis, tum praeſentis aevi hominibus, tum poſteris, praebeas, atque commendes.

NOTAE.

CYterium Sophiſtam diutius quàm par eſſet ſilentio indulgentem, neque reſcribentem, dulciter officii ſui monet, atque ad conſuetum Epiſtolarum commercium invitat. Iis temporibus Sophiſtae appellabantur, uti dictum in Notis ad Carm. I. Nazianzeni, Eloquentiae Profeſſores; atque inter eos illuſtre ſibi nomen Cyterius compararat. In titulo ſcribendum mihi videtur Κυθηρίῳ hoc eſt *Cytherio*, non autem Κυτερίῳ.

Τῷ Σο-

Τῷ Σωφρονίσκυ. *Sophroniſci filio*. In MS. legebatur τῷ Σωφρονίσκῳ h. e. *Sophroniſco*. Ita emendandum locum hiſtoria monuit; Socrati enim Sophroniſci filio (non Sophroniſco ipſi) jam ſeneſcenti, Apollo auctor fuit, ut Muſicae operam daret. Cujus rei teſtem do Quinctilianum Lib. I. Cap. X. Inſtit. Orat. ubi Muſicam oſtendens Oratoribus non utilem tantùm, ſed & neceſſariam, *Quid*, inquit, *de Philoſophis loquor, quorum fons ipſe Socrates jam ſenex inſtitui lyra non erubeſcebat?* Idem tradunt Diogenes Laërtius in Socratis Vita, Valerius Max. Lib. VIII. Plato in Phedone, & in Euthydemo, & Cicero ad Paetum.

Εὐςρατίῳ Κόμητι γ΄.

ΕΓ τι μικρόψυχον ὑπὸ τῆς ἀῤῥωςίας ἔπαθον, μεμψάμενός συ τὴν σιωπὴν, ὐ πόῤῥω τυσυγγνώμης τὸ πρᾶγμα. συνασθενεῖν γάρ πως πεφύκασι καὶ οἱ λογισμοὶ τῇ τῦ σώματος ἕξει. Ἔπαθον δὲ τῦτο πρὸς τὺς. οἰκείυς ἐμοί. τὺς γὰρ κεχρωσμένῃ φιλίᾳ συζῶντας ὐκ ἂν ἐμεμψάμην ποτὲ, ὡς μηδὲ τὸν ἀρχὴν μοι εἰλικρινῦς διαθέσεως πεῖραν παρασχομένυς. Ἀλλὰ τῦτο μὲν αὐταρκῶς ἔχει, καὶ ἤρκεσεν εἰς θεραπείαν τῶν προλαβόντων. Ἐμοὶ δὲ ἡ ἐπιτυμία τῷ τῆς ἀπολείψεως χρόνῳ μᾶλλον ἐγκάθεται, καὶ πρὸς ὑμᾶς ὁρῶν πέπονθα οἷον ἄντι διψῶν πάθοι αὐχμῦ τινος τὴν ὄρεξιν ἀναφλέγοντος. Παρακαλῶ δὲ, καὶ μέμνησθέ τι γράφειν, ἱκανήν μοι τῆς ἀπολείψεως παραψυχὴν τῶν ἐπισολῶν παρεχόμενον.

Euſtratio Comiti. III.

SI propter valetudinis infirmitatem animum quoque abjeci, de ſilentio tuo conquerens, non indignam veniâ rem cenſeo; quodammodo enim cogitationes infirmari cum corpore aegrotante ſolent. Contigit autem hoc cogitationibus meis erga domeſticos, & familiares: quippe non apud illos, qui colorata utuntur amicitia, conquererer umquam, quòd nullum mihi antea ſincerae affectionis experimentum praebuiſſent. Sed hoc ſatis eſt, ſatiſque fuit ad praecedentia curanda. Mihi verò cupiditas ipſo disjunctionis tempore altiùs inſidet, atque ad vos reſpiciens ita affectus ſum, ut ſitiens afficeretur, cui aeſtus quidam cupiditatem accendit. Obſecro autem, & ut memineris aliquid ſcribere, quod idoneam per Epiſtolas abſentiae conſolationem mihi afferat.

NO:

NOTAE.

QUòd nullas ad ſe literas à longo tempore Euſtratius dediſſet, conqueſtus fuerat Firmus. Nunc in corporis aegritudinem, qua premebatur, ardorem querimoniarum rejicit; dum enim corpus male ſe habet, languere animus quoque videtur, ideoque nil mirum, ſi tunc in officiis delinquimus. Hinc petit, ac ſperat veniam. Ut autem reſcribat, & diuturnae abſentiae conſolationem ſcribendo mittat, ſolicitè precatur.

Κόμητι. *Comiti*. Vocabulum antiquis Graeciae incolis ignotum, ſed Firmi tempore in Imperatorum aula uſurpatum. Erant autem *Comites* viri principes, qui Auguſtos comitabantur. Eorum diverſa munera, variaſque appellationes non in civilibus tantùm, ſed & in militaribus negotiis, ab utroque Du-Freſnii Gloſſario, à Pancirolo in Notit. utriuſque Imperii, atque ab aliis diſcas.

Εἰς θεραπείαν τῶν προλαβόντων. *Ad praecedentia curanda*. In MS. ſequebatur τὰ πράγματα. Quod, quum gloſſema videretur, è textu ſuſtuli.

Κυνηγίῳ Κόμητι. δ'.

ΤΟὺς ποθοῦντας ἐν ἡμέρᾳ γηράσκειν παλαιὸς κατέχει λόγος. Ἐμοὶ δὲ ἐδιπλασίασεν τὸ γῆρας τῷ μήκει τοῦ χρόνου συνεπιλαβομένης ἐλπίδος τῆς ὑμετέρας πρὸς ἡμᾶς ἀφίξεως ταῖς ἐπαγγελίαις τιθεμένῳ ἥξειν γάρ ποτε προσδοκῶ τὴν μεγαλοπρέπειάν σου, ὡς ἐπὶ μητέρα τὴν ἡμετέραν πόλιν, ἀπαιτοῦσαν δικαίως τῶν τροφείων τὴν ἀμοιβήν. Εἰ δὲ καὶ ἡμῶν τις λόγος παρά σοι, μὴ δευτέρους ἀγάγῃς τῶν αὐτόθι φίλων. τῶν γὰρ ἄλλων πάντων πᾶσιν ἡττώμενοι, ἕτοιμοι πρὸς τοὺς ἐθέλοντας περὶ φιλίας διαγωνίζεσθαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἆθλον τῆς νικης ᾖ τὸ τοῖς

σοῖς

Cynegio Comiti. IV.

ILlos, qui deſiderant, una die ſeneſcere, antiquum habet adagium. Mihi verò duplicatum eſt ſenium, quod poſt pollicitationes longiſſimum ſtatueris tempus conceptae de tuo ad nos reditu ſpei; venturam enim aliquando magnificentiam tuam ſpero ad urbem noſtram, quaſi ad matrem, jure nutricia exigentem. Sin & noſtri aliqua tibi eſt ratio, nè ſecundos nos arbitrere inter eos, qui tibi heic ſunt amici; quum enim in reliquis rebus ab omnibus vincamur, parati tamen ſumus cum quibuslibet de amicitia certare, & potiſſimum quando victoriae praemium ſit tuis

affa-

σοῖς ἐντρυφῆσαι καλοῖς. Παρακαλῶ οὖν, τὸν ὄκνον ἀποσεισάμενος ἐπάνελθέ μοι πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἀκμὴν, δείξας ἡμῖν σαυτὸν τοιοῦτον, οἷόν σε τηνικαῦτα ἐπὶ τὴν τῶν Φρυγῶν στελλόμενον παρεπέμπομεν. Εἰ δὲ καὶ ἐλάττων ἡ δύναμις ὑπὸ τοῦ χρόνου γεγένηται, ἄκουσον τῆς μητέρος σου τῆς Ἐκκλησίας ἐγγυωμένης, αὖθίς σε τοιοῦτον καταστήσειν, εἰ πρὸς αὐτὴν ἐπανέλθοις καλούμενος. Δώσεις δὲ ὁλοτελῆ τὴν χάριν, εἰ καὶ τὴν κοσμιοτάτην θυγατέρα ἡμῶν, καὶ τὰ γλυκύτατα παιδία μετὰ σαυτοῦ ἄγων ἀφίκοιο, πλείονι χειρὶ τὴν ἔκτισιν τῶν ὀφλημάτων ποιούμενος.

affatim frui bonis. Obſecro igitur, ut miſsâ negligentiâ ad me redeas; dum adhuc ineſt corpori vigor, te ipſum talem oſtendens nobis, qualem te olim in Phrygiam expeditionem miſſum deduximus. Quod ſi ex aetate viribus fractus, ac debilitatus es, audi matrem tuam Eccleſiam ſpondentem, priſtinae valetudini iterum te reſtituendum, ſi ad ipſam accitus remigres. Perfectam autem gratiam inibis, ſi & ornatiſſimam filiam noſtram, dulciſſimoſque liberos tecum ducens advenias, pleniori manu hoc pacto debita ſolvens.

Ἀλυπίῳ Χωρεπισκόπῳ. έ.

ΑΝω ποταμῶν ἱερῶν (τὸ λεγόμενον) χωροῦσι πηγαὶ, ὅτε καὶ ἡ εὐλάβειά σου ἀφ' ἡμῶν δέεται προστασίας, ἑτέροις τοῦτο νέμειν ἐκ τῆς παλαιᾶς συνηθείας ἄδειαν ἔχουσα. Ἐπεὶ δὲ ὅλως διεπρεσβεύσω πρὸς τὸν θεοσεβῆ Ἐπίσκοπον Ἱμέριον, τὰς πρὸς ἡμᾶς δι' αὐτοῦ σπουδάζων καταλλαγὰς, γίνωσκε νῦν ἕξων παρ' ἡμῖν πλεῖον ἢ πρότερον, ὥστε σοι ἄδειαν εἶναι περὶ ὧν ἂν ἐθέλοις διδάσκειν, καὶ τυγχάνειν τῆς παρ' ἡμῶν εὐμενοῦς ἀποκρίσεως, εἰ τὸ ὑπήκοον πρὸς εὐταξίαν ὁρμίσειας. Οὐδὲ γὰρ πρότερον αὐτῷ σοι (*) ἴδια ἐγκαλεῖν εἴχομεν: ἀλλ' ὅτι τοιαύτης τυχὼν ἀσκήσεως, καὶ τοῖς τοιούτοις διδασκά-

Alypio Chorepiſcopo. V.

SUrſum verſus ſacrorum fluminum (ut fert adagium) feruntur fontes, quando pietas tua à nobis praeſidium poſtulat, quum aliis hoc praeſtare abundè valeas ex antiqua conſuetudine. Quoniam verò religioſiſſimum Epiſcopum Himerium adiiſti, atque enixè rogaſti, ut ſe reconciliandis nobis interponeret, ſcito, te jam plura à nobis, quàm ante, impetraturum, ita ut tibi in poſterum liceat de iis, quae velis, docere, & amicam à nobis reſponſionem obtinere, ſi eos, qui ſubſunt, ad modeſtiam revocaveris. Neque enim antea peculiare quid tibi vitio vertere potuimus; ſed quòd

(*) ἴδια. ita MSS. fort. [illegible].

σκάλοις γραφεὶς παρὰ τὴν σαυτοῦ ὑπόληψιν ἥττων ἐδείκνυσο, ταῖς τῶν ὑποχειρίων ὁρμαῖς σαυτὸν ἐνδιδούς. Ἴσθι οὖν τοιούτων ἡμῶν εἰς φιλίαν ἐπιτευξόμενος, οἵους ἠπίστασο πρότερον. σαυτὸν δὲ δεῖξαι σπούδασον ἄρχεσθαί τε εἰδότα, καὶ ἄρχειν εὐεπιστάμενον.

quòd tali diſciplina vir, & hujuſmodi doctoribus adſcriptus, opinioni de te conceptae ſatis minimè feciſti, quippe qui plus aequo morem geſſiſti ſubditorum appetitionibus. Scias igitur, tales nos te in uſu amicitiae habiturum, quales primum cognoſcebas. Te ipſum verò cura ut oſtendas & parendi doctum, & imperandi non ignarum.

NOTAE.

HUjus Epiſtolae mens hujuſmodi eſſe mihi videtur. A Firmi gratia Alypius Chorepiſcopus exciderat, quòd ab Eccleſiaſtica diſciplina deviaſſet, nimiumque indulſiſſet votis ſibi commiſſi gregis. Ut Epiſcopum iratum deliniret, atque animarum praefecturam, quam antea exercebat, recuperaret, Himerii Epiſcopi patrocinium imploravit. Hoc adminiculo fretus, ad Firmum literas dedit. Reſcribit hic, ſe tanti facere Himerium, ut Alypio cum praefecturam, tum priſtinam gratiae menſuram, imo & in poſterum majora ſit collaturus, modò is in recta diſciplina perſiſtat. *Corepiſcopi* olim dicebantur Epiſcoporum Vicarii per Paroecias diſtributi. De iis plures plura.

Ἄνω ποταμῶν &c. *Surſum verſus &c.* Ex Euripidis Medea petitum adagium.

> Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί.
> *Surſum verſus ſacrorum fluminum feruntur fontes.*

Quibus verbis, ut auctor eſt in Adagiis Eraſmus, quippiam praepoſterè, atque inverſo ordine fieri ſignificamus. A Luciano in *Terpſione*, & in *libelli Apologia* paroemia haec uſurpatur; eâque etiam uſus eſt Diogenes Cynicus, ut in ejus vita Laërtius teſtatur. Fortaſſe Firmus ironicè loquebatur.

Ἱμέριον. *Himerium*. Epiſcopus Nicomediae in Bithynia Himerius fuit. Inter Neſtorii fautores numerabatur, & *Conteſtationi* pro eodem Haeretico ad S. Cyrillum, Synodumque Epheſinam à Joanne Antiocheno, ejuſque aſſeclis miſſae ſubſcripſit, uti videre eſt in

Syno-

Synodico edito per Chriſtianum Lupum, & Baluzium Cap. VII. Conciliabulo itidem Epheſino interfuit An. Ch. 431. atque in damnationem Cyrilli Alexandrini conſenſit. Quare ab Epheſina Synodo Oecumenica depoſitus, & Eccleſiaſtica communione privatus fuit. Illum reſipuiſſe, piè credere, quàm contra opinari malim. In Synodico tamen ſupra laudato Epiſtola Theodoreti ad eumdem Himerium Cap. LXXI. refertur, necnon & aliae duae Theodoreti ejuſdem Epiſtolae, altera ad Helladium Epiſcopum, altera ad Joannem Antiochenum, queis in haereſi pertinacem adhuc perſtitiſſe Himerium, oſtendi poſſe videtur. Utcumque ſe res habeat, hanc Epiſtolam ante Synodi Epheſinae tempora ſcriptam arbitramur, quum nempe inter Firmum noſtrum, ac Himerium literarum commercium ſanctiſſimè exerceri poterat.

Γεσσίῳ Σχολαστικῷ. ϛ'.

ΑΔελφὸς ἀνδρὶ παρείη. φησὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ὡς τῆς φύσεως συντρόφου, καὶ γνησίας φιλίας παρεχομένης ἀπόλαυσιν. Καὶ οὐκ ἀπεικὸς ἡδέως ὤφθαι παρὰ τῆς σῆς λογιότητος τὸν σὸν ἀδελφὸν χρόνῳ πρὸς ὑμᾶς ἀφικόμενον. Εἰ δὲ στρατείαν ἐπαγγέλλοντι, καὶ ταύτῃ πρὸς τὸν βίον τῇ τέχνῃ χρωμένῳ ἐξελάσαι πάλιν ἐδέησεν, οὐδὲν παρῄρηται τῆς ἐλπίδος: ἥξει γὰρ πάλιν ποθοῦσιν, εἰ γένοιτό τι κατὰ γνώμην αὐτῷ.

Geſſio Scholaſtico. VI.

FRater homini adſit, ait vetus verbum, tanquam ſimul educata natura, ſincerâ quoque frui amicitiâ largiatur. Et ſanè aequum fuit, fratrem tuum à prudentia tua longo poſt tempore ad vos reverſum libenti animo exceptum eſſe. Quod ſi militiam profeſſo, atque arte hac ad vivendum utenti, rurſus expeditionem ſequi opus fuit, nihil de ſpe detractum eſt. Veniet enim rurſus deſiderantibus, ſi quid è ſententia geſſerit.

NOTAE.

ΣΧολαστικῷ. *Scholaſtico.* Firmi aevo qui apud Latinos Cauſſarum patroni, & Advocati erant à Graecis *Scholaſtici* appellabantur. Complures S. Nili Epiſtolae exſtant ad hujuſmodi *Scholaſticos* ſcriptae, uti & Syneſii, qui Scriptores eodem, quo Firmus, ſeculo floruere. Hoc ſenſu à S. Auguſtino Cap. VII. in Joann. vox illa accipitur. *Qui habent,* inquit, *cauſſam, aut velint ſupplicare, quae-*

runt aliquem Scholaſticum, à quo ſibi preces componantur. Praeterea *Scholaſticus* dicebatur quivis Eloquentiae, & Oratoriae facultatis, aut politioris literaturae ſtudiis eruditus. Vide Du-Freſnium ad hanc vocem in utroque Gloſſario. *Scholaſticorum* cognomentum ad Agnelli Scriptoris Ravennatis tempora, hoc eſt ad decimum uſque à Chriſto nato ſeculum, duraſſe, ejus monimenta fidem faciunt, quae cum ſeleƈtiſſimis notis proelo propediem ſpondet Cl. V. Benedictus Bacchinius.

Ἀδελφὸς &c. *Frater homini adſit.* Adagium è Platonis Lib. II. de Republica petitum. Significat autem, Eraſmo teſte, fidum auxilium homini praeſtitum; quippe in arduis rebus, atque in periculis vix umquam frater deeſſe ſolet.

Διδυνίῳ. ζ'.

ΤΑ'ς τῶν φαρμάκων χρήσεις οὐκ αἰεὶ νομίζω ταυτὸν δύνασθαι, οὐδὲ ὁμοίως ἰᾶσθαι τὰ χρονιώτερα τῶν παθῶν. Ὅθεν καὶ ἐμοὶ τὸ τῶν ἐπιστολῶν φάρμακον ἕωλον ἤδη πέφηνεν εἰς παράκλησιν μακρῷ χρόνῳ τῆς ἀπολείψεως κάμνοντι. Ἀλλ' ἔργον ὑμῖν γενέσθω ἐξαιτήσασθαί με τῶν δυσχερῶν. εἰ γὰρ τῶν ἐντεῦθεν ἀφεθείην δεσμῶν, πάντα μοι καλῶς ἕξειν, καὶ κατὰ γνώμην πεπίστευκα.

Didnio. VII.

MEdicinarum uſum idem ſemper poſſe non arbitror, neque ratione ſimili ſanari per illas morbos inveteratos. Quare epiſtolarum quoque medicina mihi obſoleta jam, & vana facta eſt ad ſolatium, diuturni temporis ſejunctione laboranti. Tuum igitur opus erit, me à rerum difficultatibus liberare; ſi enim è vinculis, quae me heic detinent, ſolutus ero, omnia mihi feliciter, & ad votum ſucceſſura ſpero.

NOTAE.

ABerat ab Urbe ſua Firmus, neſcio quibus negotiis implicitus. Diutius, quàm ille jam taedio defatigatus ſuſtinere poſſet, res protrahebàtur. Neque verò è literis Didnii, ut antea, ſolamen ullum capiebat. Quamobrem ejus Epiſtolas obſoletam appellat medicinam; deinde eum rogat, ut ſolicitè reditum, libertatemque amico abſenti procuret, ac impetret. Pro Διδυνίῳ, ſive *Didnio*, ſcribendum fortaſſe Διονίῳ, vel potius Διανίῳ; non enim Graecum nomen *Didnius* videtur. Ad *Dianium* Epiſtolam quamdam ineditam ſcribit Libanius.

Ἀρμενίῳ ἀρχιατρῷ. ή.

ΟΜήρῳ μὲν δοκεῖ τῷ σοφῷ πωλλῶν ἀνταξίȣς εἶναι τȣ̀ς ἰατρȣ̀ς. Ἐμοὶ δὲ τὴν αἰτίαν σκοπȣ̃ντι, δυοῖν ἕνεκα τȣ̃το εἰρῆσθαι φαίνεται: τὸ μὲν κατὰ τὴν ἐπιστήμην, ὅτι θεραπευταὶ σωμάτων ἐστὲ: τὸ δὲ κατὰ τὴν, φιλίαν, ὅτι καὶ ψυχῶν πολλάκις τὰ δέοντα συμβȣλεύοντες τὰς λυπὰς παύετε παραινέσεσιν. Ὧν ἑκατέρων ἴσθι χρήζοντά με τὰ νῦν σπεύδειν πρὼς τὴν ἐπάνοδον. Εἴθε θᾶττον ἀπαλλαγείημεν, τȣ̃ Σωτῆρος Θεȣ̃ τὴν ἐνταῦθα ἡμῖν οἰκονομήσαντος ἀναχώρησιν.

Armenio Archiatro. VIII.

HOmero quidem viro ſapienti Medici pro multis eſſe videntur. Mihi verò cauſſam conſideranti his duabus rationibus hoc pronunciatum videtur. Altera eſt propter ſcientiam, quia corporum curatores eſtis; altera propter amicitiam, quia ſaepè opportuna conſilia afferentes, animorum aegritudines admonitionibus veſtris ſedatis. Quibus utriſque ſcito me nunc indigentem, reditum in patriam maturare. Utinam quamprimum liberemur, Deo Servatore huc nobis reditum, ac ſeceſſum procurante.

NOTAE.

ΟΜήρῳ. *Homero.* &c. Reſpicit ad Homericum illum verſum in Iliade.

> Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.
> *Vir medicus multis aliis praeſtat.*

Scilicet, ut Firmus explicat, pro multis aliis valet Medicus, quum vel pharmacis, vel prudentibus conſiliis tollere corporis, animique perturbationes poſſit. Plinius in Epiſt. *Unus mihi es pro centum millibus.* Medici autem dignitate, ac pretio multos aequare videntur.

Λαύσῳ. θ'.

ΠΟλλὰ τῆς μεγάλης πόλεως ὑμῶν ἀπολαύσας τȣ̃το πλεῖον τῶν ἄλλων ἀπώναμαι, ὅτι σοι εἰς πλείονα λόγων συνήθειαν ἐλθὼν,

εἶδον

Lauſo. IX.

QUum ſaepè à tua magna Urbe fructus ingentes ceperim, hoc tamen, plus quàm caeteri, ſum conſequutus, quòd ma-

jorem

εἶδον ἄνδρα ἀτεχνῶς τοῦ χρυσοῦ γένους φιλεῖν τε εἰδότα, καὶ τοῦ φιλεῖσθαι ἄξιον, ἢ μόνον, ἢ πρὸ τῶν ἄλλων κατὰ τὴν Ὀρφέως λύραν ἄγειν ἐπιστάμενον πρὸς ἑαυτὸν ἤθει, καὶ λόγῳ τοὺς ἐντυγχάνοντας, πλὴν ὅτι ἐκείνῳ μὲν ἄχρι τοῦ μέλους τὰ τῆς φιλοτιμίας ἦν, καὶ τούτῳ θέλγων κατεῖχε τοὺς πλησιάζοντας. Ὑμῖν δὲ καὶ οἶκος περιφανὴς, καὶ δαπάνης πλῆθος χορηγούμενον τοῖς δεομένοις, καὶ τάυτα πλείονα, ἢ ὅσα ἂν εἰπεῖν εἰς φιλοτιμίαν λόγος ἀρκέσειε. Ταύτην δὴ τὴν σχέσιν, καὶ πρὸς ἀπόντας ἔχειν παρακαλῶ, καὶ διὰ μνήμης ἔχειν ἡμᾶς, καὶ δεξιοῦσθαι γράμμασιν, ὡς ἂν ἔχοιμεν ἀδόλου φιλίας ἐνέχυρα τὰς ἐπιστολάς.

jorem tecum miſcendorum colloquiorum conſuetudinem iniens, virum cognoverim verè aurei generis, & amandi doctum, & qui ametur dignum; virum, inquam, aut unicum, aut prae aliis non aliter quàm Orpheus lyra trahendi peritum ad ſe moribus & ſermone illos, qui ejus conſuetudine delectantur. Niſi quòd Orpheo uſque ad canendi artificium honor & gloria ſtetit, eoque pacto ad ſe accedentes mulcendo, ſibi devinxit; Tibi verò eſt & ſplendida domus, & impendiorum magnitudo erogata in pauperes, & alia, plura ſanè quàm ut ea in honorem tuum complecti dicendo poſſimus. Hunc autem habitum, affectumque erga abſentes quoque ut ſerves rogo, & ut memoriam noſtri foveas, dulciterque per literas nos ſalutes, ita ut ſincerae amicitiae noſtrae pignora literas habeamus.

NOTAE.

Brevem panegyrim Lauſi Illuſtris, piique viri in hac Epiſtola habes. Cum illo arctum amicitiae foedus inierat Firmus, olim Conſtantinopoli agens; nam ſub nomine *magnae Urbis* deſignari Conſtantinopolim reor, ni Antiochiam fortè velis. Hunc ergo rogat, ut commercium Epiſtolarum viciſſim exerceat. Male autem me non opinaturum cenſeo, ſi Lauſum hunc arbitrer eumdem eſſe cum illo, ad quem Palladius Helenopolitanus Anno Ch. 421. Librum de Sanctorum ejus temporis Monachorum Vita, ac geſtis perſcripſit, unde & *Hiſtoriae Lauſiacae* nomen Libro illi impoſitum. Certè iiſdem temporibus florebat Firmus noſter. Lauſus verò, ad quem Palladius ſcribit, Vir Illuſtris, & Sacro Cubiculo Praefectus erat, quae

Lauſo

Digitized by Google

Lauſo heic memorato convenire videas. Infra ad eumdem conſcriptam reperies Epiſtolam XX.

Γεροντίῳ Πρεσβυτέρῳ. ί.

ΣΥχνὸν ἤδη χρόνον ἀπολειφθεῖσαν τῆς πόλεως τὴν σὴν θεοσέβειαν ἔδει παρεῖναι τῇ πρώτῃ, καὶ μυστικωτάτῃ τῶν ἑορτῶν. ἐπεὶ δὲ ἀῤῥωστίας ἄρτι παυσαμένης ὑπολέλειπταί τις ἐνοχλοῦσα λεπτότης, ὡς ἔμαθον, ἀναλαβὼν σαυτὸν ἀφικέσθαι πρὸς ἡμᾶς σπούδασον, πληρῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ τὸ ὄφλημα, ἵνα μὴ δεηθῇς καὶ δευτέρας φιλοτιμίας εἰς θεραπείαν τῆς ἀπολείψεως. Τὰ δὲ ἀποσταλέντα ἐδεξάμεθα, καὶ τοῦ πλήθους, καὶ τοῦ μεγέθους θαυμάζοντες, πέρδικας τέτταρας, ὅλην ξυνωρίδα πώλων, καὶ συὸς τῶν κατοικιδίων ἡμιτόμιον, ἱκανὸν καὶ ἀγρίων νικῆσαι μέγεθος, ὅσα χρὴ τῷ πράγματι πείθεσθαι, καὶ στάμνον οἴνου πολιοῦ. Ἀλλὰ πόσα ταῦτα πρὸς ἀναγκαίαν φίλου συντυχίαν μετρούμενα.

Gerontio Presbytero. X.

QUum multo jam tempore pietas tua ab urbe abfuerit, par erat ut ad Feſtum diem adveniret, qui primus eſt omnium, & ſupra omnes Myſteriis abundat. Sed poſtquam, infirmitate nunc ſolùm ceſſante, moleſta quaedam, ut accepi, relicta tibi eſt macies, ſimul ac te ipſum refeceris, cura ut ad nos revertaris, quod Eccleſiae debes implens, ne altero careas honore, atque ut diuturnam repares abſentiam. Ea verò, quae ad nos miſiſti, accepimus non ſine copiae & magnitudinis admiratione, nempe quatuor perdices, pullorum equinorum par integrum, & ſuis è domeſticorum grege dimidium, quod & agreſtium vinceret magnitudinem, quantum re ipſa videre eſt, & veteris vini amphoram. Sed quanta haec ſunt, ſi ad amici neceſſitudinem, convictumque metiamur?

NOTAE.

ABſentem Gerontium, Presbyterum ſibi ſubjectum, poſtquam ad Feſtum diem, omnium ſanctiſſimum, accedere aegritudinis cauſſa nequiverat, novis literis ſui officii commonefacit Firmus, dulciterque ad reditum invitat. Hinc dona ab illo ad ſe tranſmiſſa ſingulatim recenſet, ac laudat. Per diem ſacris Myſteriis ſupra omnes plenum ſignificari puto ſacrum Paſchatis diem.

Αὐτο-

Αὐσονίῳ Πρεσβυτέρῳ. ιά.

ΕʹΝ τοῖς ἄλλοις τὸ μέτρον ἄριστον, ἐν δὲ τῇ ἀγάπῃ ὁ τὸ πλεῖον ἔχων θεοφιλέστερος. Δεῖξον οὖν οὕτω διακείμενος περὶ ἡμᾶς, καὶ ὑπερευχόμενος ἀεὶ, καὶ γράφων πολλάκις, ἵνα τῆς ἀπολείψεως ᾖ παρ' ἡμῖν εἰς παραμυθίαν τὰ γράμματα.

Auſonio Presbytero. XI.

IN reliquis rebus menſura optima; at in amore qui plus habet, Deo gratior eſt. Te igitur oſtende ita erga nos affectum eſſe, & fauſta ſemper nobis precando, & ſaepe ſcribendo, ut disjunctionis ſolamen nobis Epiſtolae praebeant.

Ἐλλαδίῳ. ιβ'.

ΕʹΚ χειμῶνος, καὶ τρικυμίας γαλήνην εἶδον, καὶ ἡμέραν (τὸ τοῦ λόγου) λευκὴν, ἀναπεπτῶσθαι ἐκ τῆς κατά τὸν πλοῦν πλάνης τὴν μεγαλο πρέπειαν σου μεμαθηκώς. Ὅθεν ἐπήρθημεν ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἡμῖν καταφεύγοντες προστασίαν, καὶ τῶν λυπούντων ἐλπίσαι παραψυχὴν, εἴτε τινὰ λόγον σχεῖν ἡμῶν τε, καὶ, πατρίδος λιμῷ καμνούσης καταξιώσειας, ὥστε ἐπικουφίσαι τὰ νῦν ἐνοχλοῦντα τῶν στρατιωτῶν ἀναλώματα, καὶ διοικήσασθαι μηδεμίαν στρατεύματος δι' ἡμῶν γενέσθαι πάροδον. μόλις γὰρ, εἰ τούτων ἐπιτύχοιμεν, ἀπὸ πολλῶν ὀλίγοι τὸν τοῦ λίμου πανωλεθρίαν ἀποφυγόντες περιεσώμεθα.

Helladio. XII.

POſt ſaevam procellam, fluctumque decumanum, tranquillitatem, diemque (ut eſt in adagio) album aſpexi, ubi intellexi, magnificentiam tuam è navigationis erroribus reſtitutam. Quare animis erecti ſumus, ad proprium nobis, ac familiare patrocinium confugientes, & ad ſperandum impulſi ſumus triſtibus rebus ſolatium; ſi quam interim & noſtri, & patriae fame laborantis rationem habere dignatus fueris, ut eas, quae nos nunc turbant, militum impenſas alleves, cureſque nullum exercitus per nos fieri tranſitum; Vix enim, quando haec nobis eveniant, ex multis pauci, famis internecione declinatâ, erimus ſuperſtites.

NOTAE.

HElladio illuſtri viro, quòd navigationem difficillimam abſolverit, Firmus gratulatur, & Caeſarienſium publicam rem commendat. Rogat autem, ut provinciae jam dira fame laborantis miſereatur,

ſereatur, minuatque militum impenſas, neque ſinat exercitum illac tranſire.

Η'μέραν λευκήν. *Diem album*. Uti Eraſmus in Adagiis monebat, *albus dies* pro felici, laeto, fauſtoque apud veteres accipiebatur. Plutarchus in Pericle: *τὺς ἐν εὐπαθείαις τισὶ γενομένυς, λευκὴν ἡμέραν ἐκείνην ἀπὸ τῦ λευκῦ κυάμυ προσαγορεύειν. Eos, qui in deliciis jucundè vivunt, album eum diem nominare à faba alba*. Adagii origo eſt à Pericle, qui Athenienſibus ſuis, dum Samios arctiſſimè obſiderent, in octo turmas diſpertitis praeſcripſit, ut cui, ſortibus ductis, candida faba contingeret, liceret eo die otio, & conviviis operam dare, caeteris pugnantibus. Silius quoque Italicus uſurpavit in eo verſu

Si current albique dies, horaeque ſerenae.

Α'ττικῷ Ε'πισκόπῳ. ιγ'.

ΑΡιστείδην οἶσθα τὸν παλαιὸν, ὁσιώτατε: πῶς δὲ ὐκ οἶσθα, φιλαθήναιος ὢν, καὶ τιμῶν δικαιότητα; Οὗτος καθ' ἡμᾶς ἐκεῖνος ὁ λογιώτατος Ο'λύμπιος, φρονήσει μὲν Θεμιστοκλέα παραδραμὼν ῥητορικῇ δὲ τὸν Περικλέα, καὶ εἴ τις ἔιη τὺς πώποτε γεγονότας νενικηκὼς, εἰς ὃ ἕκαστος κατά τῶν ἄλλων τῶν πρωτείων ἐπέτυχεν, ζῆλον δὲ τὸν αὐτὸν ἐκείνοις ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐπιδεικνύμενος. Ο῏ν προσδέξασθαι τῆς Ε'κκλησίας παρακαλύσης ἐπίνευσον, καὶ τύτῳ τό μέρος δι ἡμᾶς μεταδὺς τῆς εἰς πάντας τὺς δεομένυς μεριζομένης φιλανθρωπίας.

Attico Epiſcopo. XIII.

ARiſtidem antiquum noſti, vir ſanctiſſime; quomodo enim non noſti, quum ſis Athenienſium ſtudioſus, juſtitiaeque cultor? Talis judicio noſtro ille eſt eloquentiſſimus Olympius, qui prudentiâ quidem Themiſtoclem ſuperat, Rhetoricâ verò Periclem, & ſi quis alius fuit, qui veteres ſuperaret in eo, in quo eorum quilibet primas ſupra alios tulit; quique non minorem, quàm illi, zelum pro patria oſtendit. Ut hic admittatur, Eccleſiâ noſtrâ hortante, annue, eique partem humanitatis illius, quàm in omnes indigentes partiris, noſtrâ cauſâ tribue.

NOTAE.

ARiſtidi, viro apud Athenienſes cum eloquentiae, tum juſtitiae laude olim celeberrimo, Olympium comparat; imo ab iſto Themiſtoclem prudentiâ, Periclem verò eloquentiâ ſuperari affirmat.

Hunc igitur Attico Epiſcopo commendat. Quis fuerit hic Atticus, definire non auſim. Atticum, qui poſt Chryſoſtomum Conſtantinopolitanam Sedem implevit, virum ſanctiſſimum, minimè audeo dicere heic deſignatum, quippe fortaſſe vivere deſierat, antequam Firmus Epiſcopalem Cathedram conſcenderet. Alter Atticus, Nicopolitanus in veteri Epiro Metropolita Synodo Chalcedonenſi interfuit, cui etiam ſubſcripſit Atticus Zelorum Epiſcopus. Quum verò hi Attici & Auctoris noſtri aequales, & Epiſcopi fuerint, certò conſtare nequit, ad quemnam eorum hanc Epiſtolam Firmus dederit. Et fortaſſe ad Atticum alium quempiam Firmus haec ſcripſit.

Ἀνθίμῳ Ἐπισκόπῳ. ιδ'.

ΕΠὶ τὴν σαυτοῦ μητέρα τὸν σὸν ἀπέσταλκας παῖδα, καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς πάσῃ συνημμένους γνησιότητι, καὶ κατ᾽ οἰκείωσιν τῇ θεοσεβείᾳ τῇ σῇ. Καὶ τῶν σῶν γενέσθω προσευχῶν ἔργον, ὁμοῦ τῇ ἡλικίᾳ τῷ παιδὶ συναύξεσθαι καὶ τὴν παίδευσιν. Κέρδος γὰρ ἡμέτερον τιθέμεθα τὰς τῶν νέων ἐπιτυχίας, ὅταν ᾖ παρ᾽ αὐτοῖς καὶ δόξης, καὶ φιλίας ἀπόνασθαι. Τοῦτο δὲ ἐκ τῆς σῆς θεοσεβείας τεκμαιρόμενος λέγω οὐκ ἀπεικότως, τοὺς σοὺς κληρονόμους κληρονομήσειν προσδοκῶν, καὶ τῶν τῆς δόξης καλῶν.

Anthimo Epiſcopo. XIV.

AD tuam ipſius matrem, & ad nos omni ſinceritate, atque neceſſitudine cum pietate, & religione tua conjunctos, tuum miſiſti filium. Nunc tuarum apud Deum precum opus ſit poſcere, ut filio unà cum aetate diſciplina quoque augeatur. Nos enim in noſtro lucro ſucceſſus juvenum ponimus, quum in ipſis conſtet & gloriae, & amicitiae fructus. Ex tua verò pietate conjecturam faciens, non temerè ſperare me dico, fore ut ii, qui bonorum tuorum futuri ſunt heredes, gloriae quoque hereditatem obtineant.

NOTAE.

FIlium quemdam ſuum, hoc eſt, ut puto, Clericum, Anthimus Epiſcopus Caeſaream miſerat, ut à Firmo noſtro literis, & moribus inſtitueretur. Scribit hic, Deum eſſe rogandum, ut operae in illius adoleſcentis cura collocandae ſucceſſus reſpondeat. Se verò felicia quaeque de illo ſperare addit, ducto à mittentis pietate argumento. Quum ait *ad matrem tuam*, Caeſaream accipiendam eſſe reor, quae Anthimi patria fuerit, aut ipſam Caeſarienſem Eccleſiam, cui fortaſſe olim Anthimus dederat nomen.

Digitized by Google

Εὐανδρίῳ Ἐπισκόπῳ. ιε'.

ΑΝάθημα μὲν τις προσφέρων θεῷ τῶν δοκούντων πρὸς εὐσέβειαν βλέπειν, ἐπίγραμμα προσέθηκεν τῷ ἀνατεθέντι εἰπών: σοὶ προσφέρω τὰ σά. Ἐγὼ δὲ ἐπιγράμματος οὐδὲν δέομαι. καλῶν δὲ ἐπὶ τὴν σὴν ἑςίαν τὴν θεοσέβειαν σου, ἵνα μὴ γελρῖον πάθω, τὴν ἐμαυτοῦ ἐπιθυμίαν προςίθημι, ὡς μὴ πρόφασιν τῇ θεοσεβείᾳ σου τῆς ἀπολείψεως τὴν ἡμετέραν ῥαθυμίαν γενέσθαι. Καὶ παρακληθεὶς ὑπάκουσον παρεῖναι τῇ ἐν Ἀργοκνοῖς τῶν ἁγίων μνήμῃ, ἣν αὐτὸς καὶ παρακαλούμενος τελέσεις, καὶ ἀπαράκλητος.

Evandrio Epiſcopo. XV.

DOnum Deo offerens neſcio quis ex iis, qui ad pietatem propenſi ſunt, Epigramma oblato muneri inſcripſit, dicens: *Tua tibi offero*. Ego verò Epigrammate nullo apud te uti deberem; attamen invitans ad tuam domum pietatem tuam, ne me ridendum praebeam, unum tibi offero deſiderium meum, ut ne pietati tuae ſilentium noſtrum non accedendi ſit cauſſa. Invitatus igitur nobis morem gere, ut in Argocnis Sanctorum commemorationi interſis, quam & invitatus conficies, atque etiam non invitatus.

NOTAE.

QUum celebrandus foret Feſtus quidam Sanctorum dies in Argocnis, ad eadem ſolemnia Evandrium Epiſcopum invitat, Epiſtolam ab eleganti eruditione exorſus. In Concilio Chalcedonenſi memoratur Evander Diocliae in Phrygia magna Epiſcopus. Sed ille nimiùm Caeſarea aberat, ut ad Feſtum invitatus à Firmo ſit credendus. Quum ait ἐπὶ τὴν σὴν ἑςίαν, *ad tuam domum*, Eccleſiam puto heic intelligi, potiùs quàm domum Firmi.

Θαλασσίῳ. ις'.

ΗΓειρας τὴν σαυτοῦ πόλιν ἤδη πρὸς γόνυ καμφθεῖσαν, ἀποδοὺς αὐτῇ τῶν τροφείων τὰς ἀμοιβάς. Καὶ χαίρει τοῖς οἰκείοις κοσμουμένη καλοῖς, ὅτι σε τοιοῦτον καλὸν ἀνεθρέψατο. Λοιπὸν δὲ ἐπιφα-

Thalaſſio. XVI.

ERexiſti tuam ipſius urbem jam inclinatam, atque jacentem, quum illi educationis gratiam retribueris. Et ſanè ipſa domeſticis exornata bonis, laetatur, quòd te, tantum rempe bonum, educaverit. Quod reſtat, quum ipſam hono-

Digitized by Google

περιφανεστέραν αὐτὴν τοῖς ἀξιώμασι γενομένην, καὶ τῇ δυνάμει δὸς διὰ τῆς σῆς αὐξηθῆναι χειρὸς, καὶ πληρῶν τὸν αὐτοῦ σκοπὸν, καὶ ἡμῖν χαριζόμενος παρακαλοῦσι, καὶ δεομένῃ τῇ πόλει καὶ τὸν ἄρχοντα, ὃν ἐπιφανέστερον ἡμῖν πεποίηκας τῇ σπουδῇ χάρισαι τοῖς πράγμασιν, ὡς προσήκοντά σοι γνωρίζεσθαι. Εἰ γὰρ τοῦτο προσθείης τοῖς προλαβοῦσιν, ἅπαντα ἡμῖν κατὰ γνώμην ἐκβήσεται. Δὸς δὲ καὶ πόλεων προσθήκῃ τὴν ἀρχὴν εὐθηνεῖσθαι, ἵνα σοι περίβλεπτος διὰ πάντων ἡ πατρὶς γένηται. Ἡμῶν δὲ μέμνησο, φιλοῦντας φιλῶν: τοῦτο γὰρ ἐστιν ἀντίδοσις ἀγαθῶν.

ribus illuſtriorem effeceris, fac etiam ut illius potentia per manum tuam augeatur, & propoſitum tuum non ſolum implens, ſed nobis etiam hortantibus, urbique roganti gratificans, Praeſidem, quem clariorem nobis, illuſtrioremque ſtudio tuo reddidiſti, concede rebus, ut & ad te eaedem pertinere videantur. Si enim haec praecedentibus addas, omnia nobis ad votum cedent. Fac autem, ut poſt Civitatum additamentum, imperium quoque felicius adminiſtretur, quo tibi per omnia ſpectabilis Patria fiat. Noſtri verò memento amantes amans; hoc enim eſt bonorum remuneratio.

NOTAE.

THalaſſio, potenti in Aula Conſtantinopolitana viro, plurimas agit gratias, quòd Caeſarienſis Urbis honores amplificaverit, ac ornamenta auxerit. Rogat inſuper, ut ad feliciorem ejus Urbis adminiſtrationem ſtudium omne conferat. Thalaſſium autem iſtum eumdem eſſe opinor cum illo, quem in Caeſarienſi Epiſcopatu ſucceſſorem Firmus habuit. Uti in Prolegomenis animadverti, quum vivendi finem Scriptor noſter fecit, Praefectus Praetorio Illyrici Thalaſſius ille erat, hoc eſt ampliſſimo Imperii munere fruebatur. Iſte ita Imperatori acceptus, ac in ejus Aula potens dicitur, ut ei uni accepta Firmus referat, quaecumque Urbi Caeſarienſi Princeps fuerat elargitus. Ad haec Thalaſſius iſte, Caeſarienſis Civis, patriaeque ſuae amantiſſimus, in hac Epiſtola proditur. Veri igitur ſimile eſt, Thalaſſium à Socrate memoratum eumdem cum iſto fuiſſe. Nimirum Proclus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, Caeſarienſibus Praeſulem ſibi, mortuo jam Firmo, depoſcentibus, Thalaſſium, civem Caeſarienſem & ipſum, protinus obtulerit, eumque ſacrarit.

Διαθήκῃ πόλεων. *Poſt Civitatum additamentum*. Urbes aliquot ab alterius regimine ſciſſas, & Cappadociae additas, innuere hujuſmo-

ſmodi verba videntur; ideoque Caeſarienſis Urbis ſplendorem adauctum jure Firmus ait. Quod ſi pro πόλεων legas πόλεως, Urbis unius, nempe Caeſareae, *incrementum*, aut ***amplificationem*** intelligas.

Σωτηρίχῳ. ιζʹ.

Περίβλεπτον ἡμῖν ἤδη τὴν πατρίδα πεποιήκατε ἐν προοιμίοις τῆς προστασίας, πολλοῖς ποσὶ παρασχόμενοι τὰς γειτνιώσας παραδραμεῖν. Αἱ γὰρ πρότερον περὶ ὁμοτιμίας ἐρίζουσαι, νῦν οὐδὲ πολλοστοῦ μέρους τῆς ἀξίας δι' ὑμᾶς ἐφικνοῦνται: οὕτως ἐν προοιμίοις φαιδροτέραν ἡμῖν, καὶ μεγάλην τὴν πόλιν ἐδείξατε. Εἰ δὲ καὶ τὰ λείποντα προσθείητε ἢ πόλεων ἀριθμὸν, ἢ ἀνανέωσιν οἰκοδομημάτων (πάντα γὰρ ὑμῖν δυνατὰ βουλομένοις) ταινίαις ὑμᾶς ἀναδοῦμεν, ὡς εὐεργέτας, δευτέρους οἰκιστὰς ὀνομάζοντες, μᾶλλον δὲ καὶ πλέον ἐπᾴδοντες. ὅσον ἐκεῖνοι μὲν τὸ εἶναι τὴν πόλιν, ὑμεῖς δὲ τὸ ἐπιφανεστέραν γενέσθαι παρεσκευάσατε. Ποιήσατε δὲ ἡμῖν καὶ τὸν ἄρχοντα μείζονα μὴ τῷ ὀνόματι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ δυνάμει.

Sotericho. XVII.

ILluſtrem nobis jam Patriam reddidiſtis in exordio Praefecturae, quum illam vicinis Civitatibus multis pedibus anteire feceritis. Quae enim antea de praeſtantia nobiſcum certabant, nunc operâ veſtrâ ne milleſimam quidem partem dignitatis noſtrae attingunt: ſic à principio ſplendidiorem, quàm antea fuit, atque ampliorem nobis hanc Urbem exhibuiſtis. Quod ſi quae deſunt, ſive Urbium numerum, ſive aedificiorum inſtaurationem ſpectent, addideritis (volentibus enim vobis, arduum nihil) taeniis vos vinciemus, tamquam benemeritos, voſque alteros fundatores appellando, magis decantabimus, ac celebrabimus; enimverò illi, ut eſſet; vos, ut illuſtrior fieret, operam dediſtis. Create autem nobis Praeſidem majorem, non nomine tantùm, verum etiam re, atque virtute.

NOTAE.

SImili in argumento, ac ſuperior, verſatur haec Epiſtola. Urbem Caeſaream Sothericus in exordio Praefecturae ſuae multis additis ornamentis illuſtriorem effecerat. Hinc illi plurimas Firmus agit gratias. Sothericum autem iſtum Praefectum Praetorio Orientis fuiſſe opinor, aut ſaltem ejuſdem Praefecti in Pontica Dioeceſi Vicarium,

rium, quippe eò uſque poteſtas illius procedebat, ut ab una Provincia Urbes diſtrahere, alterique conjungere poſſet. Caeſarea verò Provinciae Cappadociae caput fuit.

Κολοσιανῷ. ιή.

ΕΝὶ συνθήματι ἀλλήλοις ἐπετάξατε, τὴν πρὸς ἡμᾶς σιωπὴν, οὐκ εἰδότες, ὅτι τοῖς οὕτω διακειμένοις, καὶ τῆς πατρίδος ἐφεστηκόσιν ἱκανὴ παραμυθία τὰ τῶν οἰκείων γίνεται γράμματα. Παρακαλῶ οὖν μεταβαλλόμενοι ταύτης τῆς κρίσεως μεμνῆσθαι, καὶ γράφειν καταξιοῦτε, πολλὴν ἡμῖν παρεξόμενοι ἐκ τῶν γραμμάτων παραψυχήν: ὡς δ᾽ ἂν μὴ ἀγνοεῖτε τὰ καθ᾽ ἡμᾶς, γνωρίζομεν ὅτι ἀῤῥωσίας ἐνδούσης ἐχόμεθα τῆς ὁδοῦ.

Coloſiano. XVIII.

INter vos unanimi conſenſu conſtituiſtis, nullas ad nos literas dare, non animadvertentes, quàm ingenti ſolatio tanta familiaritate conjunctis, Patriaeque Praepoſitis, ſint familiarium, ac neceſſariorum Epiſtolae. Obſecro igitur, ut mutatâ ſententiâ non tantùm noſtri recordari, ſed etiam ad nos ſcribere non dedignemini, nobis maximum literis veſtris allaturi levamen. Ne verò, quae agamus, ignoretis, certiores facimus, nos remittente morbo coeptum iter peragere.

Ἀκακίῳ Ἐπισκόπῳ. ιθ΄.

ΑΥτῇ τῇ θεοσεβείᾳ σου προσδοκήσας ἐντεύξασθαι, ἐπειδὴ πρόδρομον ἔλαβον τῆς ἀφίξεως τὴν ἐπιστολὴν, ἐζήτουν τὴν αἰτίαν γνῶναι τί τοῦτο γενέσθαι (*) παρεσκεύασεν. Τῆς δὲ ἐπιστολῆς εἰπούσης, κατενεχθέντος τοῦ ὑποζυγίου, πεπονηκέναι σε, ἐθαύμασα, ὅτι ἢ μὴ ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους ὀχῇ, ἢ ἐπὶ ἁρμάτων χαλκοκολλήτων, ἵνα μετρίως εἴπω. Ἀλλὰ προσπασχεις τοῖς σοῖς πηγάσοις, οὐ πτεροφόρους ἔχων, ἀλλὰ δεομένους κέντρων εἰς τὴν μετάβασιν. Εἰ οὖν ἱππεύεσθαί σοι

Acacio Epiſcopo. XIX.

CUm ipſa pietate tua me colloquuturum ſperabam, praenunciam quippe adventus tui Epiſtolam acceperam; mecum igitur cauſſam quaerebam, cur hoc praeſtare non potueris. Epiſtolâ verò tuâ ſignificante, quemadmodum in terram delapſo jumento male te habueris, obſtupui, quòd aut non in alba biga veharis, aut in ære compactis curribus, ut modeſtè loquar. Sed nimis Pegaſos tuos amas, quum tamen eos non aligeros habeas, ſed ſtimulis ad curſum

(*) fort. addend. μέ.

Digitized by Google

σοι σκοπὸς, καὶ συμβουλεύοντι πείθοιο, ἄλλον ἀλλαχόθεν σαυτῷ κτησάμενος ἱπποναστφαλῶς, καὶ θᾶττον φέροντα ἀφικέσθαι πρὸς ἡμᾶς καταδέξαι, μὴ ἐνδοὺς τῷ μακρῷ τῆς ἀπολείψεως χρόνῳ τὴν μνήμην καταμαραίνεσθαι. Ὁ δὲ σιωπηθεὶς ἰχθὺς, ἥκων δὲ ἀνεπάγγελτος, τοσοῦτος ἦν, ὡς μεγέθει τοὺς θαλαττίους παραδραμεῖν, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει γενέσθαι περίβλεπτος, δῶρον τῆς σῆς εἰς ἡμᾶς φιλοτιμίας ἄξιον.

curſum egentes. Quod ſi tibi propoſitum eſt in equo vehi, alium tibi aliunde equum parans, qui tutò, celeriuſque te ferre poſſit, ad nos quamprimum venire conſtitue, non ſinens, ut longo ſejunctionis intervallo memoria noſtri obliteretur. Piſcis verò, de quo hactenus ſilui, quique non accerſitus ad nos venit, tantus erat, ut magnitudine piſces maritimos ſuperaret, & à civibus omnibus ſuſpiceretur, munus tuo in nos ſtudio, & benevolentia dignum.

NOTAE.

QUum Acacium Epiſcopum praeſtolaretur Firmus, reſcripſit ille, ſe è lapſu jumenti, in quo vehebatur, laeſum, ideoque interruptum iter. Morae hujuſmodi cauſſam lepidè Firmus ridet, ſolicitatque amicum, ut ſe rurſus itineri committat. Tum pro piſce fluviatili, quem donò ad ſe miſerat, gratias agit.

Facile verò non eſt divinare, quis Acacius iſte fuerit, Firmi amicus, & Epiſcopali munere conſpicuus, ad quem etiam data eſt Epiſtola XXXV. Iis enim temporibus multos nominis ejuſdem Epiſcopos floruiſſe comperio, videlicet *Epiſcopum Beroeae*, *Epiſcopum Cotenorum*, *Epiſcopum Helladae*, *Epiſcopum Scopenorum* (ſiquidem depravatum non ſit hoc nomen) & *Epiſcopum Melitenenſem*, qui Concilii Epheſini temporibus floruere. Referri etiam poſſunt & alii nonnulli, videlicet *Epiſcopus Antiochiae minoris*, *Epiſcopus Ariarathiae*, *Epiſcopus Cynnenſis*, *Epiſcopus Proconiſſi*, qui circiter Annum Chriſti CCCCL. in vivis erant. Ad unum tamen Acacium Melitenenſem Epiſtolam hanc ſcriptam fuiſſe, opinari poſſumus, ea conjectura ducti, quòd *Melitene*, ſeu *Melitine* Cappadociae vicina foret; ideoque Epiſcopus ille Firmo, ut Ponticae ditionis Primati, ſubjectus; ut locorum vicinitate penè conjuncto, familiaris eſſe potuerit. Illuſtribus porro viris accenſendus iſte Acacius, nam inter primos, & nemine interpoſito, poſt Firmum noſtrum Synodo Epheſinae A. C. 431. ſubſcripſit, ibique dicitur Ἀκάκιος Μελιτηνῆς Ἀρμενίας

Digitized by Google

μενίας, *Acacius Melitenae in Armenia Epiſcopus*. Neſtorium ipſe, ut in Actis habetur, antea in eadem Epheſina Civitate veritatis commonuerat, atque in tramitem rectum perducere, quamquam irrito labore, contenderat. Deinde verò unà cum Firmo, aliiſque Epiſcopis, uti in Prolegomenis diximus, à laudata Synodo Epheſina Conſtantinopolim ad Imperatorem miſſus fuit, & ab Haereticis idcirco damnatus ſubinde, atque depoſitus. Exſtant adhuc S. Cyrilli Alexandrini Epiſcopi ad eumdem Acacium Literae, in quibus de concordia inter Catholicos, & Joannem Antiochenum, ineunda agitur. Itemque Aliae Acacii ad S. Cyrillum antea ſcriptae, unà cum alia Maximi Diaconi ad eumdem Acacium Epiſtola. Acacius autem noſter in *Armenia ſecunda* Metropolitanus erat, quippe Urbs Melitene caput Provinciae, *Melitenenſis* idcirco appellatae, fuit; atque olim Caeſarienſi Primati ſuberat, quum in Pontica Dioeceſi computaretur. Certè in cunctis Graecorum Epiſcopatuum Catalogis à Jacobo Goar ad calcem Georgii Codini editis *Melitene* ad *Armeniam ſecundam* refertur, ſi ex hiſce Catalogis unum excipias, in quo *Armeniae primae* attributa legitur. Quid eſt igitur, quod Stephanus in Lib. de Urbib. hanc Civitatem Cappadociae conjungit? Μελιτηνὴ, inquit is, *πόλις Καππαδοκίας. οἱ πολῖται Μελιτηνοί. Melitene urbs Cappadociae. Cives Meliteni appellantur*. Ut autem ſententiam ſuam Stephanus firmet, Strabonis loco utitur, quem tamen, ſi Salmaſio in Plinian. Exercit. credimus, minimè intellexit. Utcumque erraverit in Strabonis interpretatione Stephanus, certum eſt, eruditè Melitenem Civitatem in Cappadocia ab eodem fuiſſe deſcriptam. Antiquitus enim Provincia Melitene, cujus caput ejuſdem nominis Urbs erat, una ex decem Provinciis, ſive Praefecturis fuit, in quas Cappadocia magna dividebatur. Plinius Lib. V. Nat. Hiſt. Cap. XXV. *Daſcuſa*, inquit, *abeſt à Zimara LXXV. M. paſſuum. Inde navigatur Paſtonam L. M. paſſuum Melitenem Cappadociae*. Libro verò VI. Cap. III. provinciam his deſcribit. *Cappadociae pars praetenta Armeniae Majori*, *Melitene vocatur*. Quibus è verbis intelligas, arctam è locorum vicinitate amicitiam iniri potuiſſe inter Acacium Melitenenſem, ac Firmum noſtrum.

Ἀκυ-

Λαύσῳ. κ'.

ΤΟῖς συντυχίας ἐρῶσιν ἱκανὴ, καὶ ἡδεῖα τῶν γραμμάτων γίνεται ὁμιλία, ὅταν πολλῷ τῷ μέσῳ διαςήματι τύχωσι χωριζόμενοι. Ὃ δὴ καὶ ἐμοὶ ἐπὶ τῆς ὑμετέρας συμβέβηκε μεγαλοπρεπείας. ἐφιέμενος γὰρ τῆς συνȣσίας τῆς ὑμετέρας ἐπέθηκα τὸν ἐπιςολὴν ἐπινοῶν ἐντεῦθεν ἐμαυτῷ τῆς ἐπιθυμίας παραψυχήν. Εἰ οὖν καὶ παρὰ τῇ θαυμασιότητι ὑμῶν τοιȣ͂τος περὶ ἡμῶν ὁ λόγος, διατελεῖτε, καὶ μεμνημένοι, καὶ γράφοντες. ἐπειδὴ τȣ́τοις αὔξεσθαι φιλία πέφυκεν.

Lauſo. XX.

IIs, qui converſari coram cupiunt, ſuccurrit, & dulce eſt per literas colloqui, quum longo terrarum ſpatio ſunt inter ſe disjuncti. Idem porro mihi erga magnificentiam veſtram accidit, enimverò colloqui vobiſcum deſiderans, Epiſtolam ad vos dedi, rationem excogitans, qua deſiderium hoc meum levarem. Quod ſi à mirificentia veſtra de nobis hujuſmodi ratio habetur, identidem noſtri memores, ſcribite; his enim amicitia augeri ſolet.

Πλιήθᾳ. κά.

Ὃ Τοῖς δανειζομένοις διὰ πενίαν γίνεται τὸ τοῖς πρώτοις ὀφλήμασιν ἐπιτιθέναι καὶ δεύτερα, τȣ͂το κἀμοὶ νυνὶ διὰ τὴν ἀῤῥωςίαν συμβέβηκε, καὶ πρότερον τῆς συντυχίας διαμαρτάνοντι, καὶ νῦν ȣ̓ δυνηθέντι τὸν τῆς ὁδοιπορίας ὑποςῆναι κόπον. Ἀλλὰ συγγνῶναι ἡ μεγαλοπρέπειά σȣ καταξιώσασα καὶ μνήμης ἡμᾶς ἀξιȣ́τω, καὶ γράμμασιν ἀμειψάσθω, ἵνα μὴ τὴν φιλίαν τῆς ἀπολείψεως ἀμαυρώσει χρόνος.

Plietbae. XXI.

QUod fenori accipientibus propter egeſtatem uſuvenire ſolet, ut nempe debitis prioribus ſecunda adjiciant, idem nunc mihi propter infirmitatem corporis accidit, ut congreſſus, atque colloquii ſpe antea fruſtratus, nunc itineris laborem ferre non poſſem. Sed mihi veniam dare magnificentia tua dignetur, non memoria tantum ſua dignos nos faciens, ſed mutuo literarum officio reſpondens, ne amicitiam tempus, quo abſumus, obliteret.

Θεοδότῳ Ἐπισκόπῳ. κβ΄.

ΚΑὶ τὸν γλῶτταν ἑλληνισμένον, καὶ ἤθους μετριότητι χρώμενον, εὐπατρίδην τε ὄντα, καὶ πολλοῖς τρόποις δεικνῦντα τῆς εὐγενείας τεκμήρια, ἐκ τῆς ἑώας ἥκοντα τόνδε αὐτός τε ὑπεδεξάμην μετὰ μαρτυρίας τῶν ἐκεῖσε Ἐπισκόπων, καὶ τῇ ὁσιότητί σου συνίστημι ἐπὶ τὴν μεγάλην σπεύδοντα πόλιν, ἵνα ἰδεῖν αὐτὸν καταξιώσας εὐμενῶς, καὶ ὡς τῇ θεοσεβείᾳ σου σύνηθες, εὐπετεστέραν αὐτῷ ποιήσῃς τὴν ἐπὶ τοῖς προκειμένοις ὁδόν.

Theodoto Epiſcopo. XXII.

ET Lingua Graeca probè inſtructum, & moribus modeſtiſſimum, ac generoſum, multiſque modis nobilitatis certa ſigna oſtendentem, ab Oriente venientem iſtum, non ſolum ipſe hoſpitio excepi, eorum, qui illic ſunt Epiſcoporum teſtimonio munitum, verum & ſanctitati tuae commendo feſtinantem ad magnam Urbem, ut & ipſum benignè digneris accipere, atque, uti pietati tuae conſuetum, ac familiare eſt, ipſi ad ea, quae ſibi propoſuit, faciliorem viam ſtruas.

NOTAE.

THeodoto Epiſcopo quemdam Firmus commendat ex Oriente venientem, ut ei ſit praeſtò, benevolumque ſe exhibeat, atque ejus negotia in *Urbe magna* juvet, hoc eſt aut *Conſtantinopoli*, aut *Antiochiae*. Ab Epiſcopis Orientalibus Epiſtolas ad Firmum tulerat ille, nempe *Literas formatas*, per quas Clerici in alias Dioeceſes profecturi ab Epiſcopis ſuis muniebantur, ita ut à reliquis Eccleſis non ad communionem tantùm ſacrorum admitterentur, ſed etiam, ubi neceſſitas poſceret, juvarentur. De harum Epiſtolarum ritu Eccleſiaſticae Eruditionis cultores plura tradidere. Animadvertas etiam, inter hujus Clerici (talem enim eum fuiſſe arbitror) laudes computari Graecae Linguae peritiam. Fortaſſe inde veniebat, ubi Graecum idioma non erat in uſu, aut ubi moris non erat rectè loqui Graecanicam Linguam. At quis ille Theodotus Epiſcopus? Firmo in humanis florente, plures ejuſdem nominis Epiſcopi fuere, nimirum *Antiochiae*, *Ancyrae in Galatia*, *Myſae*, & *Nyſſae* Epiſcopi. Antiochenum tamen heic ſignificari, veri mihi videtur ſimile, quippe, ut ajebam, ſub *magnae Urbis* nomine aut *Conſtantinopolim*, aut *Antiochiam* Firmus procul dubio intelligit. Poſtremam Urbem

Theo-

Theodotus Epiſcopali virga regebat. In priore verò, quum An. Ch. 426. Concilium à Siſinnio Conſtantinopolitano Epiſcopo celebraretur, & ipſe adfuit, teſte Photio Cod. 52. & Baluzio in nova Collect. Conciliorum.

Εὐθηρίῳ. κγ'.

ΧΡήστης τισι τῶν ὑπὸ τὴν θεοσέβειάν σου γέγονεν ὁ δεῖνα, καὶ τούτων τυχὼν ἀγνωμόνων ἀντὶ τῶν χρημάτων δίκας ἔχει, καὶ πράγματα. ὧν ἕνεκα πρόσεισιν ἱκετεύων τῶν δικαίων τυχεῖν. τούτους συνελαθῆναι πρὸς εὐγνωμοσύνην κελευσάτω ἡ ὁσιότης σου, ἡμῖν τε χαριζομένη, καὶ τὸν ἐπὶ τῷ δικαίῳ ἀνύουσα δρόμον.

Eutherio. XXIII.

QUorumdam, qui pietati tuae ſubjecti ſunt, creditor quidam eſt factus, atque hos ingratos ſibi offendens, pro nummis lites, & moleſtiam ſibi retribui videt. Horum cauſſa ad vos accedit ſupplicans, ut jus obtinere poſſit. Eos igitur compelli ad aequitatem jubeat Sanctitas tua, me ſummopere ſibi devinctura, & juſtitiae curſum expeditura.

Χίλωνι Ἐπισκόπῳ. κδ'.

ΑΤεχνῶς ἡμῖν ἔαρ διὰ τῆς ἐπιστολῆς (τό τοῦ λόγου) πεποίηκας, ἀνεὶς κρυμοῦ, καὶ φρίκης οὐ τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν καρδίαν οὕτω πεπιλημένην ὑπὸ τῆς τῶν ἀπαγγελθέντων λύπης, ὡς περὶ πάντων ἤδη τῶν ἀγαθῶν κινδυνεύουσαν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ τὸν ἑαυτοῦ φιλανθρωπίαν ταῖς ἑκάστου χρείαις ἐπιμετρῶν ἔδωκεν ἀνασφῆλαι τῆς ἀῤῥωστίας πάλιν, καὶ ἐπιθεῖναι γράμματα πρέποντα, ἀγαθῆς ἐλπίδος πεπλήρωμαι, ὡς πάντων μοι καταῤῥεόντων πραγμάτων προκειτομένων, ἐπειδὴ τούτων ἐπέτυχον,

Chiloni Epiſcopo. XXIV.

NObis profectò per Epiſtolam ver (ut eſt in proverbio) adduxiſti, non ſolum corpus frigore, & horrore liberans, ſed etiam cor feliciter levans vehementi dolore eorum, quae mihi renunciata ſunt, oppreſſum, tamquam periculum ſibi bonorum omnium impenderet. Verum quando qui benignitatem ſuam uniuſcujuſque utilitati accommodat, is mihi praeſtitit, ut è morbo rurſus recrearer, & literas, ut par erat, darem, in magnam ſpem adductus ſum, fore ut omnia mihi ad votum ſuccedant, poſtquam haec ſum aſſequutus.

Οὐολουσιανῷ. κέ.

ΤΟῖς μὲν πολλοῖς τῶν ἀπειροκάλων ὁ ἐν χρήματι σπουδάζεται πλοῦτος. ἐμοὶ δὲ ἀντὶ χρημάτων οἱ φίλοι. Καὶ οἶδα πλεῖον ὑμῶν ἀπωνάμενος, ἢ οἱ εὐποροῦντες τοῦ πλούτου. τῷ τε γὰρ γλυκυτάτῳ τῷδε τὴν παρὰ τῇ θαυμασιότητί σου δέδωκας καταφυγήν. Καὶ οὐδὲν, ἀποδημοῦντος τοῦ τέκνου πεφρόντικα, τῇ σῇ κοσμιότητι παραθέμενος, καὶ ἀκριβῶς εἰδὼς, ὡς πάντων ἐπιμελήσῃ διὰ χρηστότητα χειραγωγῶν, καὶ τὸ ἦθος ῥυθμίζων, καὶ ἀντὶ πατρίδος τῷ νέῳ γινόμενος. ἐπειδή σοι σκοπὸς οὐ τοὺς οἰκείους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν εἰς λόγους ἐληλυθότας εὐεργετεῖν.

Voluſiano. XXV.

PLurimi quidem inepti eas ſibi opes procurant, quae in pecuniis ſitae ſunt. Ego verò pro pecuniis amicos. Atque optimè intelligo, vos mihi utiliores eſſe, quàm divitibus pecunias; etenim dulciſſimo huic adoleſcenti apud mirificentiam tuam perfugium praebuiſti. Et nulla ſanè me cura, filio peregre abeunte, ſolicitum habuit, poſtquam illum moderationi tuae commendavi; ſiquidem apertè novi, quantum omnium curam eſſes habiturus, conſueta humanitate illum manu ducens, & mores caſtigans, & adoleſcenti velut altera patria factus; quum hoc tibi propoſitum ſit, non familiares tantùm, ſed quoſcumque alios, qui te conveniunt, beneficiis afficere.

Ἑλλαδίῳ. κϛ΄.

ΕΙ᾽ πάντων ἦν τοιούτων εἰς φιλίαν ἐπιτυγχάνειν, ῥᾳδίως ἂν τῷ βίῳ εἰς τὴν προτέραν ἁπλότητα ἐπανῆλθε τὰ πράγματα, χρηστότητος, καὶ φιλίας μεσιτευούσης τοῖς πράγμασι. Καὶ γὰρ ἐποιήσω ἡμᾶς εἰς παῖδας φίλους, καὶ διατελεῖς μεμνημένος τε, καὶ γράφων περὶ ἡμων δεξιὰ, καὶ ποιῶν ὅσα γνησίας φιλίας ἐστὶ γνωρίσματα. Τούτων μὲν οὖν αὐτόθεν ἔχεις ἐν τῇ τῶν καλῶν ἀπολαύσει παρὰ τοῦ

τὰ

Helladio. XXVI.

SI omnibus contingeret, talium virorum amicitiam conſequi, facilè ſane ad primaevam ſimplicitatem vitae negotia redirent, benignitate, atque amicitia rebus omnibus interveniente. Et tu quidem nos amicos tamquam in filios adoptaſti, & perpetuò noſtri recordaris, & de nobis benignè ſcribis, omniaque facis, quaecumque germanae familiaritatis indicia ſunt, atque argumenta. Pro

his

Digitized by Google

τὰ καλὰ ἀποδεχομένου Θεοῦ τὸν ἀμοιβὴν, παρὰ δὲ ἡμῶν τὴν ὁμολογίαν τῆς χάριτος. οὐ γὰρ διαλιμπάνομεν εὐχόμενοι τοιαύτην οὖσαν τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν ἐπὶ μείζοσι προκοπαῖς αὔξεσθαι, ἡμῖν τε, καὶ πατρίδι.

his igitur à Deo, cui honeſta placent, accipis in bonorum fructu remunerationem, à nobis verò gratiarum actionem; non enim vota intermittimus, ut quum hujuſmodi ſit magnificentia tua, ea majoribus in dies progreſſibus, in noſtrum, & in patriae commodum, augeatur.

Ὀλυμπίῳ. κζʹ.

ΕΠιθυμίας ὑπέκκαυμά μοι γέγονεν τὰ τῆς σῆς λογιότητος γράμματα, ἐπίδειξίν τε φιλοτιμίας ἔχοντα, καὶ παρεχόμενα τοῖς σοῖς ἐνευφρανθῆναι καλοῖς. Καὶ γάρ πως ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἥδομαι τωθαζόμενος, καὶ τὴν κωμωδίαν ἐπαινῶ διὰ τοῦτο. Γεύσας δὲ ἡμᾶς Ἀττικοῦ μέλιτος τῆς διὰ τῶν γραμμάτων ὁμιλίας, σκόπει προστιθέναι τοῖς πεπειραμένοις ὧν ἐκ συνηθείας δέδωκας ἀπολαύειν ὡς τό γε στερεῖσθαι τῶν χρηστῶν μετὰ τὴν πεῖραν τοῖς ἀπολιμπανομένοις τούτων, βαρύτερον. Εἰ δὲ τρυφῆς δέοιο σεμνῆς ταύτην ταῖς εὐλογίαις ἐπικρυπτόμενος, καὶ τῶν πραγμάτων φροντίζων ἔλαττον τῷ ἀγαπητῷ τῷδε τὴν ἐπὶ τοῖς φθάσασι λογισάμενος ῥᾳθυμίαν, ἀνάμεινον πάρ ἡμῶν τὴν ἐπὶ τοῖς ἐχομένοις διόρθωσιν. πάντως γὰρ οὐκ ἐλαίῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ μύροις ἀλείψομεν ὡς Ἀττικὴν ὄρνιν, καὶ ὁμοφόριον.

Olympio. XXVII.

QUoniam literae prudentiae tuae honorifica, & praeclara de me praeſeferrent, factum eſt, ut deſiderium ſimul, & voluptatem mihi pepererint. Etenim neſcio quo pacto his dum permulceor, oblector, & licet irriſus, mei Comoediam probo. Verum quum mihi earumdem communicatione Atticum mel guſtandum praebueris, vide quaeſo, ne ab iis, quibus ex conſuetudine copiam feciſti fruendi optimis rebus, ſi poſtquam eas deguſtare coeperunt, adimantur, earum deinde privatio moleſtiùs feratur. Quod ſi ſeriò jocari in animo ſit, & hos jocos benedictionibus occultas, Dilecto iſti ob ea, quae praeceſſere, negligentiam imputans: à nobis deinceps emendationem expecta; omnino enim non oleo tantùm, ſed & unguentis, tamquam Atticam avem, & contubernalem linemus.

NOTAE.

OBſcura mihi Epiſtola, cui lucem dare una poterat praecedens Olympii, ſed à nobis deſiderata, Epiſtola. Hoc tamen argumentum eſſe videtur. Quum Olympius multum laudaſſet per literas Firmum, reſcribit hic, modeſtiùs de ſe ipſo ſentiens, & tot laudes jocis accenſens, jocatur & ipſe. Quum ergo ait Firmus *καὶ τὴν Κωμῳδίαν ἐπαινῶ* &c. ſenſum hunc per conjecturam reddidi, quaſi dicat: Quamvis tot parum aequis laudibus, ac feſtiva oratione me exagites, quaſi Comoediam de me inſtituens, nihilominus Comoediam hujuſmodi mihi placere libenter fateor.

Ἀλείψομεν ὡς Ἀττικὴν ὄρνιν, καὶ ὁμοφόριον. *Tamquam Atticam avem, & contubernalem linemus*. In MS. Codice haec ita leguntur *ἀλειψαμενῶς ἀττικὴν ὄρμιν* &c. Corrupta verba aliquo reſtituere pacto conatus ſum, quamquam quid ſibi velit Firmus, non aſſecutum me eſſe profitear. Num *Attica Apis* heic intelligenda, quae dicendi forma apud antiquos uſurpata eſt, ut Attica facundia ſignificaretur? Tum ſenſus foret: ſi perges me laudare, ego facundiam tuam uberioribus laudibus aggrediar, ac ſaturabo.

Ἡλίωνι. κή.

ΩΣ τοῖς διψῶσιν ἡδὺ γίνεται τὸ ποτὸν, ὅτως τοῖς συντυχίας ἐρῶσι τὸ γράφειν, ὅταν ταύτης κατόπιν ἔρχονται. Κἀγὼ τοίνυν ἐπιτείναντός μοι τὴν ἐεπιθυμίαν τῆς τῆς ἀπολείψεως χρόνυ, ἀσμένως ἦλθον ἐπὶ τὰ γράμματα, ὡς δι' αὐτῶν τῇ μεγαλοπρεπείᾳ συ μελλων ἐντεύξασθαι: ἀπαιτῶν τὸ αὐτίκα ἡμᾶς ἀντιγράφοις ἀμείψασθαι, ὃ ποιεῖν συνήθως καταξίυ, ὅπως ἔχεις περὶ ἡμᾶς, δηλῶν τοῖς πράγμασιν.

Helioni. XXVIII.

UT ſitientibus dulcis eſt potus, ita iis, qui congreſſum amicorum expetunt, ſcribere, quando ab iis abeſſe coguntur. Igitur & ego, intendente mihi abſentiae tempore cupiditatem, libentiſſimè ad ſcribendum me contuli, quaſi per literas cum magnificentia tua colloquuturus. Exigo autem, ut confeſtim nobis reſcribendo mutuum rependas: quod facere pro more tuo ne dedignere, ut reipſa palam facias, quomodo erga nos affectus ſis.

Digitized by Google

Φλωρεντίῳ. κθ'.

ΤΗ'ν πρὸς ἀξίαν τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας τιμὴν ὑπὲρ τὸν ἐμαυτοῦ λογισάμενος δύναμιν, ἐπὶ τὴν σοι φίλην τοῦ Πάσχα κατέφυγον ἑορτὴν, τὰ ἐπὶ ταύτης σύμβολα δεχθῆναι παρ' ἡμῶν εἰς τιμὴν τοῦ θείου παρακαλῶν. Α῎ προσδέξασθαι αἰδοῖ τῆς ὑπὲρ ὑμῶν πρεσβευούσης. καταδεξάμενος δὲ ἀντιδὸς ἡμῖν τὸ διηνεκῶς ἔχειν ἐπὶ μνήμην, ἡμᾶς φιλοῦντας φιλεῖν καταξιῶν.

Florentio. XXIX.

Tibi dignum magnificentiâ tuâ honorem à me tribui non poſſe reputans, ad cariſſimum tibi Feſtum Paſchatis diem perfugium habui, obſecrans, ut Symbola, quae in illo fiunt ad honorem Numinis, à nobis ſuſcipias. Haec igitur reverenter accipe, die hoc Feſto pro nobis apud te legationem obeunte. Ubi verò acceperis, id nobis repende, ut perpetuò noſtri ſis memor, noſque tui amantes amare digneris.

NOTAE.

AD Florentium Illuſtrem virum nonnulla mittit munera, nempe *Symbola*, quae ſolenni ſancti Paſchatis die peragi ſolebant. *Symbolorum* autem nomine Graeci Patres tum Sacramenta, tum ipſam praecipuè Altaris incruentam Hoſtiam olim deſignavere. Heic tamen *Eulogias* Graecorum more ſignificari, certum arbitror, videlicet aut edulia quaedam, aut alia hujuſmodi à Sacerdote Paſchali die benedicta; cujus rei veſtigia noſtris in Eccleſiis adhuc ſuperſunt. Pro ἃ προσδέξασθαι, fortaſſe legendum ἃ προσδέξασο.

Ἰσιδώρῳ. λ'.

ΚΑὶ τίνι ἂν μᾶλλον ἥρμοσεν τὴν περὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης ἀγγελίαν ἡμῖν πρὸ τοῦ σοῦ μεγέθους χαρίσασθαι; τίς δὲ τοσοῦτος, ἢ ἄνδρα σεμνῦναι, ἢ ἐπαινέσαι τρόπον, καὶ ἑταῖρον ἡμῖν ποιῆσαι πρὸ τοῦ γνωρίμου τὸν καλόν τε καὶ ἀγαθὸν Κάνδιτον, ἢ ὁ ῥαδίως δυνάμενος τοῖς μικροῖς περιτιθέναι μέγεθος;

Iſidoro. XXX.

ET quemnam plus decuiſſet, quàm magnitudinem tuam, de ſacra menſa nuncium mittendo nobis gratificari? Quis praeterea talis, ac tantus eſſe poteſt, vel in homine cohoneſtando, vel in ipſius moribus commendandis, dum Canditum virum antea ignotum, ſed honeſtum, ac probum, ami-

γέθος; Ἐγὼ δὲ ἡσθεὶς τὴν κατὰ τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἐπιτυχίαν, οὐ δὲ εἰπεῖν ἔχω, ὅσον ἥσθην τῇ ἐπιστολῇ: μύρου τε γὰρ ὄζει παιδεύσεως Ἀττικῆς, καὶ λειμῶνος μιμεῖται κάλλος ἦρος ὥρᾳ σύμμικτον χάριν ταῖς ὄψεσιν ὑπογράφοντος. Ἐπαλήλιπται δὲ αὐτὴ καὶ χρυσοῦ, τὸ γὰρ τῆς λέξεως εὐγενὲς οὕτω μᾶλλον εἰκάζειν ἔχομεν. Τοιοῦτον δέ σε ὄντα ὁ ἡμέτερος φυλάττοι σωτὴρ ταῖς ἑαυτοῦ Ἐκκλησίαις σύμμαχον ἀγαθόν, καὶ προστάτην ἀκαταγώνιστον.

amicitia jungis, quam qui nullo negotio poteſt parvis magnitudinem conciliare? Ego verò, poſtquam iis, quae ad ſacram pertinent menſam, cum delectatione gaviſus ſum, explicare ſatis nequeo, quantam voluptatem mihi attulerit Epiſtola tua; illa enim & diſciplinae Atticae fragrantiam redolet, & prati venuſtatem imitatur, verna tempeſtate omnigenam gratiam aſpectui ſubjicientis. Illita autem ipſa & auro fuit; etenim dictionis nobilitatem hac veriùs imagine exprimere poſſumus. Te verò, quum hujuſmodi ſis, incolumem ſuis ſervet Eccleſiis Servator noſter, commilitonem certè eximium, ducemque invictum.

NOTAE.

Quid ſibi velit in hujus Epiſtolae exordio Firmus, divinare neſcio. Fortaſſe hic ſenſus eſt. *Eulogiam* aliquam, ideſt munus aliquod in ſacra Menſa benedictum, per Canditum (ſiquidem hoc viri alicujus eſt nomen) ad Firmum Iſidorus miſerat, ſimulque muneris, ac nuncii laudes elegantiſſimè deſcripſerat. Nunc reſcribit Firmus, cum eloquentiam, tum comitatem mittentis extollens. Epiſtolae tamen textum non carere mendis ſuſpicor. Quod eſt ad Iſidorum, Epiſcopi quidem nomine non donatur: attamen eo munere functus videri poſſit, tum quòd Eulogias ad Firmum miſerit, tum quòd Firmus Deum rogat, ut illum ταῖς Ἐκκλησίαις ἑαυτοῦ, *ſuis Eccleſiis* incolumen ſervet. Imo illum *commilitonem bonum*, & προστάτην ἀκαταγώνιστον appellat, quòd etiam interpretari poſſis *Praeſidem irreprehenſibilem*. Nihilominus quum haec Epiſtola referri etiam poſſit ad Iſidorum virum Clariſſimum, qui primò Praefectus Praetorio, tum Conſul Ordinarius An. Ch. 436. fuit, ut ex Imperatorum ſanctione contra Neſtorium patet, aut ad alios ſeculi principes

cipes viros: nil certi hac in re proferre nobis licet; & praeſertim quum Iſidorum iſtum vocabulo τῦ μεγέθυς, h. e. *magnitudinis* compellet, Epiſcopos verò nominare ſoleat titulo θεοσεβείας, aut ὁσιότητος, ſcilicet *pietatis*, aut *ſanctitatis*. Nimirum vigebat olim, non ſecus ac hodie, appellationum diverſitas, quibus indicabatur diverſus hominum gradus, ac munus.

Ἐλευσινίῳ. λα.

ΣΤρατιώτυ τὸ πρόθυμον αὐτοῖς ἔργοις ἀποδειξάμενος Ὅμηρος ἐποίησεν τὸν Βασιλέα τὺς παρακλητικὺς αὐτῷ πρὸς τὺς ἀγῶνας σπεύδοντι ἐνδιδόναι λόγυς. Ἐμοὶ δὲ πρὸς τὴν τῆς λογιότητός συ μέλλησιν ἐγράφησαν αἱ ἐπιςολαὶ, ἐπειδὴ τὺς ποθῦντας ἐν ἡμέρᾳ γηράσκειν ὁ παλαιὸς κατέχει λόγος. Ἐνταῦθα δὲ ὐχ ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐνιαυτὺς ὅλυς ἀριθμεῖν ἐςι παρατεινομένοις τῇ προσδοκίᾳ. Εἰ οὖν ἐπακολυθήσει ἐς ὀψὲ γῦν ποτε, τὸ ἔργον, ἀρκέσει εἰς θεραπείαν τῆς προλαβύσης παρατάσεως. Εἰ δὲ ἐπιμένοις, μὴ τὰ τῆς παροιμίας πάθοιμεν: ἐπαγγελίαις τρεφόμενοι, καὶ συντριβόμενοι τῷ λιμῷ.

Eleuſinio. XXXI.

MIlitis alacritatem, quae in ipſo officio praeſtatur, commendaturus Homerus, Regem induxit, qui ad ipſum militem jam in pugnam properantem exhortationem adhiberet. Ego verò ſapientiae tuae cunctationem per Epiſtolas excitare decrevi; etenim amantes, ac deſiderantes, uno die ſeneſcere, vetus ait verbum; nunc autem non dies tantùm, ſed & annos integros numerare poſſumus jam expectatione diſtenti. Quod ſi aliquando, licèt ſerò, effectus conſequatur, id ſatis erit ad curam praeteritae diſtentionis. Sin autem in mora perſeveraveris, vide ne iis malis afficiamur, quae ſunt in adagio: promiſſis enutriti, & fame enecti.

NOTAE.

IN Epiſtolae exordio ad Iliados Lib. IV. reſpicit Firmus, ubi Agamemnon

> Οὓς μὲν σπεύδοντας ἴδοι Δαναῶν ταχυπώλων,
> Τὺς μάλα θαρσύνεσκε παριςάμενος ἐπέεσσιν.
> *Quos quidem properantes vidiſſet Danaorum celeres equos habentium;*
> *Hos valde hortabatur aſſiſtens verbis.*

Contra verò Eleuſinium ad ſe venire cunctantem, quando aliud non poterat, ſolicitare per Epiſtolas conſtituerat Firmus noſter, ſuam eleganti adagio impatientiam excuſans, nempe quòd *amantes*, ſive *deſiderantes uno die ſeneſcunt*. Hanc paroemiam à Theocrito ille accepit, cujus eſt verſus in Aëta:

Οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἄματι γηράσκουσι.
Verum quos amor angit, in una luce ſeneſcunt.

Proinde conqueritur Firmus, quòd non dies tantùm, ſed totos annos Eleuſinium expectare cogatur; quanquam praeteritam moram ſe obliturum ſpondet, dum aliquando veniat. Quod ſi adhuc adventum diſtulerit Eleuſinius, ſe promiſſis adhuc nutritum, fame tandem eſſe enecandum ait, quibus verbis ad alterum alludit adagium.

Ἐκδικίῳ. λβ'.

ΕΡωτήσαντός τινος τὸν Ἀλέξανδρον, ὅπου αὐτῷ εἴη τὰ χρήματα, ὅδε τοὺς φίλους αὐτῷ ὑπέδειξεν, ἐν τούτοις εἶναι μηνύων τοὺς θησαυρούς. Κἀκείνῳ μὲν γὰρ πλουτοῦντι, οἷα δεῖ βασιλεῖ, κατ' εἰρωνείαν ἐδόκει ἡ ἀπόκρισις γεγενῆσθαι: ἐμοὶ δὲ τοῦτο μόνον ἔχοντι χρῆμα, καὶ ἐπὶ τοῖς φίλοις φρονοῦντι, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν χρείαν εἰδέναι ἐπιμελὲς, καὶ ὅσον πλεῖον εἰς χρημάτων περιουσίαν: μόνον γὰρ κτῆμα ἄσυλον, μή τε χρόνῳ μαραινόμενον, καὶ ἐν ταῖς ἀπολείψεσι τοῖς σπουδαίοις διὰ τῶν γραμμάτων αὐξόμενον.

Ecdicio. XXXII.

INterroganti cuidam Alexandrum, ubinam ejus divitiae forent, amicos ei Rex oſtendit, ſuos in his theſauros eſſe ſignificans. Ille quidem dives, ut par eſt eſſe Regem, videbatur adhibuiſſe in reſponſione diſſimulationem; mihi verò has tantùm poſſidenti divitias, & unicè in amicis glorianti, una eſt cura cognoſcere, quanta ab ipſis utilitas proveniat, & quantum hae reliquis divitiae praeſtent. Haec enim ſola poſſeſſio eſt, quae nec vi diripi, nec tempore abſumi poteſt, quaeque inter probos viros, quamvis locorum intervallo disjunctos, per literas augetur.

Digitized by Google

Δομετιανοῦ. λγʹ.

ΚΑί τοι τοσοῦτον προσεμαρτύρει τῇ λογιότητί σου τὰ ἡμέτερα γράμματα, ὅσον ἡ τοῦ πράγματος ἐδείξεν ἔκβασις. Ὁ μὲν τε γὰρ ἐφάνης, καὶ τροπωσάμενος τοὺς ἐναντίους ὑπέστρεψας, ἐπιφανέστερον νικήσας, ἢ ὁ τοῦ Πηλέως παρ᾽ Ὁμήρῳ τοὺς Τρῶας. Εἰ δὲ ἥττων τῆς ἀξίας ὁ παρ᾽ ἡμῶν ἔπαινος, τῇ τῆς ἐπιστολῆς λόγισαι συμμετρίᾳ. τίς γὰρ ἂν τὸ κατὰ τέχνην ἐγκώμιον ἐν ἐπιστολῆς μέτρῳ δηλώσειεν; Ἐγὼ δὲ τὸ λοιπὸν ἥξω δι᾽ ἐμαυτοῦ θεραπεύσων, συμμάχους λαβὼν τῆς τε περὶ πάντας σπουδῆς, καὶ τῆς φιλοτιμίας τοὺς παρὰ τῇ λογιότητί σου τιμωμένους τῇ μνήμῃ Μάρτυρας.

Dometiano. XXXIII.

TAntum equidèm literae noſtrae teſtabantur prudentiae tuae, quantum rei exitus comprobavit. Simul ac enim te oſtendiſti, illico adverſariis debellatis, regreſſus es, illuſtriùs eos vincens, quàm Pelides apud Homerum Trojanos. Sin autem tuis meritis minor noſtra laudatio, hoc Epiſtolarum modulo adſcribe; quis enim encomium ex arte factum Epiſtolae menſurâ comprehendat? Ego verò, quod reliquum eſt, veniam ipſemet, curaturus, & ſtudii erga omnes, atque benevolentiae ſocios accipiam, eos, qui à prudentia tua memoriâ honeſtantur, Martyres.

NOTAE.

IN MS. Codice titulus minimè integer praeponitur, quum illic tantum ſcriptum ſit Δομετ. Mihi Δομετιανῷ perſpicuè legi poſſe viſum eſt, quippe inter S. Nili Epiſtolas una eſt ad *Dometianum* perſcripta, qui neſcio an cum noſtro quidquam commune praeter nomen habeat. Huic autem illuſtri viro Firmus gratulatur, quòd exitu feliciſſimo ſuos profligarit adverſarios. Se quoque profecturum eſſe ad illum pollicetur, neſcio quid de Martyribus addens.

Εὐανδρίῳ Ἐπισκόπῳ. λδʹ.

ἘΔιπλασίασας ἡμῖν τὸν τῆς ἑορτῆς χρόνον, ἀνανεωσάμενος αὐτὴν τοῖς τῆς φιλίας συμβόλοις. Καὶ λευκὴν ἀτεχνῶς ἠγάγομεν ἡμέραν τῶν τῆς θεοσεβείας σου γραμ-

μάτων

Evandrio Epiſcopo. XXXIV.

BIs Feſti diei tempore frui nobis viſi ſumus, poſtquam ipſum amicitiae tuae ſymbolis renovaſti. Et certè pietatis tuae literae effecerunt, ut albus dies no-

μάτων ἐπιτυχόντες. Γράφε τοίνυν, καὶ μέμνησο παρακαλῶ, ἵνα μὴ λήθης ἡμῖν ὁ τῆς σιωπῆς χρόνος γένηται πρόφασις: τῆς δὲ σῆς φίλης εἰρήνης ἔχειν ἡμῖν διδὺς συνθήματα τὰς ἐπιςολάς.

bis duceretur. Scribe igitur, & recordare quaeſo, ne tempus, quo ſilebimus, utriuſque noſtrum obliviſcendi ſit cauſſa; nobis autem da interim Epiſtolas tuae dilectae pacis teſſeras.

Ἀκακίῳ Ἐπισκόπῳ. λέ.

ἹΚανὸν ἥδυσμα γράμμασιν μετ' εὐλογίας ἰχθὺς, θᾶττον ἢ λόγος παρ' ἡμᾶς ἀφικόμενος, καὶ τὴν τῆς θεοσεβείας σε περὶ ἡμᾶς τῷ τάχει τῆς ἀφίξεως μηνύσας σχέσιν. Καὶ γὰρ καὶ τὴν τε ἀέρος διέφυγε βλάβην, καὶ ὡς ἐντεῦθεν ἐκ τε γείτονος ἀνανηξάμενος ποταμε ἐπιτήδειον ὄψον πρὸς πανδαισίαν γεγένηται. Καὶ πλήρης ἡ τράπεζα τε δεξιε θύματος πρὸς πολλὰ ταῖς χαρυκείαις ἁρμόσασα, ὡς μικρὰν εἶναι τὴν Ἀλκινόε τρυφὴν, πρὸς τὴν σὴν ἐξεταζομένην φιλοτιμίαν, τῶν ἡμετέρων περιττευμάτων διαδοθέντων τοῖς δεομένοις.

Acacio Epiſcopo. XXXV.

ACcommodatum condimentum literis fuit piſcis ille, qui dicto citiùs ad nos pervenit, pietatis tuae erga nos affectum ſui adventus celeritate ſignificans. Etenim & aëris inclementiam vitavit, & veluti heic è proximo emerſus fluvio commodiſſimum ad lautiſſimam coenam edulium eſt factus. Et ſanè praeſtanti victima hac inſtructa menſa ita condimentis ſuis ad uſus plures inſervivit, ut ſi cum tua magnificentia conferrentur, inferiores eſſe viderentur Alcinoi deliciae, vel noſtrae coenae reliquiis in pauperes diſtributis.

NOTAE.

ET Epiſtola XIX. ad eumdem Acacium ſcripta eſt, quem Epiſcopum fuiſſe Melitenenſem, veriſimile duxi. Ad Firmum ille Eulogiam, hoc eſt, piſcem benedictum in mutui amoris ſymbolum miſerat, eorum temporum ſequutus morem, quibus per hujuſmodi quoque munera Chriſtianam Caritatem, atque communionem Epiſcopi fovere ſolebant. Quare gratias illi Firmus agit, multiſque laudibus donum proſequitur.

Ἀλκινόε. *Alcinoi*. In MS. Codice legebatur Ἀλκίνε. Librarii errorem emendavi. Celebres fecit hortos, ac delicias Alcinoi Homerus Odyſſ. Lib. VII. ita ut in adagium tranſierint apud Poëtas, alio-

aliosque Scriptores. Quamobrem Plinius meritò haec ſcripſit Lib. XIX. Cap. IV. *Antiquitas nihil prius mirata eſt, quàm Heſperidum hortos, ac Regum Adonidis, & Alcinoi.* Virgilius, Propertius, Ovidius, Statius, & alii Latinorum de iis mentionem fecere. Fecit & Nazianzenus in Carm. ad Vitalianum.

Λεοντίῳ Ἐπισκόπῳ. λϛʹ.

ἈΚατάλλακτον μῖσος τοῖς οἰκέταις πρὸς τοὺς δεσπότας ἐστὶν, οἳ τοὺς κεκτημένους ἀποδιδράσκοντες ἑτέροις δουλεύειν μᾶλλον ἢ τοῖς οἰκείοις δεσπόταις ἀνέχονται. Τοῦτο δὲ καὶ τῷδε οἰκέται πεποιήκασιν, ἀποδράντες γὰρ αὐτὸν τοῖς αὐτόθι ἐμφωλεύειν λέγονται τόποις. Τούτους κέλευσον ἀνερευνηθέντας, καὶ ἁλόντας μετὰ ἀσφαλεστάτης φρουρᾶς ἐπὶ τὰ τῇδε παραπεμφθῆναι, δικαίαν καὶ ὀφειλομένην τῷ βίῳ σου, ἡμῖν τε, καὶ τοῖς δι' ἡμῶν αἰτήσασι παρεχόμενος τὴν χάριν.

Leontio Epiſcopo. XXXVI.

INexorabile odium in dominos famulis eſt, qui à poſſeſſoribus ſuis ſe fuga ſubducentes, aliis inſervire, quàm domeſticis, propriiſque dominis malunt. Idem autem contra hunc etiam praeſtitere ſervi, ſiquidem poſtquam ab ipſo fuga ſeſe ſubtraxere, in iſt[illegible] latitare dicuntur locis. Hos igitur jube conquiſitos, & captos, ſub tutiſſima cuſtodia ad regiones noſtras remitti juſtam utilemque vitae tuae, nobiſque, & iis, qui per nos opem tuam implorant, gratiam rependens.

NOTAE.

IMprobi quidam ſervi legitimo ſeſe ſubduxerant domino, & in Leontii Epiſcopi Dioeceſi latitare dicebantur. Eorum itaque dominum Firmus Leontio commendat, ut hujus ope ſervos recuperare poſſit. Concilio Chalcedonenſi Anno 451. interfuere tres minimùm Leontii Epiſcopi, nempe *Epiſcopus Araxi Lyciae*, *Epiſcopus Aſcalonae Palaeſtinae*, *Epiſcopus Magneſiae Maeandri*. Ad unum ex his forſaſſe data fuit haec Epiſtola. Iſidorus quoque Peluſiota Epiſtolam II. Lib. V. ad Leontium quemdam Epiſcopum ſcripſit.

Digitized by Google

Κυρίλλῳ Ἐπισκόπῳ. λζ'.

ΤΑ' μὲν ὅσα περὶ τῆς τῶν γραμμάτων ἐσὶ διηγήσεως οἶδα κοινοῖς τε γράμμασι, καὶ τῶν παρ' ἑκάσȣ τὴν ἁγιότητά σȣ δεδιδαγμένην. Ἐγὼ δὲ γράψαι ἐπείχθην ἃ πέπονθα: ἔοικα γὰρ τὴν Στησιχόρȣ παλινωδίαν ᾄδειν, ἐκεῖνα ποθῶν, ὧν πρότερον μακρὰν (*) ἐποιȣ̃μεν κατηγορίαν. Τὴν γὰρ ἐν Ἐφέσῳ διαγωγὴν δυσχεραίνων, καὶ ἀσμένως ταύτης ἀπαλλαγεὶς, νῦν ἐρῶν αὐτῆς πόθῳ τῆς σῆς ὁσιότητος ἠνάγκασμαι. ὅτω πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν (**) ἐκκαίομαι. Ἀλλ' εἴ τις καὶ σοὶ λόγος ἡμῶν, θεοφιλέστατε, γράφε, καὶ μέμνησο ἃ τοῖς φίλοις ἐπινενόηται, τὰ δὲ πράγματα συντόμως εἰπεῖν, πρὸς ȣ̓δὲν τῆς ἐλπίδος ἐφ' ἑκάτερα σρεφομένης.

Cyrillo Epiſcopo. XXXVII.

OMnia quidem, quae de literarum narratione feruntur, tum è publicis, tum è privatis Epiſtolis Sanctitatem tuam didiciſſe cognovi. Ego vero ſcribere properavi, quae ſum paſſus; viſus enim ſum Steſichori palinodiam canere, quum ea nunc amem, quae antea graviter, ac prolixè accuſabamus. Epheſi enim moram moleſtè ferens, & ab ipſa liberari cupiens, nunc illam amare deſiderio tuae Sanctitatis ſum coactus: adeo ad id, quod tu deſideras incendor. At ſi tibi quoque, ò Deo cariſſime, noſtri eſt aliqua ratio, ad me ſcribe, eaque, quae ab amicis excogitata ſunt, reſque ipſas, breviter referre memento, ſpe temere utrinque fluctuante.

NOTAE.

AD Cyrillum ſanctiſſimum Alexandriae Epiſcopum ſcribit Firmus, ſignificatque, ſibi moram Epheſi, antea ingratam, nunc placere illius cauſsâ, & amore. Nemo eſt, qui Cyrilli potiſſimum operâ Epheſinam Synodum coactam fuiſſe non ſciat; quare cur ad illum Firmus haec ſcribat, facilè intelligas. Sed quando ſcripta fuerit haec Epiſtola, & quid ille ſignificet, quum memorat *τὴν τῶν γραμμάτων διήγησιν*, *literarum narrationem*, uti & alia, quae heic obſcurè innuuntur, difficilè aſſequare. Illud certum, nempe inter ferventiores Epiſcopos, qui eidem univerſali Concilio interfuere, impiumque Neſtorium damnavere, Scriptorem noſtrum excelluiſſe, &

S. Cyril-

(*) Fort. [illegible]
(**) fort. addend. σῆ.

S. Cyrillo ſemper in ſententia ferenda fuiſſe concordem, ſicuti ejus Concilii Acta perſpicuè teſtantur.

Οὐαλερίῳ Ἐπισκόπῳ. λή.

ΗΡετό τις τὸν Ἀλέξανδρον, ὅπου αὐτῷ οἱ θησαυροὶ εἶεν. ὁ δὲ τοὺς φίλους ἔδειξεν, ηὐπόρει γὰρ οἶμαι, τοιούτων, οἵους εὗρον κἀγὼ νῦν εἰς γνῶσιν τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἐλθών. Καὶ ἔχομαι τοῦ θησαυροῦ, καὶ φυλάττω τοῦτον, χρυσῇ (*) στήλῃ τῇ καρδίᾳ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἐγχαράξας τὴν μνήμην. Καὶ φυλάττετέ μοι ταύτην εἰς ἀεὶ, καὶ μνήμης ἀξιοῦντες, καὶ γράμμασι δεξιούμενοι. Τὰ δὲ τὸ πράγματος ὅπως ἔχοι, τί δεῖ λέγειν, Σισύφειον πέτρον κυλιόντων ἡμῶν; καὶ ὅταν πρὸς τῷ τέλει γενώμεθα, πρὶν ἢ ὑπερβάλλεσθαι τὸν λόφον ἐπὶ τὰ αὐτὰ φερομένου τοῦ λίθου, ὡς μηδὲν εἶναι τῶν προλαβόντων ὄφελος πόνων. Ἀλλὰ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν ἔργον γενήσεται, καὶ τοῦτον ὑπερτεθῆναί ποτε, καὶ ὑμᾶς ἀρεθῆναι τῶν δυσχερῶν, καὶ εἰς ταυτὸν ἀλλήλοις ἐλθεῖν: τοῦτο γὰρ οἶμαι τῶν μακρῶν πόνων γενήσεσθαι πέρας.

Valerio Epiſcopo. XXXVIII.

INterrogavit Alexandrum quidam, ubinam ipſius theſauri forent: & ille amicos oſtendit; abundabat enim, ut puto hujuſmodi viris, quales ego quoque inveni, tuae Sanctitatis notitiam adeptus. Et certè theſaurum hunc arctè complector, & ſervo, quum in aurea columna, hoc eſt in corde Sanctitatis tuae memoria mei inſculpta fuerit. Hanc ergo mihi aeternùm ſervate, tum me dignando memoria veſtra, tum per literas complectendo. Quae verò ad negotium ſpectant, quomodo ſe habeant, quid attinet dicere? Siſyphi ſaxum adhuc volvimus; & ſi interdum ad finem accedimus, ſaxum in eumdem ante recidit locum, quàm faſtigium ſuperetur, ita ut nullus nobis ſit ante ſuſceptorum laborum fructus. Veſtrae tamen preces efficient, ut hoc tamdem ſuperimponatur, & nos incommodis liberemur, & in idem invicem conveniamus; hoc enim puto diuturnis laboribus finem eſſe impoſiturum.

NO:

(*) fort. aliquid addend.

NOTAE.

IN ſubſcriptionibus Chalcedonenſis Concilii Oecumenici memoratur *Valerius Laodiceae Phoeniciae Epiſcopus*. An idem cum iſto fuerit, ad quem ſcribit Firmus, incertum. Negotium, quod ſubobſcurè heic innuitur, Neſtorii cauſſa fuiſſe videtur, quam Scriptor noſter amicè componi poſſe haudquaquam cenſet. Hinc more Siſyphi ſaxum fruſtra verſari ait. Quae ſi vera ſunt, ad Epheſini Concilii tempora intelligimus referendam eſſe Epiſtolam iſtam.

Εὐςρατίῳ. λθ'.

ΕΙ' ἀγνῶτα τῇ θαυμασιότητί σου συνιςάναι ἔμελλον, ἔδει μοι προοιμίων, καὶ τῆς περὶ αὐτοῦ διηγήσεως, τίς, καὶ πόθεν, καὶ ποδατὸς, καὶ ὅσον τῷ ψάλλειν τῶν τε νῦν, καὶ προτέρων κεκράτηκεν. Ἡσθέντα δέ σε πολλάκις δι' αὐτοῦ τοῖς θείοις ἄσμασι μετὰ σώφρονος ἡδονῆς, ἐξευμαρίσαι αὐτῷ παρακαλῶ τὰ προκείμενα, καὶ δι' ἑαυτοῦ, καὶ διὰ τοῦ μεγαλοπρεπεςάτου Κόμητος ἀφεθῆναι αὐτὸν τῆς ἐκ διαβολῆς παρὰ τινῶν γενομένης συκοφαντίας. Παρασκεύασαι, καὶ δὸς τὴν χάριν, δι' ἡμᾶς ἀπωσάμενος τὸ φιλόνεικον, ἵνα μὴ ἔλεγχος ἡμῖν τὸ πρᾶγμα πεπλασμένης φιλίας γένηται: λυπήσεις γὰρ οὐκ ἐμὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν μητέρα σου τὴν Ἐκκλησίαν ἐν παρέργῳ δεξάμενος τὴν παράκλησιν.

Euſtratio. XXXIX.

Si ignotum virum magnificentiae tuae commendaturus eſſem, oporteret me prooemiis, & narratione uti, referendo quis eſſet, & unde, & cujas, & quantum in pſallendo non viventes tantùm, ſed & majores noſtros ſuperarit. Verum te, quem ſaepe honeſta voluptate, ac delectatione in divinis Canticis ipſe implevit, brevibus obſecro, ut quae inſtituit, facilia illi reddas, atque ut per ſe ipſum, & magnificentiſſimi Comitis ope, calumniam ſibi per aliquot obtrectatores inſtructam effugiat. Noſtrâ itaque cauſsâ da operam, & hoc illi praeſta, ut omnis contentio, ac pertinacia repellatur, ne fictae amicitiae notam nobis hoc negotium inurat; dolore enim non me dumtaxat, ſed Eccleſiam quoque matrem tuam afficies, ſi obiter, ac perfunctoriè commendationem iſtam accipies.

Εὐ- Eu-

Εὐπνίῳ. μ΄.

Εἴς καιρὸν ἔοικεν ἡ δίκη πεταμιεύεσθαι τῷδε εἰς ἄμυναν ὧν ἠδίκησεν ὑπὸ σοὶ κριτῇ τῆς δίκης βραβευομένης. Καὶ καταξίωσον παρακαλῶ μαθὼν, ὅσα τετόλμηται αὐτῷ κατὰ τοῦδε, καὶ ἐπεξελθεῖν ἀνδρικῶς τῇ ὑποθέσει, καὶ βοηθῆσαι τῷ ἠδικημένῳ, καὶ δίκας εἰσπράξασθαι τὸν ἀδικοῦντα, τῆς περὶ τὸ δίκαιον γινομένης σπουδῆς εἰς ἡμετέραν περιουσίας τιμήν.

Eupnio. XL.

VIro huic videtur poena opportunè in futurum dilata ad eorum propulſationem, quae patrata ſunt, cauſâ ſub te judice conſtituta. Proinde dignare quaeſo diſcere, quaecumque contra hunc molitus eſt adverſarius, & cauſſam viriliter peragere, & opem injuſtè oppreſſo afferre, & ab injuſtè opprimente poenas exigere, ſedulamque in implenda juſtitia operam adhibere, ut officium hoc meum aeſtimaſſe videaris.

Ἑλλαδίῳ Ἐπισκόπῳ. μα΄.

Γύναιον μοχθηρὸν ἀποταξάμενον πρότερον τῷ βίῳ, εἶτα δι' ἀσωτείαν εἰς πᾶν ἀσεβείας ἐληλακὸς, μικρὸν ἡγησάμενον ψεύσασθαι τὴν πρώτην ὁμολογίαν, συνεργῷ τῷ κεκοινωνηκότι τῆς ἁμαρτίας χρώμενον, ἐφόδους ἐτόλμησεν κατὰ τῆσδε, καὶ τῶν ὄντων αὐτῇ ἁρπαγὰς, καὶ ἀνδραπόδων ἀφαιρέσεις, οὐδεμίαν ἐλλεῖπον μοχθηρίας ὑπερβολὴν εἰς τὸ προσθεῖναι ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίαις. Τοῦτο ὑπὸ τὴν σὴν θεοσέβειαν μετοικῆσαν, καὶ τῆς εἰς τὸν Χριστὸν ἀρνήσεως, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα τολμωμένων εἰσπραχθῆναι δίκας κελευσάτω ἡ ὁσιότης σου, καὶ ἀποκηρυχθῆναι αὐτὸ πάσης Ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας, εἰ μὲν δοκιμάσειας, καὶ ἀεί: εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἄχρι γοῦν τῆς τοῦ πράγματος διορθώσεως.

Helladio Epiſcopo. XLI.

SCeleſta muliercula, quae primò renunciaverat ſeculo, deinde luxuriae cauſâ in omnem impietatem effuſa eſt, quaeque parum ducit id quod prius profeſſa fuerat, operibus nunc improbare, quaeque adjutore participe peccati utitur, incurſiones facere auſa eſt adverſus iſtam, bona ejus diripere, mancipia tollere, nullum relinquens ſceleris genus intactum, atque inauſum, ut prioribus flagitiis nova adderet. Ab hac igitur femina, quae ad pietatem tuam demigravit, quòd Chriſtum negaverit, quòd poſthaec alia tentaverit, poenas exigi jubeat Sanctitas tua, eique omni Eccleſiaſtica communione interdicat in perpetuum, ſi tibi placuerit; ſin minus, donec ſe ad bonam frugem receperit, & rem emendaverit.

NOTAE.

HElladios tres Epiſcopos Firmi, & Epheſinae Synodi temporibus, floruiſſe comperio, nempe *Adramytti*, *Ptolemaidis*, ac *Tarſi*. Eorum primus in Catholicorum caſtris contra Neſtorium militavit. Reliqui duo pro infelici Haeretico ſteterunt, & Conciliabulo Epheſino interfuere. Ad Helladium tamen Tarſenſem, antequam Neſtorii erroribus implicaretur, hanc Epiſtolam à Firmo ſcriptam fuiſſe, veriſimile videri poteſt, etenim à Caeſarienſi non longè diſſita erat Tarſenſis Metropolis.

Δανιῆλ Ἐπισκόπῳ. μβ'.

ΕΙ' ἦν σύμβολα τῆς προαιρέσεως ἐπὶ τοῦ προσώπου φέρειν τοὺς πονηροὺς, ἤρκει ὁ δεῖνα, καὶ μηδενὸς ἐπιστάντος τῇ κατηγορείᾳ, ὀφθεὶς τῇ θεοσεβείᾳ σου, ὑπόδικος γενέσθαι τοῖς τολμηθεῖσιν ἐγκλήμασιν, ἐπειδὴ λωποδυτήσας ἀνθρώπους εὐλαβεῖς, καὶ σεμνὸν ἠρημένους βίον, καὶ περιελὼν αὐτῶν τὰς πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμὰς, ἐντεῦθεν ἀποδρὰς πρὸς τὸν ὑπὸ τὸν θεοσέβειαν σου τεταγμένην μετέστη. Τοῦτον ὑποδεικνύμενον κέλευσον καὶ τὰ πράγματα, ἃ ὑπεξέθετο, ἀποκαταστῆσαι, καὶ παραδοθῆναι τοῖς ἀφικομένοις, ἐνταῦθα μετὰ τοὺς ἐλέγχους εἰς σωφρονισμὸν τῶν οὕτω προῃρημένων δίκας ὑφέξοντα. Ἱκανὸν δὲ εἰς ἀναίρεσιν ἀδικήματος τὸ μὴ οἴεσθαί τινας ἐν ἀλλαγῇ τῶν τόπων διαφεύγειν τὴν τιμωρίαν, καὶ αὐτόθι, καὶ παρ' ἡμῖν ἐπιμελῶς τῆς τοῦ δικαίου φυλακῆς τιμωμένης.

Danieli Epiſcopo. XLII.

SI propoſiti ſui ſigna in vultu improbi circumferrent, ſatis quidam, vel nemine accuſationem intendente, à pietate *tua* conſpectus, patratorum facinorum reus appareret; poſtquam enim pios viros, & piae vitae cultores expilavit, & quae ad vivendum neceſſaria ſunt, ab eis abſtulit, hinc fugam arripiens in regionem pietati tuae ſubjectam demigravit. Iſtum igitur indicare jube res ſubtractas, diſtractaſque, eaſque reſtituere, & advenientibus tradere, heic, poſtquam de omnibus convictus fuerit, ad coërcendos eos, qui idem vitae propoſitum tenuere, poenas ſubiturum. Illud verò ad tollendas in poſterum injurias aptiſſimum erit, ſi non credatur, quoſdam locorum mutatione ultionem, atque caſtigationem vitare poſſe, pateatque, tum iſtic, tum apud nos, jus integrum diligenter ſervari.

NO-

Digitized by Google

NOTAE.

DUo Danieles Epheſino Concilio interfuere, quorum unus *Coloniae*, alter *Dardaneorum*, ſeu *Dardaniae Lybiae*, Epiſcopi fuere. Vixit iiſdem quoque temporibus Daniel Epiſcopus *Fauſtinopolitanus*, erroribus Neſtorii addictus. In Actis etiam laudatae Synodi Epheſinae Daniel *Darenſis*, aut *Darnei* Epiſcopus numeratur. Verum *Dardanienſis* ibidem legendum reor, & Librariorum dumtaxat errore factum, ut hic tamquam alius à ſupra memorato recenſeatur. Credibile eſt, ad Danielem *Colonienſem* Epiſcopum referendam hanc Epiſtolam eſſe; *Colonia* quippe Civitas in Provincia Cappadociae Secundae fuit, atque adeo non diſſita à Caeſarea.

Ἰναχίῳ. μγ΄.

ἩΝεγκε καὶ καθ᾽ ἡμᾶς χρόνος Ἑλένην Λάκαιναν πολέμων ὑπόθεσιν, ἧς τοῦ κάλλους ἐν ἀπολαύσει γεγονὼς βραχεῖα εἰς τὰς σὰς πολλάκις ἀναπέμπειν ὥρμητα χεῖρας, οἷα δὴ Τρῶες ἐβουλεύσαντο περὶ τῆς ὁμωνύμου. Ἐγὼ μὲν μακρότερον πόλεμον ἢ κατ᾽ αὐτοὺς πολεμούμενος μέχρι νῦν διετέλεσα. τὶς γὰρ ἐν ἐρέσει τῆς ταύτης ὡραιότητος γεγονὼς ὃς κόπους ἐμοὶ παρέσχε, καὶ πράγματα, οὐδεμίαν ἐκεχειρίαν ἀσπαζόμενος, οὐδὲ βραχεῖαν ἀνακωχὴν διδοὺς τῷ πολέμῳ, τοσοῦτος ἦν ὁ πάντας ἐπ᾽ αὐτὴν κινῶν θερμὸς ἔρως. εἰκότως. τί δὲ οὐκ ἔμελλον τῶν ταύτης ἡττᾶσθαι καλῶν, ὥρᾳ σώματος εὐεχούσης, σχέσει, καὶ ποδωκείᾳ εὖ μάλα κοσμουμένης, ὡς μιᾷ πτώσει κατέχεσθαι πάντας τοὺς πανταχῆ πτῶκας δεδοικότας, καὶ τρέμοντας, ὁσάκις ἂν Ἑλένης τὴν κατ᾽

αὐτῶν

Inachio. XLIII.

HAbuere noſtra etiam tempora Helenam Lacaenam, bellorum materiem, cujus pulchritudine non diu me oblectans, ſaepe eam ad te remittere conſtitui, eâdem utens deliberatione, quam Trojani de ejuſdem nominis femina habuere. Equidem in pugna diuturniore, quàm quae ab ipſis geſta eſt, hucuſque perſeveravi; quidam enim, quum hanc pulchritudinem expeteret, moleſtiam mihi, & negotium exhibuit, nullas in petendo ferens inducias, neque brevem intermiſſionem dans pugnae: tanto erga illam quiſque incendebatur amore. Nec immerito; quei enim non capti fuiſſent ab hujus pulchritudine, quae formâ adeo praeſtat, habituque corporis, & pedum pernicitate ornatur, ut unâ ruinâ omnes ubique lepores conciderent, timen-

Fff 2 tes,

αὐτῶν στρατείαν πύθωνται; Τούτου δὲ τοῦ δέους ἀπήλλαξα τοὺς παρ᾽ ἡμῖν ἐν τοῖς ὄρεσι διάγοντας, εἴ τις ἄρα που καὶ περιλέλειπται τῷ λαθεῖν ἰσχύσας διαδρᾶναι τὴν ταύτης ταχύτητα. Σὺ δὲ, τοῖς πᾶσιν ὁσιώτατε, θαύμαζε μὲν ταύτην ὅσου ἔχεις δυνάμεως, μικρὸς γὰρ, οἶμαι, καὶ ὁ παντὶ σθένει γινόμενος ἔπαινος, εἴ γε τοῖς ταύτης ἀντεξετάζοιτο καλοῖς. Ἐπαίνει δὲ γλώττῃ τὸν πέμψαντα καὶ τῇ προσφιλεῖ, τῇ ἀπερίττῳ, τῇ λακωνικῇ, τῇ συντόμῳ, καὶ σαφεῖ, ὃ μάλιστα λόγων κάλλος δημιουργεῖν πέφυκεν. Ἀλλὰ δέδοικα μή πως αἴσθησις ἤδη τῆς ταύτης παρουσίας τοῖς παρ᾽ ὑμῖν λαγῴοις ἐγγινομένη τρέψῃ τούτους πρὸς φυγήν: κακουργεῖν γὰρ ὄντες σοφοὶ, εἰώθασί πως καὶ ταῖς ἐξ ἀνέμων αὔραις διὰ τῶν οἰκείων αἰσθήσεων τὰς παρά τινων αὐτοῖς μελετωμένας γινώσκειν ἐπιβουλάς. Ἵν᾽ οὖν μὴ τοῦτο γένηται, μὴ δὲ τούτοις ἐκβῇ κατὰ σκοπὸν τὸ ἐγχείρημα, ὥρα ταχυτέραν τῆς αὐτῶν προσδοκίας τὴν κατ᾽ αὐτῶν ἔξοδον γενέσθαι: οὕτω γὰρ ἐμὲ μὲν λοιδορήσονται τὸν ὡς τοσαύτης αὐτοῖς λύμης αἴτιον γινόμενον, σὲ δὲ θαυμάσονται οἷα δὴ τοιούτου κτήματος κύριον.

tes, ac trementes, quoties Helenae adverſus ipſos expeditionem audiiſſent? Hoc autem metu illos, qui apud nos in montibus degunt, liberavi, ſi quis fortaſſe ſupereſt, qui latendo hujus celeritatem effugere potuerit. Tu igitur, omni ex parte vir integerrime, totis viribus hanc demirare: exigua enim, ut arbitror, laus omnis erit, quamquam in eam totum intendas animum, ſiquidem cum ejus comparetur dotibus. Lauda autem eloquio eum, qui miſit, blando, ſimplici, Laconico, conciſo, & claro: quae res maximè orationum pulchritudinem efficere ſolent. Verum *timeo*, ne lepores hanc adeſſe jam ſentientes, fugam capeſſant; ſagaces enim quum ſint, malitiâ quodammodo uti conſueſcunt, & ex ventorum auris per ſuos ſenſus praecognoſcere ſtructas ſibi ab aliquibus inſidias. Ne hoc igitur eveniat, neve illis ex ſententia ſuccedat conatus, tempus eſt, ut celerior eorum expectatione in illos eruptio fiat; ſic enim mihi tamquam tanti exitii auctori convicium facient, te verò, quippe qui rem adeo eximiam poſſideas, mirabuntur.

NOTAE.

Mihi, quid nova haec Helena foret, nondum percipienti diu crucem haec Epiſtola fixit. Tamdem Firmum de cane venatoria, cui nomen Helena, ſermonem habere intellexi. Hanc ab aliis expetitam ille potius ad Inachium mittere conſtituit. Elegans pla-

planè, ac lepida Epiſtola, quaeque ad bellum Trojanum, Helenamque Lacaenam, & Homerum alludit.

Ἐπαίνει δὲ &c. *Lauda autem &c.* Hoc vult dicere: Helena minimè pro meritis laudari poteſt, namque ejus dotibus vix par invenitur oratio. Lauda igitur eum, qui miſit &c. Pro διακωνικῇ, quod erat in MS. mihi legendum videbatur λακωνικῇ.

Τῷ αὐτῷ. μδʹ.

ἘΠαφρόδιτος ἀληθῶς ἡ ἐπιστολὴ, καὶ Χαρίτων μεστὴ, αὐτῆς τάχα τῆς τῶν ἐρώτων μητρὸς ἐργασαμένης αὐτὴν ποικίλην τῇ τῶν ὀνομάτων συνθήκῃ, καὶ τοῖς νοήμασι. Τὸ γὰρ ἀπὸ ὁμωνυμίας, καὶ πατρίδος, καὶ περιμαχήτου γυναικὸς εἰς ὥραν, καὶ κάλλος βεβοημένης, συνθεῖναι ἔπαινον τῇ κονιτόδι, τίς οὐκ ἂν ἀγασθείη τὸν τεχνησάμενον; Ἀλλ᾽ ὅτι καὶ σαυτὸν ἡμῖν δέδωκας ἐν τοῖς Ἥρωσιν ἀριθμεῖν, τοσοῦτον ἐκείνων ῥώμῃ κρατήσας, ὅσον μὲν αὐτοῖς περιῆν ἀριστέων πλῆθος, καὶ στρατὸν ὅλον πρὸς τὴν μάχην ἐγεῖραι. Αὐτὸς δὲ ἤρκησας τὴν σαυτοῦ ῥώμην ἀντιστήσας πολλοῖς, καὶ ἆθλον τῆς νίκης τὴν Ἑλένην λαβὼν ἀργυρόπεζάν τινα, καὶ ὡς οὕτως εἰπεῖν ἐναλίου γέροντος θυγατέρα. Ἣ δὲ οἵα τε θεῖν ἐπ᾽ ἄκρων ἀνθερίκων, ὡς μὴ πτῶκας αἱρεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν ἀνέμων μιμεῖσθαι πνοάς. (*) Λεγόντων οἱ πεπειραμένοι: τοῖς γὰρ ἐνταῦθα λαγωοῖς τοσοῦτον ἡμῶν καταξαρίσασθαι ὁ σὸς ἱέραξ δέδωκεν, ὡς μὴ δὲ πτῶκας εἶναι νομίζεσθαι ὑπὸ τοῦ θαῤῥεῖν ἀμέτρως ἐπιλαν.

Eidem. XLIV.

VEnuſta ſanè, elegans, Charitumque plena Epiſtola. Illam forſitan ipſa Amorum mater variam nominum compoſitione, ac ſenſibus ornatam elaboravit. Etenim quum à nominum ſimilitudine, à patria, atque à femina, quae bellum concitavit, quaeque propter formam, ac venuſtatem celebrata eſt, ductum ſit encomium Cineripedi: quis ejus auctorem non admiretur? Verùm inter Heroës te ipſum etiam numerandum nobis exhibuiſti, tanto illis robore praeſtans, quanto magis eiſdem fortium virorum ſuppetebat copia, quum ad pugnam acies integras excitabant. Tu verò ſolus ſatis fuiſti, robur tuum multis opponens, praemiumque victoriae Helenam accipiens quamdam, candidos pedes habentem, & marini, ut ita dicam, ſenis filiam. Haec autem curſu potens eſt ſpicarum ſumma volatu perſtringere, ut non lepores tantùm vincat, ſed ventorum etiam flatus aemuletur. Qui experti ſunt, dicant; iis enim leporibus, qui heic

(*) Fort. λεγέτωσαν.

πιλανθανομένους τῆς φύσεως. Ἀλλ' οὗτος μὲν ἥξει παρά σε: τὴν δέ γε Ἑλένην ἐπὶ κυνηγέσιον ἕξομεν, καὶ ἀλοῦσιν ἐπιτωθάζοντες ἀναγνωσόμεθα τὴν ἐπιστολήν. Εἰ δὲ διασωθεῖεν φυγόντες, ὅρα ὅπως ἀγωνιούμεθα πρὸς αὐτοὺς ψευδομαρτυριῶν ἁλισκόμενοι. Καὶ ταῦτα μὲν ταῦτα. Τῶν δὲ οἴνων ἑκάτερος τῶν Διὸς κήπων ἀποῤῥὼξ ἐστι τὶς νέκταρος, Ὁμήρου δεόμενος ἐπαινέτου, ἡδὺν λέγοντος, καὶ ἀκηράσιον, καὶ θεῖον ποτὸν, καὶ οἷον ἐκεῖνος ἐποίησεν παρὰ πλεῖον ἐν Ὀδυσσείᾳ αὐτὸν Μάρωνος.

heic ſunt, adeo nobis inſultare dedit accipiter tuus, ut non amplius lepores eſſe videantur, prae nimia quippe confidentia obliti naturae ſuae. Sed hic quidem ad te revertetur, Helenam verò ad venationis tempus ſervabimus, & captis abblandientes legemus Epiſtolam. Quod ſi fugiendo invenerint ſalutem, vide quomodo contra illos dimicemus, falſi teſtimonii convicti. Et de his quidem ſatis. Quod enim eſt ad vina, utrumque dimanans ab Jovis hortis nectar aedepol ſapit, atque Homero laudatore dignum eſt, qui dulcem, purum, immortalem, divinumque potum appellet, qualem nempe ille cecinit, Maronis vinum in Odyſſea tamquam reliquis praeſtantius laudans.

NOTAE.

HUjus Epiſtolae Auctorem titulus quidem Firmum facit; ſed eam eſſe Inachio tribuendam, facilè cuicumque patebit. Reſponſio, inquam, eſt ad praecedentem. Inachius & ipſe ad Helenam Graecam, bellumque Trojanum alludens, canem venatoriam ad ſe miſſam, ſimulque Firmum mittentem laudat. Hinc etiam diſcere mihi videor, Inachium à Firmo noſtro accipitrem antea accepiſſe, quo ſeſe in avibus capiendis oblectaret. Propterea inquit: Nondum Helenâ ad me profectâ, eam accipiter tuus confidentiam leporibus attulerat, ut tamquam ſuae naturae immemores nobis inſultarent.

Κονίποδι. *Cineripedi*. In MS. Codice ſcriptum eſt κονώπιδι, vitioſum planè verbum. Itaque κονίποδι ſubſtituere placuit, qua voce canis *pedes cinericios habens* ſignificatur. Id ex ſequentibus quoque verbis colligitur; appellat enim Inachius Helenam ἀργυρόπεζαν, hoc eſt *argenteos pedes habentem*.

Μάρω-

Μάρωνος. *Maronis*. Ne heic Virgilium à Graeco Scriptore ſignificari arbitrere. Hic Maro Evanthei, ſeu Evanthis filius fuit, è cujus vineis exquiſitiſſima prodibant vina. Philoſtratus in Heroicis de Proteſilao ſcribens, Maronem eumdem his commemorat verbis. Μάρωνα τὸν Εὐάνθυς ἀδικοίης ἂν, ἐπιφοιτῶντα τὰς ἐν Ἰσμάρῳ ἀμπέλυς, καὶ ἡδυοίνυς αὐτὰς ἐργαζόμενον, φυτεύοντά τε, καὶ κυκλῦντα. ὅτε δὲ ὁρᾶται τοῖς γεωργοῖς ὁ Μάρων καλός τε, καὶ ἁβρὸς, καὶ ἀνατνέων πότιμόν τι, καὶ οἰνῶδες. Ideſt: *Maronem Evanthis filium injuria afficies, vineas in Iſmaro ſitas frequentantem, & ut ſuaviſſimum ferant vinum, efficientem, plantantemque, & perluſtrantem: quum interea ab agricolis pulcher, ac delicioſus ſpectatur Maro, potabile quid, & vinolentum ſpirans*. Athenaeus verò Lib. I. Dipnoſoph. Maraeotici vini mentionem faciens, illud ita nuncupatum affirmat à Maraea lacu vicino Alexandriae, & urbe lacui propinqua quondam ampliſſima, quae παρείληφε μέν τοι τὴν προσηγορίαν λαβῦσα ἀπὸ Μάρωνος, ἑνὸς τῶν μετὰ Διονύσυ τὰς ϛρατείας πεποιημένων &c. *nomen accepit à Marone, uno ex iis, qui cum Baccho militarunt, &c.* Cratinus quoque apud Pollucem vinum Maroneum ita commendat: ὐδὲ Μάρωνα πίομαι. *Neque Maronem*, ideſt, *Maronis vina bibo*. At audiamus Latinum aliquem Scriptorem, Plinium nempe Lib. IV. Cap. IV. Hiſt. Nat. ubi de vinearum cultura loquitur. *Vino*, ait, *antiquiſſima claritas Maroneo, in Thraciae maritima parte genito, ut auctor eſt Homerus*. Tum ſubdit; *Maroneum vicies tanto addito aquae miſcendum Homerus prodidit*. Ab Homero itaque derivata eruditio, quem & Inachius in hac Epiſtola innuit. Sunt autem ejus verſus in Lib. IX. Odyſſ. ubi ita loquitur Ulyſſes.

—— Ἀτὰρ αἴγεον ἀσκὸν ἔχον μέλανος οἴνοιο
Ἡδέος, ὅν μοι ἔδωκε Μάρων Εὐάνθεος υἱός.
—— *Caeterum caprinum utrem habebam nigri vini*
Suavis, quem mihi dedit Maron Evanthei filius.

Infra vero addit:

Δῶκε δέ μοι κρατῆρα πανάργυρον, αὐτὰρ ἔπειτα
Οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσι δυώδεκα πᾶσιν ἀφύσσας,
Ἡδὺν, ἀκηράσιον, θεῖον ποτόν &c.
Dedit autem mihi craterem totum argenteum: caeterum poſtea
Vinum in amphoris duodecim omnibus hauſtum
Suave, incorruptibile, divinum potum, &c.

Περγαμίῳ Χωρεπισκόπῳ. μέ.

ΓΕ'ροντα μὲν ἐλαττούμενον συνέσει συγγνώμης ἀξιοῦσθαι περιττόν. Προλαβὼν δὲ φιλανθρωπίᾳ, καὶ ἡμᾶς ἐφειλκύσω ποιῆσαί τι περὶ τὸν ἄνθρωπον δεξιὸν, καὶ πρόσδεξαι αὐτὸν, τοῦτο παραφυλάξας τὸ μή τε ῥαδίως κατηγορεῖν, μή τε ἐξαιτεῖσθαι εὐκόλως.

Pergamio Chorepiſcopo. XLV.

SEnem quidem, mentis jam non integrum, venia dignari, egregium eſt. Proinde, quum tua humanitate praeiveris, nobis quoque auctor fuiſti, ut benignè cum homine ageremus. Eum ergo excipe, hunc ſervans morem, ut neque facilè accuſes, neque facilè depreceris.

Finis Epiſtolarum Firmi Caeſarienſis.

Digitized by Google

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ

Epiſtolae δ'.

JULIANI IMPERATORIS

Epiſtolae IV.

PROLEGOMENA.

Scriptoris Chriſtiani Epiſtolis ſubteximus Ethnici viri, imo Apoſtatae, Literas quatuor. Julianus ille eſt, Romanorum Imperator, qui Religionem Chriſtianam ejuraſſe non contentus, ſcriptis etiam, atque impotentiâ opprimere ſtuduit. Quanta illi foret eloquentia, humaniorumque Diſciplinarum peritia, ab aliis, qui fusè ejus Vitam, res geſtas, & ſcripta collegerunt, quàm a Notis hiſce meis, diſcere praeſtat. Sit in praeſentia ſatis animadvertiſſe, tanti ejus ingenium, ejuſque literaria monumenta facta ab eruditis viris fuiſſe, ut in ejuſdem Libris Latio ac luce donandis, bene operam ſuam collocatam crediderint (ne alios memorem) praeclariſſimus vir è Soc. Jeſu Dionyſius Petavius, & eruditiſſimus vir Ezechiel Spanhemius. Quorum ille Anno *1630.* hic verò Anno *1696.* Juliani editionibus procuratis, Literatorum Rempublicam nimiùm ſibi devinxere. Verum enim verò, tameſi curam omnem doctiſſimi illi viri adhibuerint, ut cuncta impii Caeſaris Scripta in lucem efferrent, atque ut numeris omnibus abſoluta editio prodiret; nihilominus multa ſeſe eorum diligentiae ſubduxere, aut adhuc in Bibliothecarum pluteis latere coacta, aut olim ab edacitate temporum poenâ aeterni ſilentii damnata. Quum verò mihi in Ambroſiana Bibliotheca ad antiquitates verſandas intento, ſeſe quatuor ejuſdem Juliani Epiſtolae nondum evulgatae obtuliſſent, me quoque bene de literis meriturum ſperavi, ſi eas jam ante editis, veluti ſpicilegium alienae meſſi, conjungerem. Et prima quidem, ac poſterior inter haſce Epiſtolas lucis benefi-

cium potiori jure expectare videbantur, quippe in iis quaedam occurrunt, quibus antiqua illa tempora illuſtrentur, uti in notis oſtendi, & jam monuerat in ſuo *Diario Italico* C. V. Bernardus Montfauconius, cui legendas olim tradidi. Codex, unde haec hauſta, idem eſt ac qui Firmi Caeſarienſis Epiſtolas nobis ſuppeditavit, ideoque pervetuſtus, ſed mendis fortaſſe non carens. Aliae illic leguntur Juliani Epiſtolae, quae antea luci redditae fuere. In altero itidem Ambroſianae antiquiſſimo Codice alia quaedam brevis Juliani Epiſtola nondum publici juris facta habebatur; ſed fugientia characterum veſtigia omnem mihi legendi ſpem ſuſtulere. Illam tamen à Friderico Roſtgaardio, nobili Dano, aliquando edendam ſpero unà cum aliis Apoſtatae monumentis. Quum enim Italiam peragraret, ut Libanii Epiſtolas è variis Codicibus MSS. colligeret, eas luce donaturus, Ambroſianum etiam Codicem pro ſua ſolertia ſatis intellexiſſe ſibi viſus eſt. Verum, ne Lectorem diutius moremur, Julianus ipſe loquatur.

Ἰουλιανὸς Ἀλεξανδρεῦσιν. α΄.

Ὀβελὸν εἶναι παρ' ὑμῖν ἀκούω λίθινον εἰς ὕψος ἱκανὸν, ἠρμένον, ἐπὶ τῆς ἠϊόνος, ὥσπερ ἄλλο τι τῶν ἀτιμοτάτων ἐῤῥιμμένον. Ἐπὶ τοῦτο ἐναυπήγησε σκάφος ὁ μακαρίτης Κωνστάντιος, ὡς μετάξων αὐτὸν εἰς τὴν ἐμὴν πατρίδα Κωνσταντίνου πόλιν. Ἐπεὶ δὲ ἐκείνῳ συνέβη, θεῶν ἐθελόντων, ἐνθένδε ἐκεῖσε πορευθῆναι τὴν εἱμαρμένην πορείαν, ἡ πόλις ἀπαιτεῖ παρ' ἐμοῦ τὸ ἀνάθημα, πατρὶς οὖσά μου, καὶ προσήκουσα πλέον ἤπερ ἐκείνῳ. Ὁ μὲν γὰρ αὐτὴν ὡς ἀδελφὴν, ἐγὼ δὲ ὡς μητέρα φιλῶ: καὶ γὰρ ἐγενόμην παρ' αὐτῇ, καὶ ἐτράφην ἐκεῖσε, καὶ οὐ δύναμαι περὶ αὐτὴν ἀγνωμονῆσαι. Τί οὖν; ἐπειδὴ καὶ ὑμᾶς οὐδὲν ἔλαττον τῆς πατρίδος φιλῶ, δίδωμι καὶ παρ' ὑμῖν ἀνα-

ϛῆναι

Julianus Alexandrinis. I.

Obeliſcum apud vos eſſe audio lapideum juſtae altitudinis; deſpici tamen, & ut quid vile, minimique momenti, in litore jacere. Eum Divus Conſtantius, ad hoc conſtructo navigio, Conſtantinopolim ad patriam meam, transferendum deſtinarat. Poſtquam verò illi accidit, ut Diis ita volentibus è terris ad ſupera fatali itinere demigraret, exigit à me Civitas donarium, quum ipſa mihi ſit patria, adeoque mihi, quàm illi, neceſſitudine majori conjuncta. Ille namque eam ut ſororem, at ego ut matrem amo; in ejus enim ſolo primùm in lucem editus, educatuſque ſum; neque fieri poteſt, ut in illam ingratus unquam videar. Quid igitur? Quo-

niam

στῆναι τὴν χαλκῆν εἰκόνα. Πεποίηται δὲ ἔναγχος ἀνδριὰς τῷ μεγέθει κολοσσικὸς, ὃν ἀναστήσαντες ἕξετε, ἀντὶ ἀναθήματος λιθίνου χαλκοῦν, ἀνδρὸς, οὗ φατε ποθεῖν εἰκόνα, καὶ μορφὴν, ἀντὶ τριγώνου λίθου χαράγματα ἔχοντος Αἰγύπτια. Καὶ τὸ λεγόμενον δὲ, ὥς τινές εἰσιν οἱ θεραπεύοντες καὶ προσκαθεύδοντες αὐτοῦ τῇ κορυφῇ, πάνυ με πείθει χρῆναι, τῆς δεισιδαιμονίας ἕνεκα ταύτης, ἀπάγειν αὐτόν. Οἱ γὰρ θεώμενοι τοὺς καθεύδοντας ἐκεῖ, πολλοῦ μὲν ῥύπου, πολλῆς δὲ ἀσελγείας περὶ τὸν τόπον, ὡς ἔτυχεν, οὔσης, οὔτε πιστεύουσιν αὐτὸν θεῖον εἶναι, καὶ διὰ τὴν τῶν προσεχόντων αὐτῷ δεισιδαιμονίαν ἀπιστότεροι περὶ τοὺς θεοὺς καθίστανται. Δι' αὐτὸ δὴ οὖν τοῦτο καὶ μᾶλλον ὑμῖν προσήκει συνεπιλαβέσθαι, καὶ πέμψαι τῇ ἐμῇ πατρίδι, τῇ ξενοδοχούσῃ καλῶς ὑμᾶς, ὅτε εἰς τὸν Πόντον εἰσπλεῖτε, καὶ ὥσπερ εἰς τὰς τροφὰς, καὶ εἰς τὸν ἐκτὸς κόσμον συμβάλλεσθαι: πάντως οὐκ ἄχαρι καὶ παρ' αὐτοῖς ἑστάναι τι τῶν ὑμετέρων εἰς ὃ προσπλέοντες τῇ πόλει μετ' εὐφροσύνης ἀποβλέψετε.

niam & vos non minùs, quàm patriam amo, do ut & apud vos aëreum erigatur Simulacrum. Facta eſt autem nuper Statua coloſſeâ magnitudine, quam vos erigentes habebitis, pro lapideo donario aëreum, viri, cujus ſimulacrum, & formam deſiderare dicitis, pro triangulo lapide Aegyptiis notis inſcripto. Et, quod vulgo fertur, quoſdam eſſe Therapeutas, qui Obeliſci hujus vertici indormiant, valde mihi perſuadet, ob hujuſmodi ſuperſtitionem, oportere ipſum abduci. Nam qui inſpiciunt indormientes ibi, multaſque ſordes, ac flagitia loco, ut caſus tulit, circumfuſa, illum minimè arbitrantur quid divinum eſſe, & propter eorum, qui ſaxo eidem immorantur, ſuperſtitionem, minus de Diis credunt. Idcirco igitur magis etiam vobis convenit incoeptum adjuvare, ſaxumque illud ad patriam meam mittere, quae vos honeſto excipere ſolet hoſpitio, quando in Pontum navigatis, & quemadmodum annonâ deferendâ, ita & externo Urbis ornatu augendo opem veſtram conferre. Neque omnino vobis ingratum erit, apud nos ipſos aliquid veſtrum exſtare, in quod, quum ad Urbem adnavigatis, cum hilaritate in poſterum reſpiciatis.

NOTAE.

EPiſtolae hujus priora capita primùm Pariſiis edidit A. C. 1601. Nicolaus Rigaltius V. C. At poſt particulas illas τί οὖν aliud alterius Epiſtolae, ad Paraſitum quemdam ſcriptae, fragmentum adtexuit, unam è duabus diverſis Epiſtolam efformans. Sibi tamen aliquam de hujuſmodi monſtro ſuſpicionem obortam vir ingenuus nequaquam diſſimulans, haec verba praemittenda cenſuit. *Summa Epiſtolae, modò una ſit, haec eſt. Julianus obeliſcum, qui Alexandriae pro derelicto erat, in Patriam Conſtantinopolim, quod olim tentaverat Conſtantius, devehi cupit, ſtudio Patriae exornandae. Id fortean Dionyſius Conſtantii, Magnentiique paraſitus, & adſentator, crimini, ambituique tribuebat. Eam ob rem ſermone converſo, totam fere in ejus animadverſione Epiſtolam eleganter inſumit, & paraſiticos mores bellè depingit.* Verum in Petaviana editione, ab eodem Rigaltio Bibliothecae Pariſienſis praeſidio ſubinde emendata, error hic ſublatus eſt, atque in duas Epiſtolas, ambas quidem mutilas, informis Epiſtola meritò diſtincta apparuit. Clariſs. ſubinde Spanhemius in noviſſima Juliani editione Petavium prudenter ſequutus, in duas partitus eſt Epiſtolas, hoc eſt LVIII. & LIX. ita tamen ut integram priorem fuerit arbitratus, quae in editione Petavii rectiùs tamquam in fine mutila, ac veluti fragmentum, prodiit. En igitur completam habemus Epiſtolam, quam ad Alexandrinos Julianus Auguſtus ſcribit, utinam à mendis quoque omnibus expurgatam. Ejus argumentum eſt. Obeliſcus variis characteribus Aegyptiacis, ſive Hierogliphicis, exornatus, Alexandrino in litore derelictus jacebat. Illum pridem aſportare conſtituerat Conſtantius Imperator, ut Conſtantinopoli in Urbis ornamentum collocaret. Honeſtum conſilium mors interrupit. Votum itaque Conſtantii irritum Julianus complere cupiens, eumdem ab Alexandrinis lapidem petit, eiſque contra permittit, ut pro Obeliſco Simulacrum viri cujuſdam excitent, cujus effigiem aeternitati commendare iidem cupiebant. Aliam rationem addit, cur ab iis Obeliſcum depoſcat; quòd videlicet acceperit, ſordibus immerſum, neglectumque illum jacere, ita ut ejus vertici quidam indormire ſolerent. Quae res Juliano minimè ferenda videbatur, quippe in opprobrium Deorum cedebat, quibus, ac praecipuè Soli, dicatus à coeca Ethnicorum gente fuerat Obeliſcus. Illum igitur in Conſtantinopolis litore erigendum ait, ut ab Alexandria in Pontum navigantibus nobile monumentum occurrat.

Ο᾽βελον. *Obeliſcum*. Qui Romanas antiquitates vel inviſit umquam, vel beneficio librorum intellexit, quid ſint Aegyptiaci Obeliſci, continuò norit. Illuſtrem tamen de iis Ammiani Marcellini locum referre juvat. *Eſt autem*, inquit is Lib. XV. Hiſt. *Obeliſcus aſperrimus lapis in figuram metae cujuſdam, ſenſim ad proceritatem conſurgens excelſam, utque radium imitetur, gracileſcens pauliſper, ſpecie quadrata in verticem productus anguſtum, manu laevigatus artificis: formarum autem notas, Hieroglyphicas appellatas, quas ei undique videmus inciſas, initialis ſapientiae vetus inſignivit auctoritas*. Singulos Obeliſcos tum Romae, tum alibi adhuc exſtantes, ſpiſſo Opere Athanaſius Kircherus è Soc. Jeſu Scriptor celebris deſcripſit, atque interpretari conatus eſt: quo ſucceſſu, videant Eruditi.

Κωνςάντιος. *Conſtantius*. Non hunc tantummodo Obeliſcum ab Aegypto abducere Conſtantio Imperatori cura fuit; alterius enim, eo imperante, delati mentionem facit laudatus Ammianus his verbis: *Et quia ſufflantes adulatores ex more Conſtantium, id ſine modo ſtupebant, quod quum Octavianus Auguſtus Obeliſcos duos Heliopoli Civitate tranſtuliſſet Aegyptia, quorum unus in Circo maximo, alter in Campo locatus eſt Martio, hunc recens advectum difficultate magnitudinis territus nec contrectare auſus eſt, nec movere &c.* Quid factum ſit de poſtremo hoc Obeliſco addit: *Impoſitus navi per maria, fluentaque Tibridis velut paventis, ne quod pene ignotus miſerat Nilus, ipſe parum ſub emeatus ſui diſcrimine moenibus alumnis inferret, defertur in vicum Alexandri, tertio lapide ab Urbe ſejunctum; unde chamulcis impoſitus, tractuſque leniùs per Oſtienſem portam, piſcinamque publicam, Circo illatus eſt Maximo*. Pergit autem deſcribere Ammianus, quot molibus Obeliſci illius erectio procurata fuerit, quem enormis, ac inuſitatae amplitudinis navis, trecentis remigibus impulſa, per maria vexerat. Atque hic ille eſt altiſſimus Obeliſcus, quem diu proſtratum incredibili animi magnitudine in Campo Lateranenſi Anno 1588. erigendum rurſus curavit Sixtus V. Pont. Max. Quod Romae ſeniori praeſtiterat, idem juniori, hoc eſt Conſtantinopoli, ſe praeſtiturum Conſtantius ſperabat. Jamque è loco dimotus Obeliſcus, atque in litore Alexandrino jacens, vectorium navigium expectare videbatur, quum Conſtantius unà cum vita ſaxi devehendi conſilium poſuit. An voti poſtea ſui compos Julianus fuerit factus, incertum mihi. Exſtabant adhuc in Conſtantini Urbe aliquot Obeliſci Aegyptiaci, tempore Petri Gylii Galli, qui ejuſdem Civitatis Topographiam literis conſignavit. Fortaſſe inter illos locum quoque impetravit, qui in hac Epiſtola memoratur.

Ἀντὶ τριγώνȣ. *Pro triangulo lapide.* In MS. legebatur ἀντ' τριτώνȣ. Sed quid ſit *lapis tritonius*, nuſquam me legere memini; & nemo alius fortaſſe meminerit. Quare ſcribendum τριγώνȣ ſum arbitratus, ut ſignificetur *triangulare* ſaxum, quamquam non ignorem, ceteros Obeliſcos, quippe quadrangulares, emendationi huic parum favere. Videant alii.

Θεραπεύοντες. *Therapeutae.* Ita in MS. Codice legitur. Quo nomine pii tantùm viri ſignificari hoc in loco poſſunt. Hujuſmodi autem poſſit eſſe ſenſus Juliani: Quoſdam audio, qui ſe pios arbitrantur viros, & nihilominus in Obeliſci hujus faſtigio indormiunt. Quum verò Diis, quibus ſacratus eſt lapis ille, id ſummo dedecori à viatoribus, atque inſpicientibus vertatur, hac etiam ratione incitatus Obeliſcum abducendum conſtitui. Quin θεραπευόντων vocabulo homines Ethnicae ſuperſtitioni addictos Julianus deſcribere potuerit, nullum mihi eſt dubium. Attamen ratione potiori Chriſtianam gentem, & praecipuè Monachos, heic intelligendos eſſe ſuſpicor. Certè olim Chriſtiani θεραπευταὶ, *Therapeutae*, quod idem eſt ac θεραπεύοντες, appellabantur, quum pii cultores, famulique Dei eſſent, ut Clemens Alexandr. Lib. V. Strom. auctor eſt. Dionyſius verò, quem Areopagitam credidere multi, quiſquis ille ſit, antiquiſſimus profectò Auctor, Cap. VI. de Eccleſ. Hier. Chriſtianos Monachos eodem nomine donat. En ejus verba: Οἱ θεῖοι καθηγεμόνες ἡμῶν, ἐπωνυμιῶν αὐτȣ̀ς ἱερῶν ἠξίωσαν, οἱ μὲν θεραπευτὰς, οἱ δὲ Μοναχȣ̀ς ὀνομάζοντες, ἐκ τῆς τȣ̃ θεȣ̃ καθαρᾶς ὑπηρεσίας καὶ θεραπείας. *Sancti praeceptores noſtri divinis eos appellationibus ſunt proſequuti; alii quidem Therapeutas, ſive cultores, alii verò Monachos à ſincero Dei cultu denominantes, &c.* Sed notiſſimum teſtimonium his adde, nempe, celebre quorumdam hominum, ſolitariam vitam in Aegypto, ac potiſſimum circa Alexandriam degentium, genus olim fuiſſe, qui *Therapeutae* appellabantur. Cujus rei auctores habemus tum Euſebium Lib. II. Cap. XVII. Hiſt. Eccleſ., tum Philonem in Lib. de Vita contempl. Hos verò *Therapeutas*, ſive *Eſſenos*, non Judaeos, ſed Chriſtianae Religioni addictos fuiſſe, S. Hieronymus in Lib. de Script. Eccleſ. in Marco, & in Philone tradit, cui etiam conſentiunt S. Epiphanius Haereſi XXIX. Sozomenus Lib. I. Cap. XII. in fine, Beda, Nicephorus, aliique. A nonnullis quidem eruditis viris ſententia haec in dubium vocatur. At nihil nobis eorum conatus officiunt, quippe è Hieronymo, aliiſque Scriptoribus certum fit, ſaltem Juliani temporibus *Monachos*, ſive *Therapeutas* Chriſtianos in Alexandrino

drino agro floruiſſe. Quumque itidem conſtet è Philone, eos in villis, ac hortis habitaſſe, à verò propterea non abhorret, horum quoſdam in Obeliſco proſtrato aliquando incubantes fuiſſe deprehenſos: quod, quaſi in Deorum dedecus fieret, iniquo animo Julianus tulerit. Num verò hi *Therapeutae*, iidem fuerint ac Eſſeni à Philone commemorati, itemque num Apoſtolorum temporibus Chriſtianae Religioni dederint nomen, exquirendum aliis relinquo.

Θεῖον εἶναι. Quid divinum eſſe. Duabus ex cauſſis Obeliſcos quid *divinum* Julianus appellat. Prima eſt, quòd Soli ab Ethnicis, ac praeſertim ab Aegyptiis culto, Obeliſci plerique dicati fuerint. Praeter Herodotum, Diodorum, alioſque Scriptores, Plinius id hiſce verbis affirmat: *Trabes ex eo* (hoc eſt ex Alabandico marmore) *fecere Reges quodam certamine, Obeliſcos vocantes, Solis Numini ſacratos*. Altera cauſſa eſt, quòd ſacris literis, abditiſque ſuperſtitionis profanae Myſteriis ſinguli Obeliſci inſignirentur. *Hieroglyphica* idcirco dici eaedem notae ſolebant. Nil igitur mirum, ſi tanta religione ſaxa hujuſmodi obſervanda Ethnicus Imperator arbitraretur.

Εἰς τὸν Πόντον. Vitioſè legebatur in MS. Codice *εἰς τὸν Πόντων*. Ab Alexandria Conſtantinopolim versùs navigantes, in Pontum tendere dicuntur, niſi potius ſignificare velit, Alexandrinos in Pontum navigantes lambere oras Conſtantinopolis.

Καὶ ὥσπερ εἰς τὰς τροφάς. Et quemadmodum annona deferenda. Aegyptus ſuis frugibus non ſuos tantùm populos, ſed Romam ipſam, aliaſque Provincias antiquitus paſcere videbatur, ut Plinius in Paneg. tradit. Hinc etiam diſcimus, ad juniorem Romam Alexandrinos devehere conſueviſſe magnam commeatuum copiam. In MS. Cod. deeſt illud *καί*. Salvinius addendum opportunè monuit.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς δῆμον εὐφημήσαντα ἐν τῷ Τυχαίῳ. β'.

Εἰ μὲν εἰς τὸ θέατρον λαθὼν εἰσῆλθον, εὐφημεῖτε, εἰ δὲ εἰς τὰ ἱερά, τὴν ἡσυχίαν ἄγετε, καὶ μετενέγκατε ὑμῶν τὰς εὐφημίας εἰς τοὺς θεούς. μᾶλλον δὲ οἱ θεοὶ τῶν εὐφημιῶν χρήζουσιν.

Ejuſdem ad populum acclamantem in Tychaeo. II.

Siquidem in Theatrum latenter ingrediar, acclamate; ſin autem in Templa me conferam, ſilentium agite, & acclamationes veſtras in Deos transferte. Plauſus, & bona verba potiori jure Diis debentur.

NO-

NOTAE.

EDictum potius, quàm Epiſtola Juliani, haec videatur. Populo videlicet praecipit, ut ſibi Theatrum quamquam latenter ingredienti plaudant, nequaquam verò Templum intranti; plauſus enim in Templo Superos tantùm decent. Alius tamen eſſe poſſit ſenſus, ſi pro *acclamate*, *agite*, & *transferte* legamus *acclamatis*, *agitis*, ac *transfertis;* tunc enim ſignificat, populum à Juliano corripi, quòd ſe in Theatrum clam ingredientem acclamationibus exciperent, ſilentium verò in Templo agerent. Qui ſenſus à MS. Cod. probari videtur, in cujus fine habetur ὀ χρήζουσιν, hoc eſt *non amant;* quaſi dicat: cur plauſus veſtros ad Numina transfertis, quae hujuſmodi acclamationibus minimè delectantur, aut indigent? Nihilominus prior ſententia magis titulo conſona videtur; quippe haec ad populum dicuntur non ſilentem in Templo, ſed acclamationibus fauſtis Juliano gratulantem: quod verſutus Apoſtata ſe improbare ſignificabat, ut gloriam potius Deorum, quàm ſuam quaerere videretur. Quare ſuſtuli illud ὀ ex χρήζουσιν, & ſcripſi εὐφημήσαντα, pro quo erat in titulo εὐψημήσαντα.

Ἐν τῷ Τυχαίῳ. *In Tychaeo*. Templum Fortunae dicatum, ſeu Τύχης ναὸν, Tychaeum fuit. Tale Templum Conſtantinopoli exſtructum aut à Byzante, aut ab aliis, tradit Heſychius Mileſius, & Zozimus Lib. II. Hiſt. pag. 587. Clariſſimus tamen Du-Freſnius in Conſtantinop. Chriſtiana Lib. II. Cap. IX. non Fortunae Templum, ſed Simulacrum dumtaxat Conſtantinopoli excitatum arbitratur. Cui conſentire vix poſſum, tum quòd hinc diſcamus, *Tychaei* nomine Templum aliquod eſſe accipiendum, quum infra τὰ ἱερὰ, hoc eſt, *Sacra* ibidem fieri, atque à populo acclamationes dari Julianus affirmet; tum etiam quòd Socrates Lib. III. Cap. XI. Hiſt. Eccleſ. ſcribat, Julianum hoſtias immolantem *Fortunae* in Baſilica, in qua ejuſdem *Fortunae*, ſeu Τύχης, poſitum erat Simulacrum, à Mari Epiſcopo Chalcedonenſi objurgatum fuiſſe. Accipe hujus verba; θυσίαν δὲ ἐπετέλει τῇ τοῦ Κωνσταντίνου πόλεως Τύχῃ δημοσίᾳ ἐν τῇ Βασιλικῇ, ἔνθα καὶ τὸ τῆς Τύχης ἵδρυται ἄγαλμα. *Hoſtias verò publicè immolavit Conſtantinopolitanae Urbis Fortunae in ea Baſilica, in qua locatum eſt ejuſdem Fortunae Simulacrum*. Eadem repetunt Nicephorus Calliſti Lib. X. Cap. XX. & Suidas V. *Mares*. Hanc quidem Τύχην pro *Genio*, non pro *Fortuna*, Valeſius, ac Du-Freſnius acci-

accipiendam ſunt arbitrati, ideoque *Tychaea* interpretantur *Templa Geniis publicis* poſita. At dum concedant, *Tychaeum* fuiſſe Templum, ego reliqua non moror.

Τȣ αὐτȣ πρὸς ζωγράφον. γ'.

ΕΙ' μὲν μὴ εἶχον, καὶ ἐχαρίσω μοι, συγγνώμης ἦσθα ἄξιος: εἰ δὲ εἶχον μὲν, ȣκ ἐχρησάμην δὲ, τȣς θεȣς ἔφερον, μᾶλλον δέ ὑπὸ τῶν θεῶν ἐφερόμην. Σύ μοι ἀλλότριον σχῆμα πῶς ἐδίδȣς, ἑταῖρε; οἷόν με εἶδες, τοιȣτον καὶ γράψον.

Ejuſdem ad Pictorem. III.

Siquidem non haberem, & mihi fuiſſes gratificatus, venia dignus eſſes. Sin autem haberem, neque uterer, Deos ferrem; imò potius Dii me ferrent. Tu verò quare alienum mihi habitum dediſti, ò amice? Qualem me vidiſti, talem etiam pingito.

NOTAE.

Epiſtola haec Delio natatore indiget. Aut aliquid deſiderari, aut aliqua verba corrupta heic eſſe, cenſeo. Fortaſſe pro εἶχον in duobus locis legendum eſt εἰκών, & tunc iſte ſenſus extundi poſſet: *Si icon, qua me gratificatus es, mea non eſſet, venia ſanè te dignum putarem. Sin autem mea eſſet, mihique aliqua ex parte reſponderet, Deos ferrem &c.* Juliani effigiem Pictor quidam delinearat, ſed fortaſſis inconcinnè, formâque Juliano aut minimè reſpondente, aut aliâ quàm ipſe vellet. Hinc illum Imperator objurgat. Quid porro ſit *Deos ferrem, imò potius Dii me ferrent*, libenter me non aſſequi fateor. Id noverat pictor unus. Attamen dicam, Julianum fortaſſe unà cum Diis, ſed ineleganter, pictum fuiſſe, aut etiam non Imperatoris, ſive Philoſophi, ſed Numinis ſpecie. Auctor eſt Sozomenus, Juliani viventis imaginem pingi conſueviſſe unà cum Jove, Marte, ac Mercurio, ut idem honor ſibi ac Diis haberetur: quod etiam teſtatur Nazianzenus. Aliunde etiam intelligere poſſumus, Julianum ſub Numinis alicujus vultu ſe pingi feciſſe, uti olim Domitianus, Commodus, aliique praeſtitere. Hinc aliqua lux affulgeat.

Τοῦ αὐτοῦ Ἀρσάκῃ Ἀρμενίων Σατράπῃ. δʹ.

ΕΠείχθητι πρὸς τὴν παράταξιν, Ἀρσάκιε, θᾶττον ἢ λόγος, τὴν δεξιὰν κατὰ τῆς Περσικῆς μανίας ὁπλίσας, ἡ γὰρ ἡμετέρα παρασκευή τε, καὶ προθυμία δυοῖν θάτερον βεβούλευται, ἢ τὸ χρεὼν ἀποδοῦναι ἐπὶ τῆς Παρθυαίων (*) εὐοδίας τὰ μέγιστα διαπραξαμένους, καὶ τὰ δεινότατα διατιθεμένους τοὺς ἀντιπάλους, ἢ τούτους χειρωσαμένους, πρυτανευόντων ὑμῖν τῶν θεῶν, καλλινίκους ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν ἐνεγκαμένην, τρόπαια κατὰ τῶν πολεμίων ἐγείραντας. Πᾶσαν οὖν ῥαστώνην, καὶ φενακισμὸν ἀποθέμενος, καὶ τὸν μακαρίτην ἐκεῖνον Κωνσταντῖνον, καὶ τὰς τῶν εὐγεγονότων περιουσίας, τὰς οὓς σέ τε, καὶ τοὺς ὁμοτρόπους σοι βαρβάρους ὑπὸ τοῦ ἁβροτάτου, καὶ πολυετοῦς Κωνσταντίου κενωθείσας, νῦν σοι τὸν Ἰουλιανὸν, τὸν Ἀρχιερέα, τὸν Καίσαρα, τὸν Αὔγουστον, τὸν Θεῶν τε καὶ Ἄρεως θεραπευτὴν (**) εὐνόϊστον, τὸν Φραγκῶν τε, καὶ βαρβάρων ὀλετῆρα, τὸν Γάλλων τε, καὶ Ἰταλῶν ἐλευθερωτήν. Εἰ δὲ ἕτερόν τι βουλεύσαιο, πυνθάνομαι γὰρ εἶναί σε πανοῦργον, καὶ κακὸν στρατιώτην, καὶ ἀλαζόνα, ὡς τὰ παρόντα μοι πράγματα δείκνυσιν: ἐχθρὸν γάρ τινα τῆς κοινῆς λυσιτελείας λανθάνοντα ἀποκρύπτειν παρά σοι πειρᾷς, καὶ τίως

Ejuſdem Arſaci Armeniorum Satrapae. IV.

AD aciem propera, Arſacie, celeriùs quàm ſermo, dexteram contra Perſicum furorem obarmans; noſter enim bellicus apparatus, animique promtitudo alterutrum conſtituit, aut naturae debitum perſolvere, poſtquam in plana Parthorum expeditione maxima confecerimus, atque adverſarios graviſſimè affecerimus, aut iiſdem in ſervitutem redactis, Diis noſtra gubernantibus, in patriam reverti victores, trophaeis adverſus hoſtes ſtatutis. Omnem igitur deſidiam, atque tergiverſationem abjiciens, Divumque illum Conſtantinum, & nobilium facultates, quas in te non ſolum, ſed in tui ſimiles barbaros molliſſimus, ac annoſus Conſtantius olim exhauſit, pro nihilo ducens, nunc tibi Julianum Pontificem Maximum, Caeſarem, Auguſtum, Deorum ac Martis cultorem, benevolum facito, qui & Francorum, & Barbarorum perditor, Gallorum verò, atque Italorum liberator eſt. Quod ſi aliud fortè cogitaveris: audio enim te verſutum eſſe, malumque militem, & ſuperbum, ut res ipſa mihi fidem facit, quum hoſtem quemdam publicae utilitatis apud te latitantem abſcondere, atque inte·

(*) MS. habet εὐπορίας.
(**) MS. habet εὐνόϊστον.

τέως μὲν τοῦτο ὑπερτιθέναι διὰ τὴν τοῦ πολέμου τύχην: ἀρκεῖ γὰρ ἡμῖν ἡ τῶν θεῶν συμμαχία πρὸς τὴν τῶν πολεμίων αθαίρεσιν. Εἰ δέ τι τὰ τῆς εἱμαρμένης κρίνειε (θεῶν γὰρ βούλησις ἡ ταύτης ἐξουσία), ἀδεῶς, καὶ γενναίως οἴσω τοῦτο. Γσθι δὲ, ὡς σὺ μὲν πάρεργον ἔσῃ τῆς Περσικῆς χειρὸς, συναφθείσης σοι παγγενεὶ τῆς ἑστίας, καὶ τῆς Ἀρμενίων ἀρχῆς: κοινωνήσει δέ σοι τῆς δυστυχίας καὶ ἡ Νησιβίων πόλις, τῶν οὐρανίων θεῶν τοῦτο πάλαι ἡμῖν προαγορευσάντων.

interim hoc differre propter belli fortunam videare: Nobis ſatis eſt Deorum auxilium, ut hoſtes cunctos internecione deleamus. Sin verò aliud Fatis placuerit (horum enim poteſtas Deorum voluntas eſt) ſecurè, & fortiter hoc feram. Scito tamen, incenſâ tibi funditus domo, atque exciſo Armeniorum Imperio, te Perſici furoris appendicem fore. Communem verò tecum calamitatem ſubibit Neſibiorum Civitas, coeleſtibus Diis hoc olim nobis praenunciantibus.

NOTAE.

PErierat egregium hoc monumentum, quo teſte ad Juliani Parabatae impietatem in Chriſtianos, & jactantiam prodendam uſi ſunt veteres Hiſtorici. En quae habeat Sozomenus, cui ſanè haec Epiſtola ignota non fuit. Ἀρσακίῳ δὲ τῷ Ἀρμενίων ἡγουμένῳ συμμαχοῦντι Ῥωμαίοις, ἔγραψε συμμίξαι περὶ τὴν πολεμίαν ἀπαυθαδειασάμενός τε πέραν τοῦ μετρίου ἐν τῇ ἐπιστολῇ, καὶ αὐτὸν μὴν ἐξάρας ὡς ἐπιτήδειον πρὸς ἡγεμονίαν, καὶ φίλον οἷς ἐνόμιζε θεοῖς, Κωνσταντίῳ τε, ὃν διεδέξατο, ὡς ἀνάνδρῳ, καὶ ἀσεβεῖ λοιδορησάμενος, ὑβριστικῶς μάλα ἠπείλησεν αὐτῷ, καὶ ἐπεὶ Χριστιανὸν ὄντα ἐπυνθάνετο, ἐπιτείνων τὴν ὕβριν, ἢ βλασφημεῖν ἃ μὴ θέμις σπουδάζων εἰς τὸν Χριστὸν (τοῦτο γὰρ εἰώθει παρ' ἕκαστα τολμᾷν) ἀπεκόμπασεν ὑποδηλῶν ὡς οὐκ ἐπαμύνοι ὃν ἡγεῖται Θεὸν ὀλιγωροῦντι τῶν προστεταγμένων. Quae ita Henricus Valeſius Latinè reddidit: *Scripſit praeterea Arſaci Armeniorum Regi, & ſocio Romanorum, ut juxta fines Perſarum ipſi occurreret. Qua in Epiſtola poſtquam ultra modum gloriatus eſſet, ac ſe quidem ipſe extuliſſet, tamquam imperio idoneum, & Diis, quos colebat, acceptum: Conſtantium verò deceſſorem ſuum, ut ignavum, & impium vituperaſſet, contumelioſis admodum verbis ei minatus eſt. Et quoniam eum Chriſtianum eſſe acceperat, contumeliam exaggerans, aut in Chriſtum impia loqui geſtiens (id enim ſubinde praeſumere ſolebat) cum faſtu, & jactantia ei denunciavit, Deum illum, quem colebat, nequaquam ipſi opem laturum eſſe, ſi imperata facere neglexiſſet.*

Haec eadem à Sozomeno mutuatus eſt Nicephorus Calliſti Lib. X. Cap. XXXIV. quae tamquam Epiſtolae hujus argumentum inſervire poſſunt, quamquam (ut verum fatear) nonnulla heic deſiderari videantur, quae Sozomenus legerat. Certum nihilominus eſt, vel eodem Sozomeno docente, innoteſcere tempus, quo haec Julianus ſcripſit, Annum videlicet Chriſti 363., quo expeditionem in Perſas Apoſtata ſuſcepit ſuae vitae funeſtiſſimam. Singula nunc perſequamur.

Α᾽ρσάκῃ. *Arſaci*. Scribendum fuerat Α᾽ρσακίῳ; hujuſmcdi enim declinatione infra uſurpatur hoc nomen, ubi legitur Αρσάκιε *Arſacie*. Neque aliter illud Sozomenus effert. Ipſe Julianus Epiſtolam XXXXIX. in editione Spanhemiana ſcribit alteri Α᾽ρσακίῳ *Pontifici Galatiae*. Arſaces autem hic, Armeniorum Σατράπης, *Satrapa* à Juliano, à Sozomeno verò τῶν Α᾽ρμενίων ἡγέμενος, hoc eſt, *Armeniorum Praeſes*, appellatur. Revera tamen Arſacem Regis titulo Armeniam rexiſſe, fidem facit eorum temporum aequalis Ammianus Marcellinus Lib. XXIV. & XXV. Hiſtor. Quumque is Romanorum fidiſſimus eſſet ſocius, ejus idcirco opem, bellum in Perſas ducturus poſcebat Julianus. *Solum*, inquit laudatus Hiſtoricus Lib. XXIV. *Arſacem monuerat Armeniae Regem, ut collectis copiis validis jubenda opperiretur, quò tenderet, quid deberet urgere, propere cogniturus*. At opem imploratam Julianus haudquaquam impetraſſe videtur, eodem Ammiano haec tradente: *Accedebat aliud haud exiguum malum quod nec adminicula, quae praeſtolabamur, cum Arſace, & noſtri* (*) *ducibus apparebant, ob cauſſas impedita praedictas*.

Ε᾽πὶ τῆς Παρθυαίων εὐοδίας. *In plana Parthorum expeditione*. Legitur in MS. Codice εὐορίας, quam vocem emendandam eſſe duxi. Sed cur inimicam gentem modò *Perſas*, modò *Parthos* Julianus appellat? Ea ratio eſt, quòd quum olim Parthi, antiquo Arſace duce (unde Arſacidarum progenies) Perſidem occupaſſent, Provincia haec, ſeu Regnum à victoribus cognomentum accepit. Quare Plinius de Perſide ſcribens, illam *in Parthorum jampridem translatam nomen* affirmat: quod & ejus expilator Solinus Cap. LIV. Polyhiſt. repetit. Ammianus quoque Marcellinus Juliani aequalis ita Lib. XXIII. Hiſtor. loquitur. *Hoc Regnum* (ſcilicet *Perſidis*) *quondam exiguum, multiſque antea nominibus appellatum, quum apud Babylona Magnum rapuiſſent fata Alexandrum, in vocabulum Parthi conceſſit Arſacis*. Quare nil mirum, ſi & Juliani aevo *Parthorum* appellatio genti *Perſicae* communis foret. Certè ipſemet Apoſtata Caeſar pluribus

(*) Forte *noſtris*.

ribus in locis *Parthorum*, *Perſarumque* nomina confudit, ut videre eſt in ejus Orat. Prima, monueruntque Petavius, ac Spanhemius in Notis ad eamdem. Similia apud Ammianum, imo & apud veteres Poëtas animadvertere liceat. Quibus perſpectis, nova lux iis accedit, quae in Adnotationibus ad Natal. XI. S. Paulini Tom. I. (*) Anecdot. dixi, ubi S. Matthaei Apoſtoli corpus in *Parthia* tumulatum dicitur, quum ab aliis Scriptoribus in Perſide collocatur.

Κωνσταντῖνον. *Conſtantinum*. Quid erga Arſacem, Armenioſve Conſtantinus Magnus egerit, & cur heic à Juliano memoretur, mihi non ſatis conſtat. Armeniae populis (quod ſcio) Regem Conſtantinus olim dederat, eo uſus jure, quod in eam Provinciam, Diocletiano regnante, Romanis Imperatoribus partum fuerat. Cujus rei auctorem habeo Aurelium Victorem in Epitome Hiſtor. ubi haec tradit: *Hannibalianus Delmatii Caeſaris conſanguineus Armeniam, Nationeſque circumſocias regendas habuit*. Quod idem ab Anonymo Scriptore apud Valeſium in notis ad Ammianum confirmatur. Regio autem titulo Ponticas regiones, & Armeniam ab Hannibaliano adminiſtratas, nonnullorum Nomiſmatum beneficio diſcimus, in quibus legitur FL. CL. HANNIBALIANO REGI. Vide Du-Freſnium in Fam. Aug. Byzant. & Anonymum de geſtis Conſtantini. Heic igitur beneficia in Armenios à Conſtantino collata forſitan ſignificantur.

Κωνσταντίου, *Conſtantii*. Hoc in loco mihi aquam haerere lubenter fateor; non enim aſſequi poſſum, quid ſibi velint τῶν εὐγενούτων περιουσίαι, *nobilium facultates* in Arſacem, alioſque barbaros, ut heic dicitur, à Conſtantio effuſae. Neſcio an praeſidium ab ipſomet Juliano ſit expectandum; etenim is auctor eſt in Orat. I. quae eſt in Conſtantii Imperatoris laudem, Armenios poſt Magni Conſtantini ſupremum diem à Romanorum fide, ac ſocietate defeciſſe. Α'ρμένιοι, inquit, παλαιοὶ σύμμαχοι στασιάζοντες, καὶ μοῖρα σφῶν οὐ φαύλη Πέρσαις προσθέμενοι, τὴν ὅμορον σφίσι λῃσταῖς κατατρέχοντες &c. *Armenii veteres ſocii res novas moliebantur, & non minima ſui parte ad Perſas defecerant, noſtrique imperii limites latrociniis vexabant &c.* Narrationem Julianus proſequitur, atque ubi in eoſdem populos ſuſceptam à Conſtantio Auguſto expeditionem retulit, mitiſſimè quoque gentem illam habitam fuiſſe, addit. Α'ρμενίων δὲ οἱ προσθέμενοι τοῖς πολεμίοις εὐθὺς μετέστησαν, σοῦ τοὺς μὲν τοὺς αἰτίους τῆς φυγῆς τῷ τῆς χώρας ἄρχοντι πρὸς ἡμᾶς ἐξαγαγόντος, τοῖς φυγοῦσι δὲ

(*) XI. P. I.

δὲ τὴν εἰς τὴν οἰκείαν κάθοδον ἀδεᾶ παρασκευάσαντος. Ideſt: *Ex Armeniis verò, qui ſe ad hoſtes adjunxerant, ad te illico reverſi ſunt quum & eos, à quibus is, qui Provinciae imperabat, fugere compulſus fuerat, ad nos abduxiſſes, & iis qui fugerant, tutum in patriam, ac ſine fraude reditum comparaſſes.* Haec Julianus; è quibus, ni fallor, percipi poteſt, Arſacem, qui tunc *Provinciae imperabat*, ab Armenia fugere compulſum, apud Conſtantium ſe recepiſſe, atque ab iſto rurſus in Regni poſſeſſionem immiſſum. Iſta fortaſſe beneficia ſunt, quae Arſaci, Conſtantius praeſtitit. Nihilominus obſcurum videri mihi hunc locum, non diſſimulo; & aliquod verbis fortè mendum ineſt. Non deerunt etiam, qui non beneficia, ſed injurias à Conſtantino, & Conſtantio populis Armeniis illatas heic memorari ſuſpicentur. Eadem & mihi primùm fuit opinio.

Τȣ̃ ἁβροτάτȣ. *Molliſſimi.* En quàm male Conſtantium habeat ambitioſus Julianus. Illum ἁβρότατον, καὶ πολυέτη, videlicet, *molliſſimum, ignaviſſimum, ac annoſum* appellat. Mihi tamen illud πολυέτη ſuſpectum nimis, abſonumque videtur. Quei enim Conſtantium *ſenem*, atque *annoſum* dicat Julianus, quum ex Eruditorum calculo non ultra annos XLIV. aut ſummum XLV. vitam ille produxerit? Accedit, quòd Sozomenus hujus Epiſtolae, ut ſupra vidimus, mentionem faciens, ait Apoſtatam Conſtantio, ὡς ἀνάνδρῳ, καὶ ἀσεβεῖ, *ut ignavo, ac impio* inſultaſſe. Ubi quod eſt ad alterum Epithetum, nil ſimile heic vides. Nihilominus quicumque *annoſum* retinere velit, ita Conſtantium appellatum cenſeat, ut aut ejus imbecillitas notetur, aut plus quàm par eſſet regnaſſe dicatur.

Νῦν σοι. *Nunc tibi.* Legebatur in MS. Codice νῦν μοι. Hanc igitur emendationem ſenſus ſibi poſcere videbatur.

Ἰȣλιανόν. *Julianum.* En militem glorioſum, en ſuperbos titulos, quibus ſe perfidus Chriſtianae Religionis deſertor efferebat, quique à Sozomeno in ſupra allatis verbis innuuntur. Potiſſimum verò *Pontificis Maximi* titulo gloriabatur Julianus, quem, ubi rerum potitus eſt, unà cum Gentilitatis ſtudio, re ac nomine reſuſcitare conatus eſt, ut ſe in ſuperſtitionis cultu primas obtinere oſtenderet. In Epiſt. LXII. ambitioſè ſimilia profert. Ἐγὼ, inquit, ἐπειδή τέρ εἰμι κατὰ μὲν τὰ πάτρια μέγας ἀρχιερεὺς &c. *Ego, quoniam patriorum Sacrorum Maximus ſum Pontifex &c.*

Φραγκῶν. *Francorum.* In MS. habebatur Φραγκτῶν. Juliani res in Gallia geſtas, ejuſque in Francos victoriam brevibus ab Eutropio Lib. X. accipe. *Ab eo modicis copiis apud Argentoratum Galliae*

urbem

urbem ingentes Alamannorum copiae extinctae ſunt; Rex nobiliſſimus captus; Galliae reſtitutae; multa poſtea per eumdem Julianum egregiè adverſus barbaros geſta ſunt, ſubmotique ultra Rhenum Germani, & finibus ſuis Romanum Imperium reſtitutum. Qui Eutropio *Alamanni*, & *Germani* dicuntur, Juliano ſunt *Franci*, qui à Galliae populis eo tempore diverſi erant. Si plura hac de re quaeris, ipſummet Julianum conſule in Epiſtola, ſeu Libello ad S. P. Q. Athenienſem, ubi gloriam ſibi in bello partam, immo Vitam ſuam oratione multa exponit. Vide & Ammianum.

Ἐχθρὸν. *Hoſtem.* Aut à delicatulo quodam ea, quae in Chriſtum, ſanctamque Religionem noſtram Julianus hac in Epiſtola evomuerat, deleta ſunt; aut quum *publicae utilitatis hoſtem* quemdam latitare apud Arſacem inquit, Chriſtum his verbis impius Imperator ſignificare voluit. Certè, ut ſupra Sozomenus nos docuit, ab hiſce conviciis non abſtinuit Apoſtata ad Arſacem ſcribens; nunciatum quippe illi fuerat, Regem hunc ejurata falſorum Numinum ſuperſtitione, Chriſtianae Fidei dediſſe nomen.

Ἴσθι δὲ. *Scito tamen.* An Juliani mentem planè aſſequutus fuerim, neſcio. At omnia ſibi cohaerere hoc pacto videntur. Sozomenum etiam huic interpretationi conſentire, facile intelligas; tradit enim, Julianum ad Arſacem in haec verba ſcripſiſſe: Deum illum, quem colebat, nequaquam ipſi opem laturum, ſi imperata facere neglexiſſet. Quibus edocemur, Arſaci Julianum ſiniſtros minitatum fuiſſe caſus.

Ἡ Νησιβίων πόλις. *Neſibiorum Civitas.* Neſibis, aut Niſibis, urbs Meſopotamiae celeberrima. Illam pluries arctiſſima obſidione afflictam Romanis eripere conati ſunt Perſae, ut Julianus ipſe in Orat. I. de laud. Conſtantii Auguſti narrat, cui addenda Chronici Alexandrini, Sexti Rufi, & Philoſtorgii teſtimonia. Hanc urbem, ſi a Perſis victoria ſtetiſſet, unà cum Armenia vaſtandam, atque opprimendam Julianus praedicebat. Et revera, ſublato è vivis Juliano ipſo, paceque turpi cum Perſis ab ejus ſucceſſore Joviano (*) conſtitutâ, Neſibis in Perſarum jura tranſiit.

Τῶν οὐρανίων θεῶν. *Coeleſtibus Diis.* Sed unde tanta Juliano confidentia, ut Armeniorum, ac Neſibenae Civitatis calamitates ſibi à Diis praenunciatas affirmet? Id mirum nequaquam videbitur Juliani ſuper-

(*) Robur additur his, quae de *Joviano* ad calcem pag. 180. Part. III. Tomi XI. hujus Edit. adnotavimus, ubi, quidem Librariorum, ſeu Typographorum oſcitantia, *Jovinianum* pro *Jovianum* legebatur.

ſuperſtitionem, ſtultamque eruditionem non ignorantibus. Iis enim temporibus quaedam apud Gentiles ſublimioris, ut ajebant, Sapientiae, atque arcanae Scientiae imago invaluerat, ad quam obtinendam praeviis quibuſdam ſacris, ac myſticis purgationibus uti opus erat. Tum verò, ut Eunapius Sardianus, Ethnicus & ipſe, in Aedeſio tradit, θειασμοὺς nonnullos, ſive *Divinos afflatus*, iſtis initiati ritibus prae ſe ferebant, ſeque in Deorum conſilium, & contubernium receptos venditabant, quo ſibi apud imperitum vulgus venerationem aucuparentur. Jamblichum Chalcidenſem Philoſophum, & Juliani familiariſſimum, tamquam hujus occultioris, ſive divinioris Scientiae principem, eo inclaruiſſe aevo, eruditè cenſuit Spanhemius in Praef. ad Julianum. Hinc factum eſt, ut quoties fidem conſiliis ſuis adjungi Apoſtata vellet. Deorum juſſa, admonitionemque praetenderet. Ita in Epiſt. XIII. ad Julianum avunculum, cur contra Conſtantium ipſe duxerit aciem narrans, haec habet: *τί ὖν ἦλθον; ἱ ἐιδάν μοι οἱ θεοὶ διαῤῥήδην ἐκέλευσαν, σωτηρίαν μὲν ἐπαγγελλόμενοι πειθομένῳ. Cur igitur veni? Quia videlicet Dii apertè hortabantur, ſalutem polliciti, ſi parerem.* Alia ſimilis jactantiae exempla proferre poſſem. At haec ſint ſatis.

Finis Epiſtolarum Juliani.

ΕΠΙ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ' ΙΟΥΛΙΟΥ Ε'ΠΙΣΚΟ'ΠΟΥ Ρ'Ω'ΜΗΣ

πρὸς

Διονύσιον τῆς Α'λεξανδρείας Ε'πίσκοπον.

EPISTOLA JULII EPISCOPI ROMANI

ad

Dionyſium Alexandrinum Epiſcopum.

Θαυμάζω πυνθανόμενος περὶ τινῶν ὁμολογούντων μὲν θεὸν ἔνσαρκον τὸν Κύριον, περιπιπτόντων δὲ τῇ διαιρέσει τῇ κακῶς ὑπὸ τῶν Παυλιανιζόντων εἰσαχθείσῃ. Ε'κεῖνοι μὲν γὰρ Παύλῳ τῷ Σαμοσατεῖ δουλεύοντες, ἄλλον μὲν τὸν ἐξ οὐρανοῦ λέγουσι, θεὸν ὁμολογοῦντες αὐτὸν, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ γῆς ἄνθρωπον λέγοντες: τὸν μὲν ἄκτιστον, τὸν δὲ κτιστὸν: τὸν μὲν αἰώνιον, τὸν δὲ χθεσινὸν: τὸν μὲν δεσπότην, τὸν δὲ δοῦλον: ἀσεβοῦντες, ἄντε προσκυνῶσιν, ὃν λέγουσι δοῦλον, καὶ κτιστὸν, ἄντε μὴ προσκυνῶσι τὸν ἐξαγοράσαντα ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ αἵματι. Οἱ δὲ τὸν ἐξ οὐρανοῦ θεὸν ὁμολογοῦντες ἐκ τῆς παρθένου σεσαρκῶσθαι, καὶ ἕνα εἶναι μετὰ τῆς σαρκὸς, μάτην ταράσσουσιν, εἰς τὰ ῥήματα τῆς ἐκεί-

Admiratione corripior; quum nonnullos audio confiteri quidem Deum Dominum carnem humanam induiſſe, at in diviſionem incidere, quam perverſè invexerunt Paulianiſtae. Etenim qui Paulo Samoſateno addicti ſunt, alium quidem è Coelo ajunt, ipſumque Deum fatentur; alium verò è Terra, quem hominem affirmant; illum increatum, hunc creatum; illum aeternum, hunc heſternum; illum Dominum, hunc ſervum: utrobique impiè agentes, ſive eum, quem dicunt ſervum, atque creatum, adorent, ſive eum, qui proprio nos ſanguine redemit, non adorent. Qui verò è Coelo Deum confitentur ex Virgine carnem ſumſiſſe, unumque eſſe cum carne, fruſtra

νων ἀσεβείας ἐκφερόμενοι. Λέγουσι γὰρ καὶ αὐτοὶ, ὡς ἀκούω, δύο φύσεις, καίτοι τοῦ Ἰωάννου σαφῶς ἕνα ἀποδείξαντος τὸν Κύριον ἐν τῷ λέγειν: ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ τοῦ Παύλου ἐν τῷ λέγειν: εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. Εἰ γοῦν εἷς ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τεχθεὶς ὠνόμασται, καὶ αὐτός ἐστι, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε, μία φύσις ἐστὶν, ἐπειδὴ πρόσωπον ἓν ἔχων εἰς δύο οὐ διαιρεῖται, ἐπεὶ μὴ δὲ 'δία φύσις τὸ σῶμα, ὡς ἰδία φύσις ἡ θεότης κατὰ τὴν σάρκωσιν, ἀλλ' ὥσπερ ἄνθρωπος μία φύσις, οὕτω καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος Χριστός. Εἰ δὲ οὐκ ἐπιγιγνώσκουσι τὸ καθ' ἕνωσιν ἓν, δύνανται καὶ εἰς πολλὰ μερίζειν τὸν ἕνα, καὶ πολλὰς λέγειν φύσεις, ἐπειδὴ πολυειδὲς τὸ σῶμα ἐξ ὀστέων, καὶ νεύρων, καὶ φλεβῶν, καὶ σαρκὸς, καὶ δέρματος, ὀνύχων τε, καὶ τριχῶν, αἵματός τε, καὶ πνεύματος, ἅπερ ἅπαντα διαφορὰν μὲν ἔχει πρὸς ἄλληλα, μία δὲ φύσις ἐστὶν ἀνθρώπου. ὥστε καὶ ἡ τῆς θεότητος ἀλήθεια μετὰ τοῦ σώματός ἐστι, καὶ εἰς δύο φύσεις οὐ μερίζεται. Οὔτε γὰρ οἷόν τε ἦν τὸ ὅλον υἱὸν ἀνθρώπου καλεῖσθαι καταβεβηκότα ἐξ οὐρανοῦ, καὶ υἱὸν θεοῦ γεννηθέντα ἐκ γυναικὸς, εἰ δύο φύσεων διαίρεσιν ἐπιδέχεται. Ἀλλὰ τὸ μὲν καταβεβηκὸς ἐξ οὐρανοῦ ἐκαλεῖτο ἂν υἱὸς θεοῦ, καὶ οὐχ υἱὸς ἀνθρώπου: τὸ δὲ γεννηθὲν ἐκ γυναικὸς ἐκαλεῖτο υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ οὐχ υἱὸς θεοῦ: καὶ τοῦτο ἕπεται

τῇ

turbant, ad illorum ſententiam, atque impietatem accedentes. Dicunt enim & ipſi, ut audio, duas naturas, quamquam Joannes diſertè unum demonſtret Dominum, quum ait: *Verbum caro factum eſt*, & Paulus, quum dicit: *Unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia*. Si igitur unus è ſancta Virgine natus vocatur, idemque ipſe eſt, per quem facta ſunt omnia, una natura eſt; quoniam perſonam unam habens in duo non dividitur, quia neque peculiaris natura eſt corpus, neque peculiaris natura Deitas per incarnationem, ſed quemadmodum homo una eſt natura, ita & in ſimilitudinem hominum factus Chriſtus. Quod ſi minimè illud, quod eſt ſecundum unionem unum, agnoſcunt, poſſunt & in multa illum, qui eſt unus, partiri, multaſque dicere naturas; corpus enim multiforme eſt, quum ex oſſibus, & nervis, & venis, & carne, & cute, unguibuſque, & pilis, ſanguineque, & ſpiritu conſtet: quae revera inter ſe omnia differunt quidem, unam tamen hominis naturam conſtituunt. Quare & Deitatis veritas cum corpore eſt, & in duas naturas minimè dividitur. Neque enim fas eſſet totum illud vocare Filium hominis, qui de Coelo deſcendit, & Filium Dei, qui natus eſt de muliere, ſi duarum naturarum diviſionem ſuſciperet. Sed quod deſcendit de Coelo, vocaretur Filius Dei, & non Filius

homi-

τῇ Παυλιανικῇ διαιρέσει. Ἡμᾶς δὲ αἱ θεῖαι γραφαὶ διδάσκȣσιν, ὡς περὶ ἑνὸς τȣ̃ Κυρίȣ φρονεῖν κατὰ τὴν ἐξ ȣ̓ρανȣ̃ κατάβασιν, καὶ τὴν ἐκ γυναικὸς ἐπὶ γῆς γέννησιν. Οἱ τοίνυν ȣ̃τω φρονȣ̃ντες μὴ εἰς ὁμοφωνίαν τῶν τὰ ἐναντία φρονȣ́ντων ἐκβαινέτωσαν, ἵνα μὴ τῇ διανοίᾳ εὐφημȣ̃ντες τοῖς ῥήμασι (*) δυσφημῶσιν. Ἀνάγκη γὰρ αὐτȣ̀ς δύο λέγοντας φύσεις, τὴν μὲν μίαν προσκυνεῖν, τὴν δὲ ἑτέραν μὴ προσκυνεῖν, καὶ εἰς μὲν θεϊκὴν βαπτίζεσθαι, εἰς δὲ τὴν ἀνθρωπίνην μὴ βαπτίζεσθαι. Εἰ δὲ εἰς τὸν θάνατον τȣ̃ Κυρίȣ βαπτιζόμεθα, μίαν ὁμολογȣ̃μεν φύσιν τῆς ἀπαθȣ̃ς θεότητος, καὶ τῆς παθητικῆς σαρκὸς, ἵνα ȣ̃τως εἰς θεὸν ᾖ τὸ βάπτισμα ἡμῶν, καὶ εἰς τὸν θάνατον τȣ̃ Κυρίȣ τελȣ́μενον. Καὶ γὰρ ȣ̓ φοβȣ́μεθα τȣ̀ς συκοφάντας τȣ̀ς διαιρȣ̃ντας εἰς δύο πρόσωπα τὸν Κύριον, ἐὰν ἡμῶν τὴν ἕνωσιν πρεσβευόντων τὴν εὐαγγελικὴν, καὶ ἀποστολικὴν, βλασφημῶσιν ἡμᾶς, ὡς τὴν σάρκα λέγοντας ἐξ ȣ̓ρανȣ̃. ȣ̓δὲ γὰρ, ὅτε λέγομεν τὸν υἱὸν τȣ̃ θεȣ̃ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, δυνάμεθα βλασφημεῖσθαι, ὡς τὸν λόγον ἐκ γῆς λέγωμεν, καὶ μὴ ἐξ ȣ̓ρανȣ̃. Λέγομεν δὲ τὰ ἀμφότερα, καὶ ἐξ ȣ̓ρανȣ̃ τὸ ὅλον διὰ τὴν θεότητα, καὶ ἐκ γυναικὸς τὸ ὅλον διὰ τὴν σάρκα, ȣ̓κ εἰδότες διαίρεσιν τȣ̃ ἑνὸς προσώπȣ, ȣ̓δὲ ἀποτέμνοντες τȣ̃ ȣ̓ρανίȣ τὸ γήϊνον, ȣ̓δὲ τȣ̃ γηΐνȣ τὸ ȣ̓ράνιον, ἀσεβὴς γὰρ ἡ διατομή. Μὴ ȣ̃ν τοῖς

δια-

hominis; quod autem natum eſt de muliere, vocaretur Filius hominis, & non Filius Dei. Et hoc diviſioni Paulianae conſentaneum eſt. Nos verò Divinae Scripturae docent, & quum è Coelo deſcenſum, & quum ex muliere in terra nativitatem audimus, omnia de uno Domino eſſe intelligenda. Qui igitur ita intelligunt, ac ſentiunt, nequaquam tranſgrediantur ad conſentiendum cum iis, qui contraria ſentiunt, ne bonâ ſententiâ, malis verbis utantur. Qui enim duas dicunt naturas, unam adorent, alteram non adorent, neceſſe eſt, & in divinam baptizentur, non autem baptizentur in humanam. Si verò in mortem Domini baptizamur, unam confitemur naturam impaſſibilis Deitatis, & paſſibilis carnis, ut ſic in Deum, & in mortem Domini Baptiſma noſtrum conficiatur. Etenim calumniatores non veremur in duas perſonas Dominum partientes, ſi nobis unionem Evangelicam & Apoſtolicam afferentibus, ipſi maledicant, tamquam carnem de Coelo dicentibus; neque enim, quum Filium Dei de muliere natum dicimus, culpari poſſumus, quaſi Verbum de terra, non autem de Coelo dicamus. Dicimus autem utrumque; & de Coelo totum per Deitatem, & de muliere totum per carnem, neſcientes diviſionem unius ejuſdemque perſonae, neque diſſecantes à coe-

Iii 2 leſti

(*) MS. habet ἀσφημῶσιν.

διατέμνουσι πρόφασιν διδότωσαν οἱ δύο λέγοντες φύσεις, ὅτε γὰρ τὸ σῶμα καθ' ἑαυτὸ φύσις ἐστὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, ἐπεὶ μηδὲ ζωοποιὸν καθ' ἑαυτὸ, μηδὲ διατέμνεσθαι δυνάμενον ἄνευ τοῦ ζωοποιοῦ λόγου, ὅτε ὁ λόγος καθ' ἑαυτὸν εἰς ἰδίαν μερίζεται φύσιν, ἣν ἔχει κατὰ τὸ ἄσαρκον, ἐπειδὴ ἐν σαρκὶ ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄσαρκος ἐπεδήμησε τῷ κόσμῳ, ὅτε τὸ κτιστὸν σῶμα χωρίζει τῆς ἀκτίστου θεότητος, ἵνα χωρίζῃ τις φύσιν κτιστὴν, ὅτε μὴν ὁ ἄκτιστος λόγος ἐπεδήμησε χωρὶς σώματος, ἵνα μερίζῃ τις ἀκτίστου φύσιν. Εἰ δὲ ἓν ἑκάτερόν ἐστι κατὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὴν σύνοδον, καὶ τὴν σύνθεσιν τὴν ἀνθρωποειδῆ, ἓν καὶ τὸ ὄνομα τῷ συνθέτῳ προσεφαρμόζεται, ἀπὸ μὲν τῆς θεότητος τὸ ἀπαθὲς ἀπὸ δὲ τοῦ σώματος τὸ παθητόν. Καὶ ὥσπερ ἀκούοντες τοῦ Παύλου τὸν Χριστὸν παθητὸν λέγοντος, οὐ μερικῶς ἠκούσαμεν, ὅτε τὴν θεότητα παθητὴν ἐνομίσαμεν, οὕτως καὶ τὸ κτιστὸν, καὶ δοῦλον, ὅτε μερικῶς λέγεται, ὅτε τὴν θεότητα ποιεῖ κτιστὴν, ὅτε δούλην. καὶ πάλιν τὸ ἄκτιστον οὔτε τὴν σάρκα ἄκτιστον ποιεῖ, οὔτε μερικῶς ἐπὶ τῆς θεότητος μόνης λέγεται. Ταῦτα δὲ οὕτω φρονοῦντες μενέτωσαν ἐν ἡσυχίᾳ τὰς περιττὰς ζητήσεις ἐκκλίνοντες, καὶ ῥημάτων ἕνεκα μὴ διαιρῶμεν τὰ δόγματα. Συμπεφώνηται οὖν, καὶ συμφώνως ὡμολόγηται τὸ σῶμα ἐκ τῆς παρθένου, ἡ θεότης ἐξ οὐρανοῦ, τὸ σῶμα πέπλασται ἐν κοιλίᾳ, ἡ θεότης ἄκτιστος

τιςος

leſti terrenum, aut à terreno coeleſte; impia quippe diſſectio haec foret. Nullam igitur diſſecantibus cauſſam praebeant, qui duas dicunt naturas; non enim corpus ſecundum ſe ipſum natura eſt in uno Chriſto, quia non eſt vivificum per ſemetipſum, neque diſſecari poteſt, atque ſejungi à vivifico Verbo; neque rurſus Verbum ſecundùm ſe ipſum in propria natura dividitur, quam habet ſecundùm id, quod carnis eſt expers, quoniam in carne Dominus, & non expers carnis in mundo verſatus eſt; neque conditum corpus ſeparat à non condita Deitate, ut ſeparet quis naturam conditam; neque enim increatum Verbum abſque corpore peregrinatum eſt inter nos, ut partiatur quis increati naturam. Quod ſi unum utrumque eſt ſecundum unionem, & conjunctionem, & compoſitionem humana forma praeditam, unum etiam nomen compoſito convenit, ita ut à Deitate quidem paſſionum carentia, à corpore verò paſſibilitas emanet. Et quemadmodum audientes Paulum, qui Chriſtum paſſibilem dicit, non diviſim accipimus, neque tamen Deitatem paſſibilem exiſtimamus; ita & creatum, & ſervum neque diviſim dicitur, neque Deitatem facit creatam, aut ſervam. Et rurſus Increatum neque carnem increatam facit, neque ſeorſim in Deitate ſola dicitur. Haec ita ſentientes quieti maneant,

neant,

τιστος αἰώνιος, ἵνα ἑνωθέντος τοῦ λόγου τῷ σώματι ἀδιαίρετος μείνη ἡ θεότης. Εἰ δὲ τῇ γραφῇ σύνηθες, καὶ τὸ ὅλον θεολογεῖν, καὶ τὸ ὅλον ἀνθρωπολογεῖν, ἑπώμετα καὶ ἡμεῖς τοῖς θείοις ῥήμασι, καὶ μὴ μερίζωμεν τὰ ἀμέριστα, μή τε τὴν θεότητα διαιροῦντες τοῦ σώματος, ὡς δι' εὐφημίαν, ὅταν τὸ σῶμα πεπλασμένον ἐκ κοιλίας λέγηται, μή τε τὸ σῶμα μερίζοντες τῆς θεότητος, ὡς δι' ὁμολογίαν τῆς παρουσίας, ὅταν ἡ θεότης ἄκτιστος δοξάζεται. Πῶς οὖν οὐ λυπηρὸν τοὺς ταῦτα καλῶς οὕτως ὁμολογοῦντας, ἢ φρονοῦντας, καθὼς καὶ παρέλαβον, διστάζειν πρὸς ἀλλήλους διὰ ῥήματα; ὅταν οἱ μὲν τῷ τοῦ σώματος ὀνόματι χρῶνται ἐπὶ τοῦ λόγου, καθάπερ ὁ Ἰωάννης σάρκα λέγων γεγενῆσθαι τὸν λόγον. οἱ δὲ τὸ τῆς θεότητος ὄνομα λαμβάνουσιν ἐπὶ τοῦ ὅλου δούλου, ὥσπερ ὁ Παῦλος: λέγω δὲ, ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. Προσκυνεῖν ὁμολογεῖ Χριστὸς κατὰ τὴν σάρκα τὸν πατέρα λέγων: ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν. καὶ οὐ χωρίζεται ἡ θεότης. προσκυνεῖται κατὰ τὴν θεότητα, καὶ οὐ χωρίζεται τὸ σῶμα τῇ της θεότητος προσκυνήσει. οὔτε ἀφιστῶμεν τὸ σῶμα, (οὐδὲ γαρ δυνατὸν) ὅτε προσκυνοῦμεν τοῦ σώματος τοῦ πεπονθότος, καὶ οὐ χωρίζεται ἡ θεότης, ἥνωται γάρ. ἔδει γὰρ νικηθῆναι τὸν θάνατον ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ νενίκηται. Παραινεῖτε δὲ τοῖς μάτην περὶ ταῦτα διαφερομένοις, καὶ φυλαττέσθω ἡ κατὰ τὸ δόγμα ὁμολογία, μὴ διαιρώμε-

neant, ſupervacaneas declinantes quaeſtiones, ne vocum cauſsâ ſententiis variemus. Conſentimus igitur, & in confeſſo eſt, corpus eſſe de Virgine, Deitatem verò de Coelo; corpus efformatum in utero, Deitatem verò creationis expertem, ac ſempiternam, ut conjuncto Verbo corpori, indiviſa maneat Deitas. Quum autem Scripturae familiare ſit & totum vocare Deum, totumque etiam appellare Hominem, ſequamur & nos divinas voces, neque indiviſa dividamus; neque Deitatem partientes à corpore, perinde quaſi tunc melius loquentes, quando corpus effictum dicatur ex utero; neque corpus partientes à Deitate, tamquam per confeſſionem praeſentiae, quando Deitas increata glorificatur. Quomodo ergo dolendum non eſt, eos, qui haec ita rectè confitentur, ac ſentiunt, uti etiam à majoribus traditum acceperunt, invicem propter voces diſcrepare? Quando hi quidem corporis nomine utuntur, quum de Verbo loquuntur, ſicuti Joannes carnem dicens factum fuiſſe Verbum; illi verò Deitatis nomen aſſumunt, quum de toto ſervo loquuntur, ut Paulus: *Dico autem, noviſſimus Adam in ſpiritum vivificantem*. Secundum Carnem Chriſtus ſe Patrem adorare fatetur, dicens: *Nos adoramus, quod ſcimus*. Jo. 4. 23. Et non dividitur Deitas; adoratur ſecundum Deitatem, & non ſejungitur

ρώμεθα διὰ τὰ ῥήματα. τὸ μὲν γὰρ τοῖς δόγμασι διαφέροντας τοῖς ῥήμασι προσποιεῖσθαι συμφωνεῖν ἀσεβὲς, τὸ δὲ τοῖς δόγμασι συμφωνοῦντας τοῖς ῥήμασι διαφέρεσθαι μάταιον, καὶ μωρόν. Τοῦτο δὲ συμφωνούμενον ἔχοντες, ὅτι θεὸς ἔνσαρκος ὁ Χριςὸς καὶ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, ὁ αὐτὸς τῇ μορφῇ δοῦλος, καὶ τῇ δυνάμει θεὸς, μενέτωσαν ἐν ὁμονοίᾳ, καὶ μὴ μάτην διαφερέσθωσαν, μηδὲ εἰς τὴν τῶν αἱρετικῶν λογομαχίαν ἐκπιπτέτωσαν, ἀλλὰ τῆς Ἐκκλησίας τὴν ἁπλότητα μᾶλλον ζηλωσάτωσαν. ἔῤῥωσο.

gitur corpus, quum adoramus Deitatem. Neque ſejungimus à Deitate corpus (non enim fieri poteſt) quando illud mortem paſſum adoramus; neque ſeparatur Deitas, unita eſt enim. Siquidem oportebat vinci mortem à Deo, & victa eſt. Monete autem illos, qui fruſtra in his quaeſtionibus à nobis diſcordant; & ſervetur in hoc dogmate conſenſus, ne diſſideamus ob verba. Dogmate enim diſcrepantes, verbis concordiam ſimulare impium eſt; dogmate autem concordantes, propter voces diſſidere, vanum & fatuum videtur. Hoc autem concorditer tenentes, nempe Deum incarnatum Chriſtum atque è Coelo, atque è terra, eſſe eumdem, formâ quidem ſervum, at virtute Deum, maneant in concordia, & fruſtra ne diſſideant, neque in vanam verborum pugnam, qua Haeretici ſolent uti, incidant; ſed Eccleſiae ſimplicitatem potius aemulentur. Vale.

IN

IN EPISTOLAM SUB JULII I.

NOMINE EDITAM

DISQUISITIO IV.

AD ERUDITISSIMUM, ET CLARISSIMUM VIRUM

ANTONIUM MARIAM

SALVINIUM

Graecae Linguae in Florentino Gymnaſio Profeſſorem.

SYNOPSIS DISQUISITIONIS.

Gennadius, & Centuriatores Epiſtolam hanc Julio I. Rom. Pontifici perperam adſcribunt. Facundus Hermianenſis eamdem ipſi rectiùs abjudicat. Quod & facit cum Evagrio Leontius Byzantinus. Nihil in illa, quod Julium deceat. Apollinaris Haereticus illius Auctor creditus, cujus ſunt & aliae quaedam Julio affictae. Corpori *Chriſti* Animam, *ſive* Mentem *humanam negavit is, quod & facit hujus Epiſtolae Auctor. Multa in Apollinari à S. Gregorio Nyſſeno damnata, quae heic itidem traduntur. Hypatius, Anaſtaſius, Eulogius, Ephaemius, & alii S. Julium ab iſta calumnia liberant. Quis fuerit Dionyſius, ad quem data fingitur haec Epiſtola.*

NON te fugit, Salvini doctiſſime, quantum mihi aliàs gratulatus fueris, quòd ab amoenioribus Artibus ad graviores rurſus me receperim, & praecipuè ad ſacram Eruditionem, cujus ſtudium ut jucunditate nulli alii concedit, ita reliquis utilitate antecedere ſatis conſtat. Gratiſſimum autem accidit mihi, te habere hujuſmodi conſilii mei non ſolùm hortatorem ſolicitum, ſed etiam laudatorem benevolum. Nam etſi tu hominibus, qui te intimè non noſcunt, videri interdum poſſis in unis mitioribus literis vim, & curam omnem ingenii tui conſtrinxiſſe; illud tamen mihi eſt exploratum, te ita omnigenae eruditionis co-

pia

pia valere, ut maximi ponderis, ſummaeque auctoritatis apud me ſemper futura ſint quum praeconia, tum hortamenta à te profecta. Atque iſtud meum de te judicium non ſolius famae conſenſu, ſed ipsâ experientiâ meâ ſaepe numero confirmatum fuit. Quoties enim te in variis difficultatibus conſului, quae ſe mihi offerebant in ampliſſimo eruditionis ſtadio, talem toties in te rerum copiam, & Graecae Linguae, totiuſque antiquitatis peritiam inveni, qualem pauci aſſequantur, & in paucis demirari ſolemus. Illud ſolum (& pace tua dixerim) ſatis probare non potui, quod nimirum ferme tibi uni ſcire, tibique in ſipario canere contentus, non iis, quibus certiſſimè poteras, Rempublicam literariam affeciſti beneficiis. Sed tu maluiſti modeſtiae tuae, ac eruditionis conſcientia frui, quàm ſtudiorum tuorum fructus his difficillimis evulgare temporibus, quibus quum in faſtidioſos, aut maledicos Lectores facilè impingatur, vix aliis, vix ſibi placeat Scriptor, honeſtae quietis, non turbidae gloriae cupidus. Quo in conſilio ſi te ſequerer, potiore id etiam, quàm tu, ratione facerem, & ingenii mei fortunae, viribuſque longè minoribus prudentiùs conſulerem. Verum mihi jam placuit audaciùs procedere, tuiſque potius auſcultare adhortationibus, quàm exemplo tuo. Quamobrem quum haec edere in animum induxerim, quibus pro tua humanitate, & doctrina non unum contuliſti beneficium, nihil antiquius habui, quàm aliquem deligere locum, ubi teſtarer & me gratum, & te omni commendatione digniſſimum. Tuo igitur nomini inſcriptam volo Diſquiſitionem iſtam, qua mihi propoſitum eſt, Julii I. Romani Pontificis famam ab Haereticorum calumniis vindicare. Et hoc quidem in praeſentia facilè poſſumus, quando nobis monumentum illud oblatum eſt, per quod olim Eccleſiae Catholicae, tanti Praeſulis ementito nomine, ſe facturos eſſe fucum ſperaverant Eutychiani. Quid enim veritatem clariùs oſtendat, quàm ipſam prodere mendacii officinam, ipſumque omnium oculis figmentum objicere? Certe haec illa eſt Epiſtola, quae dubiam S. Julii fidem apud veteres aliquot fecit, quaeque poſterioribus etiam ſeculis negotium faceſſere viſa eſt, incertis nempe in eam, quippe ignotam, prolatis ſententiis. Rem igitur quum gratam eruditis, tum S. Pontificis memoriae utilem praeſtabimus, ſi edito famoſiſſimo hoc foetu per nos fiet, ut de illius falſitate, & de Haereticorum fraude, omnibus judicare in poſterum liceat.

Inter antiquos Scriptores qui primus de hac Epiſtola mentionem fecerit, Gennadius eſt in Lib. de Scriptor. Eccleſ. Cap. II. ita ſcri-

Digitized by Google

ſcribens: *Julius Urbis Romae Epiſcopus ſcripſit ad Dionyſium quemdam de Incarnatione Domini Epiſtolam unam, quae illo quidem tempore utilis viſa eſt adverſus eos, qui ita duas per incarnationem aſſerebant in Chriſto perſonas, ſicut & naturas. Nunc autem pernicioſa probatur; ſomentum enim eſt Eutychianae, & Timotheanae impietatis.* Gennadii verba libenter adoptarunt, ac retulerunt Centuriatores Magdeburgenſes Cent. IV. Cap. X. Quibus haec alia è veſtigio adtexunt: *Adduxiſſe ex eadem Epiſtola teſtimonium de perſona Chriſti videtur Cyrillus Alexandrinus in Apologetico ſuo hoc modo.* Tum haec ipſa Epiſtolae verba proferunt: *Praedicatur ad completionem fidei, & incarnatus ex Virgine Maria Dei Filius, qui & habitavit in hominibus, non in nomine* (*in homine* ſcribendum erat) *energiam operans. Hoc enim in Prophetis eſt, & in Epiſtolis: Perfectus Deus in carne, & homo perfectus in ſpiritu, non duo filii; unus quidem germanus filius, qui ſuſcepit hominem: alter verò mortalis homo aſſumtus eſt à Deo; ſed unus unigenitus in Coelo, unigenitus ſuper terram.* Tamdem Centuriatores ita ſermonem concludunt: *Citat idem teſtimonium ex Epiſtola ejus ad Proſdocimum Synodus Chalcedonenſis contra Eutychem.*

At neque Centuriatores, neque Gennadius quidquam protulerunt, quod accuratam rei cognitionem ſapiat. Et primò animadvertere juvat, Epiſtolam hanc Gennadio homini Latino re minimè fuiſſe perſpectam, ſed ſolùm de nomine cognitam. Quippe manifeſta illius hallucinatio eſt affirmare, *ipſam olim viſam fuiſſe utilem adverſus eos, qui ita duas aſſerebant in Chriſto perſonas, ſicut & duas naturas.* Nullum Concilium; nulli Eccleſiae Catholicae Patres, hujus Epiſtolae teſtimonio adverſus Neſtorianos uſi umquam fuerant, neque porro poſtea ſunt uſi. Inde autem fluxit Gennadii error, quòd Act. I. Concilii Epheſini citatus fuerit contra Neſtorium locus ille ex Epiſtola Julii I. Papae, quem Centuriatores nuper adferebant. Nimirum cenſuit Gennadius, & poſt ipſum cenſuere Centuriatores quoque, unam eamdemque fuiſſe Julii Epiſtolam, quae *ad Dionyſium* data ferebatur, cum illa quae in eodem Epheſino Concilio citatur. Verum diverſae planè ſunt Epiſtolae. Quae *ad Dionyſium*, uti fertur, conſcripta fuit, nunc à nobis editur, ibique nihil eorum legitur, quibus Epheſina Synodus eſt uſa. Altera πρὸς Δόκιον, ſeu Δόκιμον, hoc eſt, *ad Docium*, ſeu *Docimum*, quem etiam *Proſdocium* alii appellant, jamdudum intercidit, eademque ab Epheſinis Patribus laudata eſt. Confudit ergo utramque Epiſtolam Gennadius; utilem

olim fuiſſe ratus conſcriptam *ad Dionyſium*, quòd ipſam arbitraretur ab Epheſino Concilio in verae Fidei confirmationem adhibitam.

Facundus Epiſcopus Hermianenſis altero poſt Gennadium ſeculo vivens, hoc eſt, Juſtiniani temporibus, nonnulla habet Lib. I. Cap. V. quae conjecturam noſtram firmant, erroremque Gennadii manifeſtiùs aperiunt. Scribit adverſus Eutychianos, eorumque ſobolem Acephalos, unam in Chriſto Naturam ſtatuentes. Ita verò inquit: *Quid autem illos contra haec evidentiſſima Patrum teſtimonia juvare poterit, quod in aſſertionem vaniſſimi ſui erroris dicunt, Julium Romanum Epiſcopum neſcio ubi reſcripſiſſe, quòd una ſit Chriſti Natura? quum in eadem ſancta Synodo Epheſina hoc ſolum ipſius B. Julii contra Neſtorium recitatum fuerit ex Epiſtola ad Proſdocium, in qua ait: Praedicatur verò ad ſupplementum fidei & incarnatus ex Maria Virgine &c.* Poſtquam Facundus locum integrum ex Act. I. Concilii Epheſini retulit ſupra à Centuriatoribus deſcriptum, ita pergit dicere: *Non aliud, praeter hanc ad Proſdocium Epiſtolam, ex dictis B. Julii in illa Synodo prolatum eſt, ſi qua forſitan alia ſcripſit, neque ex hac Epiſtola aliquid amplius. Cur igitur non illud potius, quod de una Chriſti Natura iſti circumferunt tamquam ab ipſo B. Julio ſcriptum, vel quaeque ſimilia, quae ſcripſiſſe autumant alios venerabiles Patres, in Synodo recitata ſunt contra Neſtorium? Nam ipſa magis ejus dogmati contraria viderentur.* Hinc igitur elucet, nullam aliam Epiſtolam Julii I. uſurpatam adverſus Haereticos Neſtorianos olim fuiſſe, quàm quae ad Docium, ſive ad Proſdocium conſcripta fuerat. Quare ex altera ad Dionyſium data nihil utilitatis umquam cepere Catholici, ut Gennadius leviter affirmabat. Videtur autem Facundus Graecam Epiſtolae illius Inſcriptionem πρὸς Δόκιον, *ad Docium*, pro uno verbo accepiſſe, tamquam ſcriptum fuerit πρὸς Προσδόκιον *ad Proſdocium*.

Deinde validiſſimum argumentum è Facundi verbis ducere incipimus, ad dignoſcendam falſitatem, atque figmentum famoſae hujus Epiſtolae à nobis editae. Nam ſi Epiſtola haec ad Dionyſium data jam extabat, quum Neſtoriana Haereſis tot in Eccleſia turbas excitare coepit, cur ab illa citanda adverſus Neſtorium abſtinuere Patres Epheſini? Cur deinde Eutyches, & Dioſcorus numquam pro ſe ipſam laudarunt, numquam ejus teſtimonio ſuam confirmavere ſententiam? Certè Julii Romani Pontificis auctoritas maximum attuliſſet pondus Eutychianae opinioni. Neque tanti Pontificis opus Graecè vulgatum latitare adeo poterat, ut omnium oculos fugeret, quum

ſatis

Digitized by Google

ſatis liqueat, ejus generis monumenta per Eccleſias, perque eruditorum manus vix edita conſueviſſe ferri. Aut ergo poſt Synodos Epheſinam, atque Chalcedonenſem, confiſta fuit, Julioque ſuppoſita Epiſtola illa, ideoque ante Synodos illas minimè extabat; aut ſi extabat, nemo hactenus noverat, crediderатve, Julium ipſius Auctorem fuiſſe. Propterea haec meritò Facundus addit: *Quid enim jam controverſiae remanſiſſet, quod una eſſet illius Dei-Hominis ſubſiſtentia, ſive perſona, ſi probarentur Patres, quod etiam unam praedicaverint ejus eſſe naturam? Igitur, ut omnis auferatur quaeſtio, ſi non poſtea Epiſtola illa* (Hoc eſt quae ad Dionyſium ſcripta circumferebatur) *confecta eſt* (fortaſſe legendum *confiſta eſt*) *aut B. Julii eam non eſſe, ſicut magis credendum Synodus judicavit, aut etiam, etſi ejus eſſe credidit, quod ego non dico, ut aliam magis* (hoc eſt, quae ad Proſdocium, ſeu Docium conſcripta fuit) *quàm ipſam ejuſdem S. Julii contra Neſtorium proferret, non ex eo quod incautè dictum eſt, contrarium errorem judicavit eſſe vincendum.*

Verum ne hanc quidem ultimam ſuſpicionis umbram admiſiſſet Facundus; imo conſtanter negaſſet Julium I. ejus Epiſtolae artiſicem, ſi quae à Graecis Scriptoribus hac in re oculatioribus nos edocti ſumus, ipſe etiam noviſſet. Hos igitur audire juvat; eorum autem non teſtimonio ſolùm, ſed etiam rationibus conſtabit, ſuppoſitam Julio ab Haereticis famoſam hanc Epiſtolam fuiſſe. Evagrius Scholaſticus, à quo Hiſtoriam habemus, & Leontius Byzantinus, à quo Librum de Sectis, Scriptores multis nominibus commendati, ipſoque Seculo Chriſti ſexto, quo Facundus Hermianenſis floruit, & ipſi florentes, huc advocandi ſunt. Primus ille de Neſtorianis Haereticis agens Lib. I. Cap. XXXI. inquit: *Sanctorum Patrum Libros ſaepe depravarunt, multoſque Apollinaris Libros Athanaſio, Gregorio Thaumaturgo, & Julio, inſcriptionibus commutatis attribuerunt, quibus quidem Libris plurimos in ſuum impium errorem induxerunt.* Non eſt mihi ad manus Evagrii Hiſtoria, ſed illam ex Baronii fide produco ipſam citantis ad Annum Chriſti 352. n. 5. Nequeo tamen non mirari, quei Neſtoriani impoſturae hujus dicantur Auctores. Certo certius eſt, eam, quam nunc proferimus, Epiſtolam Eutychianis ita ſcatere erroribus, ut Neſtorianis oppoſitam omnino ſententiam referat (quod & Gennadius monuit) atque architectum planè ſapiat Eutychianum. Quei rogo utraque adverſantium Haereticorum cohors uni atque eidem Romano Pontifici tribuere, ac ſupponere potuit contraria haec perverſarum opinionum monſtra. Evagrius

grius proinde fortè hallucinatus eſt; ſive, ut ratione potiori dicam, Evagrii locus attentiùs conſiderandus fuit Cardinali Baronio. At infra de hac ipſa re ſermo recurret. Interim ſatis eſt cognoviſſe, Apollinaris Haeretici Libros Julio fuiſſe ab Haereticis per dolum ſuppoſitos.

Accedat nunc Leontius Byzantinus, quo nemo luculentiùs in hujuſmodi quaeſtione verſatus eſt. Actione VIII. de Sectis pag. 526. Eutychianae Haereſis fundamenta convellit. Ejus autem ſunt verba haec è Graeco tranſlata: *Adferunt* (Eutychiani) *aliud quoque dictum, velut à B. Julio profectum, quod exſtat in Epiſtola ſcripta ad Dionyſium Corinthi Epiſcopum, cujus initium eſt* (Miror de quibuſdam audiens &c.) *Eſtque dictum hujuſmodi* (Neceſſe eſt eos, quum duas naturas dicunt, unam adorare, alteram non adorare; ac in divinam quidem baptizari, & in humanam non baptizari.) *Aliaque plura iſtaec Epiſtola continet*. En aliquot Epiſtolae hujus verba, quae quum in exemplari nunc à nobis edito pariter legantur, Ambroſiani Codicis fidem confirmant. Porro videamus, quomodo ſe ab iſta difficultate Leontius expediat. *Sed nos*, proſequitur ille, *pluribus argumentis convincimus, illam Epiſtolam non eſſe B. illius Julii, ſed Apollinaris. Primùm ex eo quod ſi quis eam ſubtiliter conſideret, nihil Juliano dignum nomine habeat. Quin & ſeptem illae Epiſtolae, quas ejus eſſe dicunt, Apollinaris ſunt. Deinde quòd in eadem Epiſtola Corporis mentione facta, nuſquam id mente praeditum, vel animatum dixerit. Erat autem in more Patribus illius ſeculi, ut ſicubi Corporis mentionem facerent, id ipſum mente praeditum, animatumque dicerent: quod quidem uſque adeo verum eſt, ut reformidantibus eis hoc crimen, ideoque deinceps illas voces, Mente praeditum, & Animatum, adiicientibus, nulli poſteriorum libri reperiantur, qui hanc veterum appendicem non habeant. Praeterea de hoc quoque non B. Julii, ſed Apollinaris eſſe redarguitur, quod Nyſſenus ille Gregorius in opere contra Apollinarem apertè multa recitet, quae hac Epiſtola continentur, eaque ceu prava refutet. Poteſt & aliunde convinci, quòd B. Julii non ſit; ajunt enim Actis Synodi Epheſinae ſub B. Cyrillo inſertam: quod quidem apertè mentiuntur. Nam nihil ibi in textu tale reperitur, ſed alia quaedam inſerta eſt Epiſtola velut à Julio ſcripta; nec ipſa Julii, ſed Timothei, quemadmodum ex multis exemplaribus intelligi poteſt. Enimverò quum nihil nobis illa adverſetur, quod eam Julii dicunt, flocci ſcilicet faciendum.*

Hacte-

Hactenus Leontius accuratiſſimi profectò Critici nomen promeritus, quo auctore diſcimus, Apollinari Epiſtolam hanc eſſe reipſa tribuendam. Antequam verò progrediamur, animadvertere opus eſt, Baronium haec itidem Leontii documenta produxiſſe. Relatis autem iis Epiſtolae verbis, *Neceſſe eſt eos, quum duas naturas dicunt, unam adorare, alteram non adorare &c.* mirari ſe ait, cur Gennadius appellare potuerit utilem Epiſtolam hanc, adeo immanes, manifeſtaſque blaſphemias complectentem, *quibus Neſtoriana Haereſis confirmaretur*. Ita ampliſſimus Annalium parens; ſed aliter loquuturus, ſi quod in poſterum fas erit, Epiſtolae ipſius ſubdititiae textum legere & ipſe potuiſſet. His verbis, quae nunc quoque in exemplari à nobis evulgato occurrunt, non Neſtoriana Haereſis confirmatur, ſed quidem Eutychiana; quippe ab Epiſtolae Auctore afferuntur tamquam neceſſarium, & ut ipſe ſignificat, abſurdiſſimum Neſtorianae ſententiae conſectarium. Tantum abeſt, ut ille cum Neſtorio ſentiat duas in Chriſto diviſas naturas, quarum una adoranda ſit, altera verò nequaquam, ut potius utramque ſimul permiſceat, atque confundat, unâque tantum adoratione colendam affirmet, Eutychianis in hoc omnino concors atque conſentiens.

Sequamur nunc Leontium κατὰ πόδα, illiuſque rationes, atque argumenta ſigillatim percurramus, quibus facilè palam fiet, qui verus fuerit Epiſtolae hujus faber. Inquit is, non à Julio Primo Romano Pontifice, ſed ab Apollinari Haereſiarcha illam fuiſſe conſcriptam. His autem rationibus ſententiam ſuam confirmat. Prima eſt, nihil ibi occurrere *Juliano nomine dignum;* hoc eſt, nihil gravitatis, eloquentiae, ſapientiae, aut purae veteriſque doctrinae, quod Julium Apoſtolicae Sedis Antiſtitem deceret, in eo monumento contineri. Et revera quum nihil antiquius Romanis Epiſcopis, totius Eccleſiae Magiſtris, fuerit, quàm vetuſtiſſima Chriſti dogmata ſemper tradere, atque tueri; heic autem reperiantur tot novae, temporibuſque Julii inauditae doctrinae ſemina: quis ſeculo Chriſti quincto, quando Eutychetis cauſſa fervebat, Julium tam facilè debuit, potuitque credere pernicioſae illius Epiſtolae, atque novitatis Auctorem? Jam antea reclamaſſent cum Occidentales, tum Orientales Epiſcopi, ſi tale quippiam ſeculo Chriſti quarto Julius tradidiſſet. Potuit quidem Apollinaris clam deſipere, & furtivis literulis inter ſuos aſſeclas quidquid lubebat effutire, atque confingere. Non poterat Romanus Epiſcopus, Eccleſiae totius caput, ſeſe abſcondere, conſcriptâ praeſertim Epiſtolâ ad celebrem Graeciae Epiſcopum, &

palam

palam evulgatâ. Superſunt adhuc germanae duae Julii Epiſtolae à S. Athanaſio deſcriptae (nihil enim moror Iſidori Mercatoris pſeudepiſtolas) in quibus diverſam planè & ſtyli, & doctrinae, & prudentiae faciem intueare. Addit Anonymus Scriptor, à quo Collectionem habemus contra Severianos §. VI. Inſcriptionem hujus ipſius Epiſtolae conſentaneam non fuiſſe Romanorum Pontificum conſuetudini. Qua de re judicium ferre nobis in praeſentia non licet, quando Inſcriptione caret exemplar nunc à nobis editum.

Alterum Leontii argumentum eſt, non hanc tantummodo Epiſtolam, ſed & alias ſeptem Julio fuiſſe ſuppoſitas, quae tamen Apollinaris revera forent. En Eutychianorum artes, & doli. Quid igitur mirum, ſi productâ in medium ab Eutychianis Epiſtolâ *ad Dionyſium* datâ, fraus ibi quoque nullo negotio deprehenſa fuit? Difficile nimis erat, tanto Pontifici, qui ſuperiore dumtaxat ſeculo vivere deſierat, tot Epiſtolas affingere, & diu criticis, doctiſque imponere hominibus. Tunc argumentum, ſtylus, cauſſa ſcribendi, homines, ad quos datae fingebantur eae Literae, quarum nunc nullum exſtat veſtigium, & mille alia, in re, ut ita dicam, recenti ſtatim ſuccurrebant, quae ipſas falſitatis redarguerent, & Apollinari vero ipſarum parenti reſtituerent. Una proinde alteram accuſabat; omneſque ſimul fortiſſimo argumento erant, non Julio, ſed Apollinari, tribuendam eſſe iſtam quoque *ad Dionyſium* conſcriptam.

Tertiò rectiſſimè Leontius animadvertit, in tota hac Epiſtola Chriſti quidem *Corpus* memorari, ſed *Mentem*, *Animamque* eidem *Corpori* nuſquam tribui. Nihil profectò Apollinari detrahere perſonam apertiùs potuit, quàm hic affectatus loquendi modus. Conſtat, ex Apollinaris erroribus praecipuum illum fuiſſe, quem S. Leo Magnus in Decretali XXIII. Catholicorum ſententiâ oppoſitâ, rejicit. *Non Deum tantùm dicimus Chriſtum &c. nec ita hominem, ut aliquid ei deſit, quod ad humanam certum eſt pertinere naturam, ſive Animam, ſive Mentem rationalem &c.* Hinc S. Auguſtinus in Lib. de Haereſ. Cap. LV. *Apollinariſtas*, inquit, *Apollinaris inſtituit, qui de Anima Chriſti à Catholica diſſenſerunt, dicentes, ſicut Ariani, Deum Chriſtum carnem ſine Anima ſuſcepiſſe. In quaeſtione teſtimoniis Evangelicis victi, mentem, qua rationalis eſt anima hominis, non fuiſſe in Anima Chriſti, ſed pro hac ipſum Verbum in ea fuiſſe dicunt.* Ita ſe habebat falſa Apollinaris ſententia, quam proinde quum non obſcurè Epiſtola Julio adſcripta referat, ac inſpiret, intelligere continuò poſſumus, eam Apollinari eſſe tribuendam. Cer-

Digitized by Google

tè ibi nuſquàm legas de Chriſto homine alind praedicari, quàm *σῶμα*, aut *σάρκα*, hoc eſt, *Corpus*, aut *Carnem*. *Animae* autem, ſive *Mentis* humanae à Verbo ſuſceptae nulla mentio. Quamobrem Chriſti *Corpus*, ſi rectè haec perpendas, obtruditur nobis tamquam *ἄψυχον, καὶ ἀναίσθητον, καὶ ἀνόητον*, ideſt, *inanimum*, & *ſenſus*, ac *mentis expers*: quod commentum in Apollinari damnavit An. Ch. 362. Alexandrina Synodus ab Athanaſio, aliiſque Catholicis Epiſcopis celebrata.

Vide verò, quàm ſine tergiverſatione eadem haec abominanda ſententia ab iſtius Epiſtolae Auctore inſinuetur. *Οὔτε γὰρ*, inquit, *τὸ σῶμα καθ' ἑαυτὸ φύσις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, ἐπεὶ μηδὲ ζωοποιὸν καθ' ἑαυτὸ, μηδὲ διατέμνεσθαι δυνάμενον ἄνευ τοῦ ζωοποιοῦ λόγου*. Hoc eſt: *Non enim Corpus ſecundùm ſe ipſum natura eſt in uno Chriſto, quia non eſt vivificum per ſemetipſum, neque diſſecari poteſt, atque ſejungi à vivifico Verbo*. En Corpus Chriſti per ſe minimè vivificum, ideſt vitâ, ac Animâ, vitaeque actionibus per ſe carens. At undenam (petere quis potuit ab Apollinari) vitam, ejuſque munia Servator habuit, quatenus homo? A vivifico Verbo, reſpondebat Haereticus, id habuit Chriſti Caro; quippe quòd humanae Animae, Mentiſque vices in Chriſto ſuppleret, atque impleret divinitas ipſa. Concinunt iſta cum iis, quae laudatus Leo Magnus de Apollinari eodem ſcribit Homil. IV. de Nativ. *Apollinaris*, inquit ille, *fidei ſoliditate privatus, Filium Dei ita veram humanae Carnis credidit ſuſcepiſſe naturam, ut in illa Carne diceret Animam non fuiſſe, quia vicem ejus expleverit ipſa divinitas.*

Quae quum ita ſint, & impiam hanc, atque ab Evangelica veritate abſonam opinionem ſoli Ariani, Apollinariſtae, atque Eutychiani venditarint: quis dubitare amplius poſſit, quin Epiſtolae à nobis editae Auctor fuerit Apollinaris, aut alius quiſquam de grege illius? Quandonam Catholici Patres, ac praecipuè Romanae Sedis Antiſtites in ea fuere ſententia? Imo quis eam abominatus non fuit? quis non oppugnavit non creſcentem dicam, ſed vix natam, atque auditam? Nemo autem eſt, qui Julium I. Pontificem Maximum vel ſuſpicatus fuerit conſenſiſſe umquam cum Arianis, aut cum aequali eorum temporum Apollinari. Arianorum potiùs ipſe Julius perpetuus fuit malleus, ac hoſtis, adeo ut mirari poſſis Eutychianorum impudentiam, atque imprudentiam, virum hunc deligentium, cui affingerent adulterinam hujuſmodi Epiſtolam, illius ingenio, doctrinae, & moribus tam conformem, quam Aethiopi candor. Fieri

igitur

Digitized by Google

igitur non poteſt, ut Julius toties de Chriſto homine loqueretur, ejuſque *Carnem*, ſeu *Corpus* nominaret, quin & ipſum *Mente praeditum*, ac *Animatum*, ſive *ἔννουν, καὶ ἐμψυχώμενον* diceret, aut aliquid ſaltem apponeret, quo doceremur, non ex ſola nuda Carne conſtare humanam Chriſti Naturam: quod tamen hujus Epiſtolae Auctor ſatis apertè affirmare contra Catholicam veritatem non erubeſcit.

Quartò, inquit Leontius, hinc etiam dignoſci poteſt, non Julio, ſed Apollinari Haeretico, tribuendam eſſe Epiſtolam iſtam, quòd Gregorius Nyſſenus in Opere contra Apollinarem recitet multa, eaque ceu prava refutet, quae hac eâdem Epiſtolâ continentur. Forte fortuna eximium iſtud Nyſſeni opus, diu deperditum, diuque ab eruditis deſideratum, ante paucos annos à Vaticano Codice deſcriptum evulgavit C. V. Laurentius Alexander Zacagnius Vaticanae Bibliothecae Praefectus, cujus beneficio cuicumque in poſterum conferre licebit cum Apollinaris fragmentis à Nyſſeno refutatis Epiſtolam iſtam. Nos interim id experiamur quam breviſſimè. De Apollinari haec habet Nyſſenus §. XXXV. *Ἡμᾶς, φησὶ, δύο πρόσωπα λέγειν τὸν Θεὸν, καὶ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ προσληφθέντα ἄνθρωπον. αὐτὸν δέ, φησι, μὴ οὕτως ἔχειν, ἀλλὰ φάσκειν τὸν σαρκωθέντα, καὶ ὄντα οὐχ ἕτερον παρὰ τὸν ἀσώματον, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέρας ἐν σαρκὶ ζωῆς.* Quae ita vertit laudatus Zacagnius: *Duas perſonas Deum, & à Deo ſuſceptum hominem, nos* (ideſt Catholicos) *dicere ille aſſerit, ſe verò haud ita prorſus ſentire; quin imo dicere incarnatum fuiſſe Chriſtum, eumque non eſſe ab incorporeo diverſum, ſed unum eumdemque ad ſimilitudinem noſtrae, quam in carne vivimus, vitae*. His utique paria, imo eadem habet Epiſtolae nuper à nobis vulgatae Auctor, quorum concentum unum eumdemque Apollinarem utrobique indicat. Inquit iſte ſe minimè vereri *τοὺς συκοφάντας τοὺς διαιροῦντας εἰς δύο πρόσωπα τὸν Κύριον*; ideſt, *Calumniatores in duas perſonas Chriſtum Dominum partientes:* quo nomine Catholicos & heic ſignificari vides. Nempe cenſebat bonus Apollinaris, ideo Catholicos duas in Chriſto ponere Perſonas, quòd duas ponerent non confuſas in ipſo Naturas. Falſum id profectò; nam duas quidem in uno Chriſto Naturas agnoſcebat Eccleſia Catholica, ſed unam tantùm Perſonam. Haereticus contra tam longè à Catholicorum ſemita exorbitabat, ut non tantummodo Perſonam unam, ſed unam etiam Naturam in Chriſto Domino noſtro fateretur: quod ante ipſum nemo Theologorum rectè ſapientium dixerat.

In

In verbis ſupra ex Nyſſeno deſcriptis legitur falſa haec Apollinaris ſententia, ubi *corporeum* Chriſti ab *incorporeo* non diſtinguitur. Sed apertiùs eadem traditur à Nyſſeno §. XIII. quum de Apollinari dicit: *μίαν ἐποίησε τοῦ Θεοῦ τε καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὴν φύσιν*; hoc eſt, *Unam Dei & hominis Naturam conſtituit*. Eulogius quoque Alexandrinus Patriarcha apud Photium Cod. CCXXX. haec Apollinaris verba refert ex Libro de Incarnatione, ubi Haereticus ita exclamat: *Ὢ καινὴ κτίσις, καὶ μίξις θεσπεσία! Θεὸς, καὶ σὰρξ μίαν ἀπετέλεσαν φύσιν*. Ideſt, *O novam creaturam, & divinam mixtionem! Deus, & Caro unam effecere Naturam*. Apollinaris ergo jam ſibi finxerat, adeo humanam Naturam cum divina in Chriſto fuiſſe permixtam, atque confuſam, ut nullum amplius inter eas diſcrimen intercederet, quaſi è duabus Naturis ſimul permixtis una tertia conſurgeret. Haec eadem ſententia fuit Auctori Epiſtolae nunc editae. Apertiſſimè is *duas Naturas*, ſive *δύο φύσεις*, in Chriſto negat, ſpecioſâ illâ ratione ductus, quod *unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia*, ab Apoſtolo dicatur. Pergit autem ita argumentari tenebrio ille: *Εἰ γοῦν εἷς ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τεχθεὶς ὠνόμασται, καὶ αὐτός ἐστι, δι᾽ οὗ τὰ πάντα γέγονε, μία φύσις ἐστὶν, ἐπειδὴ πρόσωπον ἓν ἔχων εἰς δύο οὐ διαιρεῖται*. Ideſt, *Si unus igitur è ſancta Virgine natus appellatur, idemque ipſe eſt, per quem facta ſunt omnia, una Natura eſt; etenim Perſonam unam habens in duo non dividitur*. Habes heic non ſolùm in Chriſto Perſonam unam, quod Orthodoxi quoque dicebant, ſed unam etiam Naturam, quae falſa opinio Apollinari Eutychianorum, ut ita dicam parenti maximè placuit, quamquam nova, & veterum auctoritate prorſus deſtituta.

Ex Antirrhetici verbis ſupra deſcriptis didicimus etiam, Apollinarem dixiſſe, unum eumdemque eſſe Chriſtum *ad ſimilitudinem noſtrae, quam in carne vivimus, vitae*. Idem porro palam edicit Epiſtolae noſtrae Auctor. *Ὥσπερ*, ait, *ἄνθρωπος μία φύσις, οὕτω καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος Χριστός*. *Quemadmodum Homo una eſt Natura, ita & in ſimilitudinem hominum factus Chriſtus*. Diffiteri non poſſum, quin & quidam è SS. Patribus hujuſmodi exemplo fuerint uſi, ut unam in Chriſto Perſonam ex unitione duarum Naturarum manantem oſtenderent. Vide Ruſticum Diaconum in Bibliotheca Patrum, Leontium, Theorianum, & alios. Vide & Symbolum S. Athanaſio attributum. At nemo ex iis illuc etiam deferri ſe paſſus eſt, ut ex animae & corporis in uno homine conjunctione probaret, unam quoque exſurgere, & reſultare in Chriſto Naturam. Primus

Apollinaris hujuſmodi ſimilitudine abuti coepit; ideoque & iſtud opportunè cadit, quo Epiſtolam hanc ipſi, & non Julio I. doctrinae Orthodoxae propugnatori, adſcribendam eſſe intelligamus. Proinde videas, Nyſſenum in Antirrhetico adverſus exemplum hoc ex humana Natura deſumtum, quo Apollinaris ſuam confirmabat ſententiam, pugnare variis argumentis. Quod tamen abſurdiorem conſtituebat Apollinaris opinionem, illud erat, nimirum ex Carne tantùm humana, & ex Deo, qui loco Mentis, aut Animae eſſet, Chriſtum coaluiſſe, uti ex anima, & corpore Natura hominis coaleſcit. At quomodo, ajebat Nyſſenus, *in ſimilitudinem hominis* Chriſtus factus eſt, qui aliud quid ab homine diverſum eſt, & à noſtra prorſus Natura diſcrepat? Nam ſi ex anima, & corpore homo conſtat; & Anima in homine, quem ipſe confinxit, non reperitur: quomodo in Chriſto illud ſimile homini eſſe poterit, quod à noſtra Natura alienum eſt? Neque verò alium ſuae commentationi titulum Apollinaris indiderat, quàm *ἀπόδειξις περὶ τῆς θείας σαρκώσεως τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπȣ*. Hoc eſt, *demonſtratio divinae Incarnationis ad ſimilitudinem hominis*. Quae profectò quum ſatis apertè congruant cum iis, quae ab Auctore Epiſtolae enarrantur, unum etiam eumdemque Apollinarem utrobique produnt.

Progrediamur. Alterum Apollinaris commentum refellit Nyſſenus in opere laudato. Cenſebat inſanus Haereſiarcha, non in plenitudine temporum humanam carnem à Verbo Dei fuiſſe aſſumtam, ſed ante ſecula id factum; quare hominem, qui apparuit in tempore, antea praeexſtitiſſe, quàm manifeſtaretur, ſcriptitabat. Vide §. XIII. Antirrhetici, & Nazianzenum in Orat. XLVI. quae eſt contra Apollinarem. Conſequens proinde erat, ut & diceret, Chriſtum, quatenus etiam eſt hominis Filius, è Coelo deſcendiſſe. Atque ita ſanè, teſte Nyſſeno, Apollinaris palam ſentiebat, uti videre eſt §. VI. Qua opinione conſtituta, hoc ille deinde inferebat: *εἰ δὲ καὶ ἐξ ȣ̓ρανȣ̃ υἱὸς ἀνθρώπȣ, καὶ ἐκ γυναικὸς υἱὸς Θεȣ̃, πῶς ȣ̓χ ὁ αὐτὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος*; Ideſt, *Si autem & è Coelo Filius hominis, & ex muliere Filius Dei, quomodo non idem Deus, & homo cenſetur?* Non aliter ſentire videtur Epiſtolae ad Dionyſium datae Scriptor. Primò enim ait: ſi duarum Naturarum diviſio in Chriſto admitteretur, nefas eſſet, *unum totum vocare Filium hominis, qui de Coelo deſcendit, & Filium Dei, qui de muliere natus eſt*. *Οὔτε γὰρ οἷόν τε ἦν τὸ ὅλον υἱὸν ἀνθρώπȣ καλεῖσθαι καταβεβηκότα ἐξ ȣ̓ρανȣ̃, καὶ υἱὸν Θεȣ̃ γεννηθέντα ἐκ γυναικός*. Tum heic, tum illic

Chri-

Chriſtus, quatenus hominis Filius, è Coelo eſſe dicitur, uti etiam, quatenus Filius Dei, è muliere dicitur eſſe. Pergit Epiſtolae Auctor effutire, ideo duarum Naturarum diviſionem in Chriſto repugnare, quia quod deſcendit de Coelo, vocaretur Filius Dei, & non Filius hominis; quod autem natum eſt de muliere, vocaretur Filius hominis, & non Filius Dei: quae ſententia, ſi huic inepto Sophiſtae crederemus, Haereſi Pauli Samoſateni conſentanea foret. Hinc ait ſubinde: Ἡμᾶς δὲ αἱ θεῖαι γραφαὶ διδάσκουσιν, ὡς περὶ ἑνὸς τοῦ Κυρίου φρονεῖν κατὰ τὴν ἐξ οὐρανοῦ κατάβασιν, καὶ τὴν ἐκ γυναικὸς ἐπὶ γῆς γέννησιν. Hoc eſt: *Nos verò divinae Scripturae docent, & quum ejus è Coelo deſcenſum, & quum ex muliere in terra nativitatem audimus, omnia de uno Domino eſſe intelligenda.* Infra verò alia in hanc rem addit, inquiens, ſe nihil morari calumniatores in duas Perſonas Chriſtum partientes (ideſt Catholicos, quibus ille hujuſmodi ſententiam affingebat, uti ſupra vidimus) quòd ſibi maledicerent tamquam affirmanti τὴν σάρκα ἐξ οὐρανοῦ *Carnem de Coelo:* quam dicendi formam à ſe non amolitur, neque rejicit perſonatus iſte Haereſiarcha. Tum pergit ſcribere: *Dicimus enim utrumque, & de Coelo totum per Deitatem, & de muliere totum per Carnem, neſcientes diviſionem unius ejuſdemque Perſonae, neque diſſecantes à coeleſti terrenum, aut à terreno coeleſte; impia quippe diſſectio haec foret.*

Quae quidem luce non indigent majori. Sed infra occurrunt alia, quibus opinio conſtituta prorſus turbatur; inquit enim Epiſtolae Auctor: Συμπεφώνηται οὖν, καὶ συμφώνως ὡμολόγηται τὸ σῶμα ἐκ τῆς παρθένου, ἡ θεότης ἐξ οὐρανοῦ: τὸ σῶμα πέπλασται ἐν κοιλίᾳ, ἡ θεότης ἄκτιστος αἰώνιος. *Concorditer ergo dicitur, & concorditer in confeſſo eſt, Corpus eſſe de Virgine, Deitatem de Coelo; Corpus efformatum in utero, Deitatem creationis expertem, ac ſempiternam.* Quibus verbis fateri Auctor iſte videtur Chriſti Carnem de Virgine ſumtam, quum tamen ſupra ſignificarit ipſam de Coelo eſſe, ac de Coelo dici. Primò dicimus, Apollinarem diſſona, & repugnantia adferre potuiſſe: quod cum ceterorum fere omnium à Veritate deflectentium eſt, tum praecipuè de Apollinari dici poſſe Nyſſenus non uno in loco oſtendit. Deinde ſuſpicamur, ipſum Haereticum non ex animo ſenſiſſe, neque propriè affirmare voluiſſe, Corpus à Chriſto de Coelo aſſumtum, antequam Gabriel Virginem divini conſilii certiorem fecerit; ſed ideo ſolùm Carnem de Coelo dixiſſe, quia ſecundum ejus opinionem quidquid de Chriſto uti Verbo Dei pronunciatur, aequè de Chriſto uti Homine pronunciandum illi videbatur.

Certè §. LI. Antirrhetici idem Apollinaris de Verbo Dei haec habet: ὅτε σάρξ ἐγένετο, τότε αὐτὸν ἐν ἡμῖν ἐσκηνωκέναι. Hoc eſt: *Tunc factum fuiſſe Carnem, quum habitavit in nobis*. Quibus verbis indicat, ſe minimè credere, *humanitatem Verbi ad nos è Coelo deſcendiſſe*, ut ipſe Nyſſenus animadvertit, quamquam ſupra aliud palam docuiſſe, atque ſcripſiſſe Haereticus videretur. Eatenus igitur dicebat Apollinaris Chriſti Carnem è Coelo eſſe, quatenus in eam opinionem conceſſerat, dividendam, atque diſtinguendam in Chriſto humanam Naturam à divina non eſſe, ac proinde ita omnia de uno Chriſto eſſe praedicanda, ut totus etiam de Coelo deſcendiſſe rectè diceretur. Quare intelligere poſſumus, ne heic quidem diſſentire ab Apollinari Auctorem Epiſtolae noſtrae.

Ceterum ſupra vidimus alium capitalem Apollinaris errorem in eo ſitum, ut affirmaret, Chriſtum Animâ, aut Mente humana caruiſſe. Illum propterea Nyſſenus redarguit §. XXXV. Antirrhetici. Non aliter ſenſiſſe perſonatum Epiſtolae hujus Auctorem, pariter oſtendimus. Ergo eumdem utrobique Scriptorem deprehendas. Accedit, quòd Apollinaris in ſuorum ſomniorum praeſidium abutitur verbis iis Apoſtoli I. Cor. XV. *Noviſſimus Adam in ſpiritum vivificantem*, ut conſtat ex §. X. & ſequ. Antirrhetici. Iiſdem noſter quoque abutitur, uti videre eſt in Epiſtola edita. Itaque tamdem intelligas miram intercedere opinionum concordiam inter Apollinarem à Nyſſeno confutatum, & hujus Epiſtolae Auctorem, ut meritò eumdem eſſe cum Apollinari cenſuerit Leontius. Et ſanè quis Julium Romanum Pontificem, umquam dixit, aut audivit abſurdiſſima hujuſmodi dogmata tradentem, quae ſtatim ac emerſere ex Apollinaris ore & calamo, refutata novimus? Fieri non potuit, ut Apoſtolicae Sedis Antiſtes ſine magno Chriſtianorum ſcandalo, atque clamore talia palam traderet.

Tamdem Leontius Eutychianos, ſive Acephalos, falſi arguit, quòd locum ex Epiſtola iſta dicant productum, atque laudatum à Patribus Epheſini Concilii. Aliam Epiſtolam in ejus Synodi Actibus citatam ait, atque ab ea diverſam, quae ad Dionyſium conſcripta fertur. Imo & alteram illam non Julii eſſe addit, ſed quidem Timothei Haeretici Apollinariſtae, uti exemplaria multa ejus rei fidem faciebant. Quod eſt ad calumniam iſtam ex Actis Epheſini Concilii petitam, vidimus ſupra, quid etiam Facundus Hermianenſis ſcriptum reliquerit. Sed Leontius ſubinde inquiens, *enimvero quum nihil nobis illa adverſetur, quod eam Julii dicunt, flocci fa-*

cien-

ciendum eſt: rectè fecit, qui non ſibi, atque exemplaribus tantùm credidit, ut penitus abjudicaret Julio laudatam ejus Epiſtolam ad Docium. Nam praeterquamquod nihil illa continebat ex ipſius Leontii confeſſione, quod Julio Romano Pontifice, & Catholicorum principe indignum foret, Ephraemius Patriarcha Antiochenus Lib. III. de ſacris Legibus apud Photium Cod. CCXXIX. ipſam Julio ſine dubitatione tribuit, & ex eâdem verba etiam nonnulla delibat. Plura itidem ex illa, tamquam ex germano Julii foetu, profert Anaſtaſius Presbyter in Eclog. *τῶν χρήσεων περὶ τῆς θείας θεολογίας* Cap. XXXVIII. niſi quod Acacium pro Docio habet, ſcribens: *Ἰȣλίȣ ἐπισκόπȣ ῥώμης ἐκ τῆς πρὸς Ἀκάκιον ἐπιςολῆς*: *Julii Epiſcopi Romae ex Epiſtola ad Acacium.* Fateor tamen dubitari meritò poſſe, an eadem ſit Epiſtola ab Anaſtaſio citata cum ſuperiori ad Docium ſcripta, quum una ex iis eſſe poſſit, quas adulterinas, & Julio perperam tributas, ſupra Leontius affirmabat.

Atque hactenus multa attulimus, quae vel pertinacibus ingeniis perſuadere poſſunt, datam olim ad Dionyſium Epiſtolam, & ſub Julii Romani Pontificis nomine ab Haereticis evulgatam, uni Apollinari eſſe reſtituendam, ſicuti legitimo illius parenti. Nunc addimus, Juſtiniani temporibus tam certos de ea ſuppoſitione fuiſſe Catholicos, tamque robuſtis pro Julii fama tuenda illos militaſſe argumentis, ut omnem ea de re ſe ſuſtuliſſe dubitandi rationem palam profiterentur. Hypatius Epiſcopus Epheſinus in Collatione cum Acephalis habita Conſtantinopoli, Sirmondo V. C. teſte, ajebat: *Beati Julii famoſam illam Epiſtolam manifeſtè Apollinaris oſtendimus fuiſſe, ſcriptam ad Dionyſium.* Paria affirmabat laudatus Anaſtaſius Presbyter in Eclog. *χρήσεων*. Sed & S. Eulogius Patriarcha Alexandrinus, qui eodem, quo Juſtinianus, & Leontius, ſeculo floruit, idem teſtatur apud Photium Cod. CCXXX. ita ſcribens: *Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἡ χρῆσις, ἣν ἡ αἵρεσις προκομίζει ἐκ τῆς πρὸς Διονύσιον ἐπιςολῆς τȣ̃ Ἰȣλίȣ ῥώμης, ἀναμφίβολον μὲν ȣ̓κ ἔχει τὸ γνήσιον.* Hoc eſt: *Sed enim teſtimonium, quod Haereſis adfert ex Epiſtola Julii Romani ad Dionyſium, haud dubiè non eſt genuinum.* Cujus rei argumentum illud Eulogius memorat, quod ſupra innuimus, nempe S. Cyrillum in Synodo Epheſina quemdam quidem adhibuiſſe locum ex Epiſtola Julii ad Docium, at alterius Epiſtolae ad Dionyſium datae, quamquam adverſus Neſtorianos diſertiſſimè pugnantis, nullam feciſſe mentionem, non alia ſanè de cauſſa, quam quòd aut cenſeret, aut compertum haberet, germanum Julii foetum iſtam non eſſe. Teſtis

eſt

eſt idem Eulogius, Eutychianos citaſſe pro adſtruenda **una in Chriſto** Natura, non ſolùm Epiſtolam nunc à nobis editam ſub Julii nomine, ſed & alia, quae Athanaſio, & Gregorio Thaumaturgo adſcribebant. At eorum commenta Eulogius explodit, contendens, numquam ſanctiſſimos illos Patres talia literis mandaſſe, ſed Auctorem quidem eorum fuiſſe Apollinarem, Eutychetis autem, ac Severi ſectatores fraude ſatis aperta deinde ea ſuppoſuiſſe celeberrimis illis Eccleſiae Catholicae Epiſcopis. Eadem, ut ſupra animadvertimus, & Leontius, & Evagrius tradidere. Quamobrem meritò arbitrari jam cogimur, tunc parum circumſpectè Baronium ſcripſiſſe, quando à Neſtorianis cuncta hujuſmodi figmenta prodiiſſe dixit, quae certè non Neſtorii, ſed Eutychetis patrocinabantur errori.

Porro dolendum eſt, jamdiu excidiſſe Opera Ephraemii Antiocheni ſupra à nobis laudati, qui & ipſe vixit ſeculo Chriſti ſexto. Inde enim nullo fortaſſe negotio conſtare poſſet, quantum ab Apollinaris, & Eutychetis opinionibus abeſſet Julii noſtri doctrina. Quandoquidem tamen ejus Libros accuratè non ſolùm recenſuit, ſed etiam multis expreſſit Photius in Biblioth. Cod. CCXXVIII., & CCXXIX. delibare juvat inde nonnulla. In Epiſtola ad Zenobium Scholaſticum Emiſſenum, teſtante Photio, oſtendit Ephraemius, conſenſiſſe S. Leonem Magnum cum reliquis Patribus in confitenda gemina in uno Chriſto Natura, non diviſâ, neque confuſâ. Tum demonſtrat, S. Cyrilli dogmata, in ea potiſſimum quaeſtione, prorſus convenire cum ejuſdem *S. Leonis*, *&* *Gregorii Nyſſeni*, *&* *Julii Romani ſententia*, & eſſe *κατὰ πάντα συμφωνοῦντα*, *in omnibus conſona*. Idem Ephraemius in Orat. ad Domnum, & Joannem, ut probet, Chriſtum verum Deum noſtrum, neque divinitatis, neque humanitatis proprietates diviſiſſe (quod Neſtoriani ſentiebant) ſed per *unitionem*, ſive *unionem* ἕνωσιν tam divina, quàm humana ſine confuſione in ſe conjunxiſſe, τοὺς θεοφόρους ἡμῶν πατέρας παράγει μάρτυρας, Ἰούλιον τὸν Ἐπίσκοπον Ῥώμης ἐκ τῶν περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἑνώσεως τοῦ σώματος πρὸς τὴν θεότητα; hoc eſt, *divinos Patres noſtros teſtes adducit*, *Julium nempe Romanum Pontificem è Libris de unione corporis cum Deitate in Chriſto*, atque Athanaſium, Nyſſenum, Baſilium, & Cyrillum. Tamdem ſi qua ſunt in Julii Libris genuinis, quibus abuti conſueverint Haeretici, ea explicat Ephraemius, ſanamque continere doctrinam evincit, atque à Julio ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ ὁμουσίου, *in Oratione de Conſubſtantialitate*, confutatum fuiſſe ait non Marcionem ſolum, & Valentinum, ſed & Apollinarem, & Eutychem.

Ita-

Itaque jam nihil amplius dubitandum puto, quin certum ſit quod initio probandum ſuſcepimus, videlicet famoſam olim Epiſtolam nunc à nobis editam, ſi non Apollinari ipſi, ſaltem alicui ex ejus, aut Eutychetis, aut Severi ſchola, tribuendam, atque reſtituendam eſſe. Certè Julio I. Petri in Romana Sede Succeſſori prorſus abroganda eſt; idque nihil melius perſuadere in poſterum valebit, quàm Epiſtola ipſa. A tanti Pontificis doctrina, & fama immane quantum abhorret, quod heic legitur, quum conceptis verbis, tantoque molimine ipſiſſima Apollinaris, atque Eutychetis deliria ſtatuantur, & Eccleſiae Catholicae ſententia improbetur. Reſtat nunc, ut aliquid etiam de Epiſtolae titulo dicamus. In Ambroſiano Codice data legitur πρὸς Διονύσιον τῆς Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπον, *ad Dionyſium Alexandriae Epiſcopum*. At Leontius Byzantinus, ut vidimus, Dionyſium hunc non *Alexandriae*, ſed *Corinthiorum* Epiſcopum facit. Utrobique erratum ſuſpicor. Et primo loco deferenda mihi eſt Ambroſiani Codicis fides; etenim, dum Julius, cui affícta eſt Epiſtola, Apoſtolicam Cathedram tenuit, nullus Dionyſius Alexandrinae praefuit Eccleſiae, ſed quidem Athanaſius Magnus. Sciolus aliquis videns Epiſtolam hanc Dionyſio inſcriptam, quem fortaſſis Epiſcopum fuiſſe aut per rumorem didicerat, aut ſomniarat, ingenio ſuo inſcriptionem ſupplevit. Quum verò Dionyſium Alexandrinum Epiſcopum celebrem olim fuiſſe (hoc eſt Seculo Chriſti tertio) audiviſſet, patenti Anachroniſmo eumdem eſſe ratus eſt, ad quem ſeculo proximè ſequenti Julius literas illas dediſſe affirmabatur. Ita potius juvat credere additam hanc titulo laciniam, quàm id fraude ab Haereticis factum. Quis enim Seculo Chriſti quinto, & ſexto, quo in controverſiam Epiſtola ipſa coepta eſt adduci, ineptam hanc inſcriptionem non riſiſſet? Memoratur quidem in ſubſcriptionibus Sardicenſis Conciliabuli, quod tempore Julii noſtri habitum eſt, *Dionyſius Epiſcopus ab Alexandria provinciae*. At aliquod in his verbis latere mendum, vel ipſi Editores appoſito aſteriſco monuere. Praeterea Alexandrinus Epiſcopus eſſe ille non potuit, tum quòd veriſimile eſt, ipſum ſubſcripturum fuiſſe digniori loco, tum etiam quòd tum temporis, uti dicebamus, Alexandrinam Sedem implebat S. Athanaſius ex Catholicorum parte, ex Arianorum verò Gregorius, ad quem etiam legitur data Epiſtola ab ejuſdem Pſeudoſynodi Epiſcopis.

Secundò ſuſpicione quoque erroris non carere mihi videtur ea Epiſtolae inſcriptio, quam Leontius habet. Uti Alexandriae Seculo

tertio

tertio vulgaris Epochae Dionyſius unus celebris Epiſcopus fuit, ita & Seculo praecedenti alter ejuſdem nominis Corinthiorum Epiſcopus fuerat, vir celeberrimus, cujus olim legebantur Epiſtolae quaedam Canonicae. Si non Leontio exploratae eruditionis viro, certè Librariis, quibus eſt uſus Leontius, aut à quibus Leontii opera deinde fuere deſcripta, imponere potuit Corinthiaci illius Dionyſii fama, ut ſcriptam crederent ad eumdem Epiſtolam ſub Julii nomine ab Haereticis evulgatam. Equidem in Eccleſiaſtica Hiſtoria nullum Dionyſium reperio, qui Corinthiorum Eccleſiam rexerit Julii Romani aevo. Ad haec Anonymus ille Scriptor, à quo Collectanea habemus contra Severianos, Dionyſium, cui inſcripta fuit Pſeudepiſtola Julii, non *Epiſcopum*, ſed *Preſbyterum* appellat. Gennadius ipſum nominat *Dionyſium quemdam*. Reliqui verò Scriptores, qui ejus Epiſtolae mentionem fecere, Eulogius, Ephraemius, Hypatius, & ſi qui ſunt alii, nuſquam ajunt Dionyſium hunc Epiſcopum fuiſſe. Quamobrem non iraſcatur nobis Leontius, ſi ne ipſius quidem in hac parte acquieſcimus teſtimonio.

Atque haec ſunt. Salvini eruditiſſime, quae in Epiſtolam Julio Primo ab Haereticis ſuppoſitam ſcribenda habui, ut impoſtura Haereticorum majori in luce collocaretur. Tu me, ut facis, amare perge, aeternùm mihi amandus, ac ſuſpiciendus.

F I N I S.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERUM, & VERBORUM.

A

Acacius Epiſcopus Melitenenſis, ad quem Epiſtolae duae Firmi. 390. 404.

Achilles vir illuſtris. Ad quem Epiſtola Firmi. 372. 373.

Aegyptius Obeliſcus a Juliano Imp. expetitus: & ad Aegyptios Epiſtola Juliani. 418. & ſeq.

Ἀεθλοφόροι appellati SS. Martyres. 114. 140.

Aetnae montis foramina *Crateres* appellata. 180.

Agapae, ſive Convivia, in honorem Martyrum improbatae. 234. & ſeq. Nazianzeni Carmina IV. adverſus indulgentes genio in Martyrum Baſilicis. 297. & ſeq. De his Agapis vide Diſquiſ. pag. 334. Agaparum origo. 335. Varia genera. 337. Cur in Martyrum honorem celebratae. 339. Toleratae diu. 342. Ebrietas & cauſſa cur improbatae. 343. 344. Conciliorum Canones in id genus Agapas. 347.

Agapeti, & *Syniſacti* qui fuerint olim. 278. 282. Multa in illos Nazianz. Carmina. 278. uſque ad 294. Diſquiſ. de *Agapetis*. 311. Eos S. Cyprianus damnat. 313. Unde illis nomen. 320. Quo tempore haec peſtis in Eccleſiam Dei irrepſerit. 328. Quibus Scripturae verbis illi abuterentur. 330. Qui Haeretici hoc veneno afflati. 331. Conciliorum, & Patrum fulmina in *Agapetos*. 331.

Alypius Chorepiſcopus, ad quem Epiſtola Firmi. 377. Alypius Gorgoniae maritus. 161.

Amphilochius Amphilochii filius. 116. Amphilochius alter Liviae maritus, pater Euphemii, & Amphilochii. 113. 116. Duo Nazianz. Carmina in illum. 123. 125. Ab Iconienſi Epiſcopo diverſus. Ibid. Amphilochius Philtatii, & Gorgoniae filius a Nazianz. quinque Carminibus illuſtratus. 126. Et ipſe ab Iconienſi Epiſcopo diverſus. 126. 127.

Anaxarchi laus propter patientiam. 275.

Anthimus Epiſcopus, ad quem Epiſt. Firmi. 386.

Apollinaris auctor Epiſtolae Julio I. R. P. ſuppoſitae. 444. &c. Ejus errores de Chriſto in eadem Epiſtola diſſeminati. 446.

Apoſtoli ipſi Eccleſiis uſi ſunt. Quid illae forent &c. 52. & per totum caput ſextum.

Arianzum pagus natalitius Gregorii Nazianz. 142.

Ariſtaei apud Ethnicos conficta apotheoſis. 181. & ſeq.

Digitized by Google

Armeniae Rex Arſaces. 428. Hannibalianus Rex. 429.
Armenius Medicus. Epiſt. Firmi ad ipſum. 381.
Arſaces Armeniae Satrapa, ſive Rex, ad quem Epiſt. Juliani. 426. Ad bellum contra Perſas invitatus. 427.
Aſtraea cur terras reliquiſſe fingatur. 255.
Atticus Epiſcopus, ad quem Epiſtol. Firmi. 385. 386.
Auguſteum quid. 77.
Auſonius Presbyter Epiſt. Firmi ad ipſum. 384.

B

Baſilicae antiquitus cur extra urbes poſitae. 361. Baſilicae inſignes Mediolani. Ibid.
Baſilicae apud Ethnicos quid forent; 69. 70. Inſcriptio, ubi mentio Baſilicae dedicatae. Ibid. Origo nominis Baſilicae juxta Iſid. ibid. Cauſſae, cur Chriſtianorum Templa quaedam Baſilicae appellari potuerint. 72. & ſeq.
Baſilicae apud Paganos. 36. Quando apud Chriſtianos coeperunt. 37. Quare Eccleſiae ſic dictae. 38. Loca ſacra apud Ethnicos etiam fuere. 39. Earum forma, uſuſque a Judaeis deſumtus. 37.
Baſilius Epiſcopus Baſilii M. pater. 219. Quot ei fuerint liberi. 223. Baſilii M. neceſſitudo cum Nazianz. 213. Ejus fratres, ac ſorores. 219. & ſeq.
Baſiliſſa Carmine a Nazianz. laudata. 138.
Baſſus gemino Epigrammate a Nazianz. commendatus. 136. 137.
Bigamia primis Eccleſiae ſeculis parum probata. 290.
Boivinius (Johannes) laudatus. V. Praefat. 85. Nazianzeni Carmina ab ipſo deſcripta. 195. Diſquiſitio eidem inſcripta. 334.

C

Caeſarea Cappadociae, ejuſque Epiſcopatus inſignis. 369.
Caeſarius Nazianz. frater: Carmina varia in illum. 145. uſque ad 158. Minimus inter filios Gregorii Epiſcopi. 147. Quibus diſciplinis imbutus. 149. Ejus mors ubi, & quando contigerit. 152. 153.
Cappadocia ab equis commendata. 158.
Carterius. Quatuor Nazianz. Carmina in ipſum. 132. &c. Nazianzenum educaſſe videtur. 133.
Caſtitatis votum a Diaconiſſis, & conjugibus Epiſcoporum, atque Presbyterorum uſurpatum. 175.
Chriſti Corpus a Chriſtianis e ſacra menſa manibus acceptum olim. 246. De Chriſti Incarnatione Carmen Nazianz. 302. 304. &c. De Chriſto errores Apollinaris. 355. & ſeq.
Chriſtiani appellati χριστοφόροι, ſive *Chriſtiferi*, & *Deiferi*. 182. In Aedibus ſacris & olim ſepulti. 113. V. Diſquiſ. de hoc argumento. 350.
Κυριακὸν Eccleſia antiquitus dicta. 47.
Clerici *Agapeti*, ſive *Syniſacti*. 313. & ſeq.
Co-adjutor in Epiſcopatu σὺν Ἀαρὼν Poeticè appellatus. 217.
Coloſianus. Epiſt. Firmi ad ipſum. 390.
Columnae ſuper mortuorum ſepulcra. 109.
Conjugii uſus Epiſcopis, & Presbyteris interdictus. 175. Conjugio praeſtat Virginitas. 295. 312.
Conſtantinopolis *Roma junior* appellata. 214. Intra illam urbem tumulare mortuos olim vetitum. 360.
Conſtantinus Eccleſias reſtituit. 63. 65.
Conſtantinus Imp. quid Armenis praeſtiterit. 429.

Con-

Digitized by Google

Conſtantius Imp. Obeliſcum ex Aegypto devehendum curat. 421. A Juliano conviciis exagitatus. 429. 430.
Convivia in honorem Martyrum. V. *Agapae*.
Cornelius (Georgius) Cardinalis, & Epiſc. Patav. laudatur. V. Praefat. 85.
Corpus Chriſti in Euchariſtia manibus Chriſtianorum olim acceptum. 246.
Coſtae vocabulum a Poetis Chriſtianis uſurpatum ad uxorem deſignandam. 165.
Crateres appellata Aetnae foramina. 180.
Crines tondere in luctu mos veteribus. 104.
Curiae res ſacrae. 78. Curiae adpellatio Baſilicis quoque indita. 77.
Cynegius Comes, ad quem Epiſt. Firmi. 376.
Cyrillus Alexandr. Epiſcopus. Epiſt. Firmi ad ipſum. 406.
Cytherius Sophiſta. Ad eum Epiſt. Firmi. 374.

D

Daniel Epiſcopus. Firmi Epiſt. ad ipſum. 410.
Delubra, eorumque ſignificatio. 45. 46.
Diaconiſſarum munus ſacrum. 175.
Didnius, ſive Dionius, ſive Dianius, ad quem Epiſt. Firmi. 380.
Diocaeſarea Cappadociae urbecula. 127. Gregorii Nazianzeni patria a Baronio credita. 128.
Dionyſius, ad quem Epiſtola Julio I. R. P. ſuppoſita, neque Alexandrinus, neque Corinthius Epiſcopus fuit. 454. 455.
Diſquiſitio de Sacrarum Baſilicarum apud Chriſtianos origine & appellatione. 69.
Dodwelli ſententiae quaedam in examen adductae. 324. 328.
Domecianus, ad quem Epiſtola Firmi. 403.

E

Eccleſiarum conſtructio, & uſus. 56. & per totum Cap. ſeptimum.
Eccleſiarum Hiſtoria ab aliquo concinnanda. 66.
Eccleſiarum nomina varia. 47. 48. Dominicum & κυριακόν Eccleſia dicta. Ibid. Et Memoria, ac Martyrium vocabatur, & cur. ibid.
Ecdicius. Epiſtola Firmi ad ipſum. 402.
Eleuſinius, ad quem Epiſt. Firmi. 401.
Emmelia, ſive Emmelium, Baſilii M. mater. 220. Carmine laudata a Nazianz. 222. Quot ejus liberi. 223. Plures ejus affines. 225.
Empedoclis fraus, & mors irriſa. 179. & ſeq.
Empedotimi ficta apotheoſis apud Ethnicos. 181.
Epicteti laus propter patientiam. 275.
Epiſcopi, & Presbyteri conjugibus renunciare coacti. 175. Continentiam obſervabant. 325. 326.
Epiſtolae XLV. Firmi Epiſcopi Caeſarienſis nunc primùm editae. 369. Aliae a Theophylacto collectae in Ambroſiano Codice. 371. 372.
Ethnicos, & impios tumulare intra ſacras Aedes nefas. 354.
Evandrius Epiſcopus. Duae Firmi Epiſtolae ad ipſum. 387. 403.
Eulalius Nazianzeni amicus. 139.
Euphemius Amphilochii filius novem Carminibus a Nazianz. laudatus. 116. & ſeq.
Eupnius, ad quem Epiſt. Firmi. 409.
Eupraxii duo, Nazianzeni miniſtri, & ipſius Carmine laudati. 263. Eupraxius Epiſcopus Carmine a Nazianz. illuſtratus. 142.
Euſebius. In illum Carmen Nazianzeni. 138.
Euſtratius Comes. Epiſtolae duae Firmi ad ipſum. 375.

Digitized by Google

Eutherius, ad quem Epiſtola Firmi. 395.

Eutychiani Epiſtolas varias Julio I. R. P. ſupponunt. 445.

F

FAna, ac de illis variae Antiquorum ſententiae. 44.

Fatum invidum, ſive Φθόνος a Chriſtianis quoque uſurpatum. 119.

Firmus Caeſarienſis Epiſcopus quo tempore vixerit. 370. Ejus virtus, & tempus mortis. 371. Epiſtolae XLV. nunc primùm editae a pag. 372. uſque ad 416.

Florentius, ad quem Epiſt. Firmi. 399.

Fontaninus (Juſtus) laudatus, atque eidem inſcripta Diſquiſitio. 350.

Fratris, & *Sororis* nomen ab Agapetis, & Agapetabus uſurpatum. 223.

Φθόνος, *Invidia*, ſive *Fatum invidum*. Nazianzenus, & alii Chriſtiani formula hac dicendi Ethnica non rarò uſi. 119.

G

GEnnadii error de Epiſtola Julio I. R. P. ſuppoſita. 440.

Georgius Presbyter. Nazianzeni Epigramma in ipſum. 141.

Gerontius Presbyter, ad quem Epiſt. Firmi. 383.

Geſſius Scholaſticus, & ad eum Epiſt. Firmi. 379.

Gigantius, ſive Sigantius. In illum Nazianz. Carmen. 306.

Gorgonium, ſive Gorgonia, Nazianz. ſoror, tribus Carminibus ab ipſo laudata. 159. Cur Gorgonium appellata. Ibid. Alypii, non Vitaliani, conjux. 161. Diaconiſſis nomen dediſſe videtur. 175.

Graeca Inſcriptio inter Oxonienſia Marmora, a Reineſio quoque relata, ſuadet, Templa nonnulla apud Ethnicos fuiſſe, in quae conveniret Baſilicae nomen. 75.

Graece Linguae uſus, & praeſtantia. Differt. 1.

Gregorius Epiſcopus Nazianzenus, Gregorii Theologi pater, quot filios genuerit. 146. Mortuus à Gregorio filio defletur variis Carminibus. 162. uſque ad 173. Quo vitae anno ſublatus è vivis. 163. Olim Gentilium ſuperſtitioni addictus. 164. Prodigiosè a morbo convaluit. 189.

Gregorius Nazianz. cognomento Theologus, Prohaereſio, Theſpeſio, & Amphilochio magiſtris eſt uſus. 97. 99. 124. Arianzaeo in pago natus. 142. Caeſario fratre ſenior. 147. Non fuit Epiſcopus Nazianzi. 172. Precibus Nonnae matris a Deo impetratus. 179. 212. Pericula prodigiosè ab ipſo depulſa. 188. Ejus res geſtae. 212 &c. Coadjutor patris in Epiſcopatu Nazianzi. 217. Saſimorum, non Nazianzi, Epiſcopus fuit. 218. Theoſebiae non frater, ſed maritus fuiſſe videtur 227. &c. Ejus preces ad Chriſtum. 264. 271. Quae ipſi pugna contra Daemones. 270. Templum Ethnicorum a Nazianzeno ſanctificatum. 307.

Gregorius neſcio quis Carmine a Nazianz. laudatus. 229.

Gregorius Nyſſenus Baſilii M. & Naucratii frater. 220. Frater, non maritus, Theoſebiae fuiſſe videtur. 228.

Gruteri Inſcriptio, qua Baſilicas nonnullas inter ſacra Divis Aedificia numeratas adparet. 76. 77.

H

HAdrianus Imp. Fana, Balneum Agrippae, & Pantheum &c. ſub Tito igni conſumta ab eoque inſtaurari

Digitized by Google

rari coepta, perfecit. 74. Plotinae defunctae Templum extruxit. 75.
Helladius Epiſcopus, & ad eum Epiſtola Firmi. 409. Alter Helladius, in quem tria Nazianz. Carmina. 138. Helladius vir illuſtris, ad quem duae Epiſtolae Firmi. 384. 396.
Helion, ad quem Epiſtola Firmi. 398.
Herculis fabuloſa Apotheoſis irriſa. 180.
Himerius Epiſcopus Nicomedienſis. 378.
Hoſtia incruenta Chriſtianorum in Altaris Sacramento. 134.
Hypſiſtariorum Haereſis. 165.

I

IMperatores Chriſtiani non prohibuerunt ſepulturam Fidelium in ſacris Aedibus. 360.
Inachius, ad quem Epiſt. Firmi. 411. Ejus Epiſt. ad Firmum. 413. &c.
Inſcriptio a Grutero relata. 76.
Invidia, ſeu *Fatum invidum*, Ethnica dicendi formula a Poetis Chriſtianis uſurpata. 119.
Iſidori ſententia de Baſilicae, atque Palatii Regii diſtinctione a Raynaudo commendata. 71. In incertum rejicitur. 72.
Iſidorus, ad quem Epiſtola Firmi. 399.
Joannis Franciſci Soli-Muratori in Diſſertationem *de Sacrarum Baſilicarum origine & appellatione*, Monitum. 68.
Julianus Imperator Apoſtata. Ejus Epiſtolae IV. nunc primùm editae. 417. Expetit ab Aegyptiis Obeliſcum. 418. 420. &c. Conſtantium Imperatorem contumeliis onerat. 429. 430. Miles glorioſus 430. Divini afflatus ſimulator. 431.
Julii I. Rom. Pont. Epiſtola ad Dionyſium ſuppoſita, & nunc primùm edita. 433. Ab antiquis memorata. 440. Conficta ab Haereticis oſtenditur. 442. 445. &c. Ab Apollinari Haeretico concinnata. 444. Aliae Epiſtolae eidem ab Haereticis ſuppoſitae. 446. Epiſtola ad Docium. 452.

L

LAuſus vir illuſtris. Duae ad ipſum Epiſtolae Firmi. 381. 393.
Legibus Caeſareis non interdicta Chriſtianorum ſepultura in ſacris Aedibus. 360.
Libri Sibyllini. 59. De his aperiendis Aureliani Imp. ſententia. Ibid. Et Antonii Pagii Viri Eruditiſſimi parum aequa explicatio. 60.
Ληνὸν, ſive *Lacus* torcularii prœli, quid apud Nazianzenum. 190.
Leontius Epiſcopus. Firmi Epiſt. ad ipſum. 405.
Livia Amphilochii uxor tribus Carminibus a Nazianz. laudata. 113. &c.
Louvard Monachus Benedictinus novam editionem Operum S. Greg. Nazianz. inſtruit. 278.

M

MAcrina Baſilii M. ſoror. In illam Epigramma Nazianzeni. 226. Altera Macrina ejus avia paterna. 219. 226.
Maledicorum vituperatio, atque in eos Nazianz. Carmina tria. 265.
Maronis vina laudata ab antiquis. 415.
Martinianus V. Cl. variis Carminibus a Nazianz. laudatus 99. &c. Ejus patria, & res geſtae. 100. & 109.
Martyres ἀεθλοφόροι appellati. 114. 140. Eorum prætextu dejecta privatorum Sepulcra. 233. 357. Improbatae Agapae, ſive Convivia in honorem Martyrum. 297. &c.
Maxentius Vir Illuſtr. Nazianzeni Carmine celebratus. 231.

Medio-

Mediolanenſes Baſilicae inſigniores extra urbem, 361.
Melitene urbs Cappadociae. 391. 392.
Miracula orbis ſeptem. 238.
Del Miro (Johannes Baptiſta Abbas Benedictinus) laudatus. V. Praefat. & pag. 304.
Miſſa nomine *Sacrificii* donata ab antiquis, & Hoſtiae in ipſa. 134. Pro defunctis celebrata. 208.
Monachi *Agapeti* ſive *Syniſacti*. 278. 317. Eorum genera varia. 318. Monachi Synoditae qui fuerint. 143.
Montfauconius (Bernardus Monachus Benedictinus) laudatus. V. Praefat. Diſquiſitio eidem inſcripta. 311.
Mornaei Philippi inepta verba de Eccleſiis exſufflantur. 65.

N

Naucratius Baſilii M. frater tribus Carminibus a Nazianz. laudatur. 219. Quo vitae tempore, mortiſque genere ſublatus. 220.
Nazianzum urbecula Bethleem comparata. 171.
Neſibis urbs Meſopotamiae. 431.
Nicaenum Concilium L uſum conjugii Epiſcopis, & Presbyteris non conceſſit. 324.
Nicomedes tribus Carminibus a Nazianz. laudatus. 130. &c.
Nonna Gregorii Theologi mater ab ipſo multis Carminibus laudata. 173. uſque ad 205. Ejus laudes, & geſta. 173. Sacris initiata. 175. Ejus preces quàm Coelo carae. 188. Quàm ipſa ab Ethnicarum mulierum communione aliena. 199. 200. Philtatii filia. 202.
Nonnae Sanctimoniales appellatae. 174.
Noriſius Card. Baſilicas inter ſacras moles computat. 76. Recte monet Auguſteum templum, ſeu aedem fuiſſe, Auguſto dicatam. 77.
Novatores inique, & petulanter feruntur in Sacrum Templorum uſum. 65.
Novatorum Argumenta quaedam, quibus non fuiſſe primis Seculis Templa contendunt, elucidantur &c. a pag. 49. uſque ad 52.
Nuptiae ſecundae parum probatae primis Eccleſiae ſeculis. 290. Quantum Nuptiis praeſtet Virginitatis votum. 295.

O

Obeliſcus a Juliano ex Aegypto expetitus. 420. Conſtantii Imp. mens ut Conſtantinopolim is deferretur. 421. Sacra res apud Ethnicos. 423.
Oleaſtri nomine Ethnica Superſtitio deſignata. 164.
Olympius, ad quem Epiſtola Firmi. 397.

P

Parthi, ac Perſae iidem olim fuere. 428.
Patientiae laus, & in eam Nazianz. Carmina. 267. 273.
Paupertatis Philoſophicae elogium. 277. 278.
Pergamius Chorepiſcopus, ad quem Epiſt. Firmi. 416.
Perſae, ac Parthi iidem olim fuere. 428.
Petrus Sebaſtenus Epiſcopus Baſilii M. frater. 219. 220.
Philagrius intimus Nazianz. amicus. 158. In ipſum quatuor Nazianz. ipſius Carmina 274. &c.
Philippus Mornaeus irridetur. 65.
Philoſophicae Paupertatis laus. 277.
Philtatius Nazianz. neceſſarius, & Carmine ab ipſo laudatus. 137. Alter Philtatius Amphilochii pater. 129. Alter Nonnae. 202.

Plie-

Plietha, ad quem Epiſtola Firmi. *393*.
Presbyteris, & Epiſcopis uſus uxorum interdictus. 175. 325.
Primae Chriſtianorum Eccleſiae Diſſert. 32. Ejuſdem nominis varia ſignificatio. 35.
Prohaereſius Sophiſta. Epigramma Nazianz. in illum. *96*. Ejus laudes. *97*. *98*.

R

RHodiorum opulentia commendata. 257.

S

SAcerdotis nomen ſolis Epiſcopis olim commune. 210.
Sacrificii nomine Miſſa ab antiquis donata. 134. Sacrificium pro defunctis. 208.
Salvinius (Antonius Maria) laudatus. V. Praefat. Nazianzeni Carmina ab ipſo deſcripta. 185. Diſquiſitio eidem inſcripta. 439.
Sanctimoniales *Nonnae* appellatae. 174. Earum Monaſteria antiquitus. 318. *319*. Male olim audiebant propter Agapetos, & Syniſactos. *319*. 320.
Scholaſtici qui olim dicerentur. 379.
Σεβαστεῖον apud Philonem quid. 77.
Sepulcra olim Columnis ornata. *109*. Expilata, & vaſtata lucri cauſſa. 112. Et praetextu Martyrum. 233. 357. Sepulcrorum effoſſores Legibus Caeſareis, & Naziaz. Carminibus perterriti. 102. 112. *356*. Minae, ac terrores contra illos in Inſcriptionibus. 103. Multa in illos Nazianz. Carmina. 23*6*. uſque ad 2*63*. Sepulcra Chriſtianorum in ſacris Templis ante Gregorium M. 113. V. Diſquiſ. pag. 350. Qui abuſus in ejuſmodi ſepulturam irrepſerint. 353. &c. Ethnicos, & impios tumulare in Aedibus ſacris neſas. 354. Chriſtianos ibi tumulare non interdictum Legibus Imperatorum. *359*. Sepeliri intra urbes olim vetitum. *63*0. Varia Chriſtianorum Diſciplina, quod eſt ad ſepulturam in ſacris Aedibus. *365*.
Sibyllinum domicilium Cumis poſitum, Templum fuit. 80. 81.
Sigantius, ſive Gigantius. In eum Nazianzeni Carmen. *306*.
Socrates ſenex Muſicam didicit. 375.
Sophiſtae nomen olim dedecoris, deinde honoris ſignum. *98*.
Sororis, & *Fratris* appellatio ab Agapetis uſurpata. 32*3*. *Sororis* nomen ab uxoribus Presbyterorum, & Epiſcoporum cur olim aſſumtum. 327.
Soterichus vir illuſtris, ad quem Epiſt. Firmus ſcribit. 38*9*.
Σὺν Ἀ'ερῶν Poeticè dictum pro Coadiutore. 217.
Syniſacti qui olim fuerint. Vide *Agapeti*.
Synoditae Monachorum genus olim 14*3*.

T

TAntali lapis apud Inferos. 101.
Templa ſacra, ibique & olim tumulati Chriſtiani. 113. Diſquiſ. de hoc argumento. 350. V. *Sepulcra Chriſtianorum*.
Templa innumera ante Diocletianum extructa *61*. quo anno ab eodem Imp. everſa. *62*. Baronii, aliorumque Anachroniſmus excutitur. Ibid. & *63*.
Templa nonnulla apud Ethnicos fuiſſe in quae conveniret Baſilicae nomen. 75.
Templa, & Baſilicae in quo conveniren. 80. & ſeq.
Templorum quadruplex apud Gentiles ſignificatio. 42. & ſeq. Eo nomine primis quatuor ſeculis abſtinuere Chriſtiani. 43.

Tha-

Thalaſſius Praef. Praetorio, ad quem Epiſt. Firmi. 387.
Theodotus Epiſcopus. Ad eum Firmi Epiſtola. 394.
Theophylactus Simocatus Epiſtolarum collector. 372.
Theoſebium, ſive Theoſebia, Baſilii M. ſoror, & Diaconiſſa. 175. In eam Nazianz. Carmen. 131. Non conjux, ſed ſoror Gregorii Nyſſeni. 226. 227. Nazianzeno ipſam olim nupſiſſe ſuſpicari cogimur. 228.
Therapeutae qui olim dicerentur. 422.
Theſpeſius Grammaticus Nazianzeni praeceptor, Carmine laudatus. 99.
Tondere crines in luctu mos fuit veteribus. 104.
Trophonius irriſus propter affectatam divinitatem. 181. 182.
Tychaeum quid Conſtantinopoli. 424.
Τυμβώρυχοι qui olim appellarentur. 103. 237.

V

Valerius Epiſcopus, ad quem Epiſt. Firmi. 407.
Varronis locus, quo docemur, Templi nomen rebus non ſanctis etiam conveniſſe. 78.
Virgilii Aenid. locus illuſtratur. Ibid.
Virgines Deo ſacrae ex familiaritate cum Agapetis male audientes. 278. uſque ad 294. V. in id argumentum Diſquiſ. pag. 311.
Virginitas juvenum Deo dicata a parentibus. 131. 212. Virginitatis votum Conjugio praeſtantius. 295. 312.
Vitruvii verba, ex queis colligi poteſt, connexas Baſilicis fuiſſe Aedes ſacras, ut earum quaſi pars eſſent. 74.
Voluſianus, ad quem Epiſtola Firmi. 396.
Uxorum uſus Epiſcopis, & Presbyteris interdictus. 175. 325.

X

Xenophontes Regalem domum *Βασιλίου* appellavit. 71.

Z

Zacagnius (Laurentius Alexander) laudatus. 448. &c.

Pag. 8. lin. 37. fruſtato. *leg.* fruſtrato.

Digitized by Google